INSTITVTIONVM CANONICARVM

Ad

LANCELLOTTVM

LIBER TERTIVS.

Auctore Perillust. ac Adm. Reu. D.

IOSEPHO CAVALERIO NEAPOLITANO

Sacræ Theologiæ, & V. I. D. ac in Regijs Studijs Neapoli primario Canonum Interprete.



R O M AE,

Ex Typographia Dominici Manelphij. MDCLII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur; si videbitur Reuerendissimo D. Sac. Palatij Apost. Mag.

Ascanius Riualdus Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Fanus Mag. & Socius Reuerendiss. P. Fr. Vincentij Candidi Sac. Palatij Apost. Mag. Ord. Præd.

D. IOSEF CAVALERIVS

ANAGRAMMA PVRVM.

A DIVO CÆSARE FLVIS:

TV si iura canis, Patriam si legibus ornas;
Nil mirum; A DIVO CÆSARE, docte, FLVIS:



IOSEPH CAVALERIVS

ANAGRAMMA.

VERA SOPHIÆ HIC LAVS:

GRÆCIA septenis famam sapientibus auget;
Romaque conscriptos iactat habere Patres;
Parthenope hoc vno gaudet decorata magistro;
VERA SOPHIÆ HIC LAVS, Græcia, Roma tace:



DON IOSEF CAVALERIVS

ANAGRAMMA.

EN IVRA DOCES O FLAVI:

INNVMERO fuerant, quæ sparsa volumine dicta,
Flauius augusto murice disposuit;
Iustiniane tuis rutilat sidoribus aula;
EN O FLAVI alter, tradita IVRA DOCES:

Euandri Berti V.I.D.
Deuotissimi.



IO-

IOSEPHO CAVALERIO

Lectori eximio V·I. D. & Sacr. Theologiæ Doct. Patrono ſingulari Soli comparato.

EPIGRAMMA.

MNIA Solis habes; ornat Sol Lumine terras;
Ornas Virtutis Lucibus ipſe ſolum!

Ob Solis radios dant ſaxea ſigna loquelam;
Duraque dat doctos, te duce, lingua ſonos.

Naſcenti flores candentia lilia Soli;
Stemmate floreſcent lilia cana tuo.

Sol ſtat Aquis moriens rubicundus; at Auſpice AQVINO
Te vel viuentem Purpura, ſpero, teget.



AD ILLVSTRISSIMVM

ALOYSIVM DE AQVINO

Vaticinium.

DISTICHON.

VRPVRA, præuideo, reteget ſublimis AQVINVM,
Nec mirum; æquoreis Purpura creſcit Aquis.

Ianuarius de Auitaya.



IN-

LIBER TERTIVS INSTITVTIONVM CANONICARVM.



DE IVDICIIS, ET ILLORVM DIVISIONE.
TITVLVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli ad praecedentia.*
2 *Iudicium quid sit, & dupliciter definitur.*
3 *Iudicium multiplex, & subdiuiditur num. 4.*
5 *Iudicij partes principales sunt tres.*
6 *Actor quis, & qualis esse debeat.*
7 *Pupillus, & minor, non possunt esse in Iudicio sine tutoris, authoritate, vel curatoris.*
8 *Seruus repellitur à Iudicijs, & quare.*
9 *Actor quid habere debeat; vt agere possit.*
10 *Procurator tenetur agere ratione officij.*
11 *Procurator qui omittit agere, tenetur ad interesse, si principali damnum inferat.*
12 *Procurator compellitur ad soluendum interesse principali; si sit negligens circa negotia commissa.*
13 *Actor debet moueri rationabiliter ad agendum.*
14 *Actor propter iniustam vexationem quam dat proximo peccat mortaliter, & tenetur ad interesse.*
15 *Actor si habeat Ius pro se; sed ad illud probandum, vtatur falsis probationibus, peccat mortaliter, sed non tenetur ad restitutionem.*
16 *Reus quis? & quare sic dicatur.*
17 *Reus conuenitur pro re danda, vel restituenda in Iudicio Ciuili.*
18 *Reus in Criminalibus pro reatu, seu culpa conuenitur.*
19 *Reus Iuridicè interrogatus, secundum veritatem respondere tenetur.*
20 *Reus non tenetur respondere, quando Iudex, contra ipsum inquirit, sine vlla notitia, vel clamore.*
21 *Reus Iuridicè interrogatus, aequiuocare non potest.*
22 *Iudex incompetens, per suas citationes, & pracepta non ligat ad comparendum coram se.*
23 *Reus licet sit conuictus, tenetur veritatem etiam contra se ipsum dicere, vt ab alijs suspicionem tollat.*
24 *Reus Iuridicè condemnatus poena parere debet.*
25 *Iudex per sententiam Ius acquirit, & Reus efficitur seruis poena.*
26 *Iudex debet esse competens, & qualem habere debeat Iurisdictionem, & Iurisdictio quotuplex.*
27 *Iudex qui Iurisdictionem non habet, & procedit, vt alienae Iurisdictionis vsurpator puniri poterit.*
28 *Culpa est immittere falcem in messem alienam domino irrequisito.*
29 *Iudex ordinarius quis?*
30 *Iudex delegatus quis dicatur.*
31 *Iudex voluntarius quis sit; & an Iurisdictionem habeat.*
32 *Iudex necessarius quis, & quomodo, & quare sic dicatur n. 33.*
34 *Iudex non potest suum subditum delinquentem punire, si alibi ille commonetur, nisi imploret brachium Iudicis illius loci, vbi degit delinquens.*
35 *Iudex qui nullam ex dictis Iurisdictionem*

nem habet, nullum actum validum conficit.

36 *Iudex debet habere scientiam necessariam pro suo officio.*

37 *Scientia multiplex, & nu.* 40.

38 *Iudex ignorans, Iudicando peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.*

39 *Iudicis imperitia, est pernicies innocentis.*

40 *Iudex debet iudicare secundum allegata & probata, non secundum propriã scientiam.*

41 *Iudex potius debet attendere, & sequi testium depositiones, quam illum, quod sibi vt priuato innotescit.*

42 *Iudex persona publica.*

43 *Iudicis particularis, & priuata scientia deseruit ad strictiùs recipiendas depositiones testium, & similia cautiùs perquirenda.*

44 *Probationes depositiones testium &c. requiruntur ad veritatem elucescendam.*

45 *Iudicium quod fertur ab homine debet conformari iudicio* Dei.

46 *Aequitas, & veritas spectari debet.*

47 *Veritas omnibus elucescere debet, vt sciant Ius, & Iustitiam administrari.*

48 *Iudex in Iudicando an possit Iudicare secundum opinionem probabilem, relicta probabiliori.*

49 *Iudex vtitur sententia probabili pro Reo, relicta probabiliori etiam pro fisco.*

50 *Rei fauorabiles ex pietate Iuris.*

51 *Iudex, in ijs quæ sunt arbitraria, potest in quod vult inclinare.*

52 *Iudex an possit aliquid recipere pro causis quæ sunt arbitrariæ remissiuè.*

53 *Iudex secundum ordinem Iuris procedere debet, non quomodocumque, & eius necessaria admittere debet.*

54 *Iudex in recipiendis depositionibus testium ipse assistere debet, nec actuario confidere.*

55 *Accusator adesse debet in Iudicio, & Reo debent dari defensiones.*

56 *Iudex secundum grauitatem delicti, pœnam imponere debet.*

57 *Iudex inferior pœnam remittere non potest, & quare.*

58 *Accusator grauatus, iniuria illata compensationem habere debet.*

59 *Reipublicæ interest malefacta subditorum puniri, & nu.* 62.

60 *Relinquens licet remissionem habeat à parte, non debet absolui, sed pro fisco puniri.*

61 *Imperator, vel Princeps absolutus, poterit delinquentem etiam simpliciter liberare.*

62 *Homines efficiuntur nequiores propter impunitatem delicti.*

63 *Iudex inferior si pœnam remisit peccat mortaliter, & ad interesse tenetur parti læsæ.*

64 *Iudex in arbitrarijs pœnam remissit.*

65 *Iudex debet esse purus in manibus, nec pro pecunia Iustitiam vendere.*

66 *Iudex etiam ea quæ sub pecuniæ nomine veniunt recipere prohibetur.*

67 *Iudex nihil recipere potest a litigante, vt causam citius ei expediat, si alij sint qui diutius expectauerunt.*

68 *Litigatores Ius habent ad causæ expeditionem.*

69 *Prior in tempore; & in Iure prior esse debet;*

70 *Iudex potest aliquid recipere, pro expeditione causæ, secus, si plures litigantes, eodem tempore expectauerunt cum dante, & quare.*

71 *Iudex à liberè offerentibus recipere potest.*

72 *Iudex vt maiorem adhibeat diligentiam ad commodum partis, potest ab ipsa recipere.*

73 *Iudices, Officiales &c. in Regno Neapolitano nihil quoquo modo recipere possunt à litigantibus; & si recipiant grauissimè puniuntur.*

74 *Iudex pro Iustitia ferenda, benè recipit in conscientia, sed non recipere debet directè pro ipsa iustitia.*

75 *Iudex non potest aliquid recipere ex pacto, vt iustam ferat sententiam, secus ex mera dantis liberalitate*

76 *Iudicium ferè ab actuario pendet.*

77 *Actuarius debet esse persona libera, & sui Iuris.*

78 *Iuris actus facere prohibetur qui sui Iuris non est.*

79 *Nemo dat quod non habet.*

80 *Actuarius fidelis, & secretus esse debet.*

81 *Actuarius depositiones testium notificare non debet, nisi post factam publicationem in causa.*

82 *Actuarius iustã debet recipere pro suis laboribus mercedem, quæ & pro singulis est taxata in Regno Neapolitano.*

83 *Actuarius vltra taxatum extorquens; peccat; & ad restitutionem tenetur.*

84 *Consuetudo vt tollat legem, debet esse cum Principis scientia, & tollerantia, alias non subsistit; & corruptela potius dicitur.*

85 *Actuarius si ex mera liberalitate offeren-*

ren-

rentis, non ex concussione, metu & c. recipiant, retinere, potest, etiam datum vltra taxam.

86 *Actuarius, pro laboribus in quibus nõ est merces taxata, fines naturalis Iuris, non potest egredi.*

87 *Lex scripta vbi non adest, lumen naturale sectamur.*

88 *Iudicium consistit, in bona intextura processus, & de materia, in numeris sequentibus vsq; ad num.* 100.

89 *Libelli oblatio exigitur de* Iure *communi.*

90 *Libellus debet præsentari penes acta.*

91 *Parte post tertium biduum non comparente, examinatis testibus proceditur ad sententiam.*

92 *Terminus qui datur partibus ad probandum est* Iudici *arbitrarius.*

93 *Testes debent examinari in termino.*

94 *Iuramentum calumniæ datur de Iure* Canonico, *& ante testium productionem; & probationem, dari debet.*

95 *Partes debent iurare quod putent se iustam causam habere litigandi.*

96 Declaratio *circa vsum sit de* Iure Ciuili, *& quid per ipsam declaratur.*

97 *Termino dato dicitur lis contestata.*

98 *Probationes alias si partes habeant, adducere possunt postquam fuit dictum ad publicandum.*

99 *Instrumenta, & aliæ scripturæ auth. adduci possunt postquam fuit dictum ad concludendum.*

100 *Appellatio à sententia diffinitiua si infra decem dies non fuerit opposita & quinquaginta dies non fuerit prosequuta, interponi amplius non potest.*

101 *Sententia si fecerit transitum in rẽ Iudicatam, non nisi per restitutionem in integrum rescinditur.*

102 *Causa est origo Iudicij, & per quam intentatur Iudicium.*

103 *Ecclesiasticæ personæ sunt omnino immunes à potestate laicali.*

104 *Papa clericos potestati laicali submittere non potest, nisi ratio contrarium suadeat.*

1 *ANCELLOTTVS in* §. *finali de Iure naturali cõsuetudinario*, & constitutionibus suum opus tripartito limite præfiniuit, & sic spondet se acturum de personis, Rebus, & actionibus; egimus iam in primo, & secundo lib. de personis, & Rebus, sequebatur videre de Actionibus, quæ in Iudicijs proponuntur, merito ponitur præsens rubrica, pro cuius & duorum §. §. intelligentiam videbimus primo, quid, & quotuplex sit iudicium 2. de partibus Iudicij, & de requisitis ipsorum.

Circa primum aduerte quod Indi-
2 cium est discussio causæ quæ ritè fit in
foro coram Iudice, sic definitur hic *in* §. *primo*; vel dicamus, vt colligitur ex *c. forus de verb. & rer. signific.* quod Iudicium sit actus legitimus trium personarum, scilicet Actoris, Iudicis, & Rei. clarescet definitio ex infra dicendis.

Nota etiã quod Iudicium multiplex
3 est, aliud ciuile, & hoc respicit vtili-
tatem particularium, aliud criminale, & hoc propter bonum publicum introductum est, & agitatur, *l. ita vulneratus, ff. ad leg. aquiliam*. item criminale aliud capitale, & est, in quo imponitur pęna mortis, vel naturalis, vel ciuilis. aliud non capitale, & est quando alia pęna extraordinaria imponitur, aliud est iudicium mixtum, & sic partim ciuile, partim criminale, sic est Iudicium legis aquiliæ, *vt in lib. 4. Can. eodem titulo*: diuiditur etiam Iudicium
4 in reale, personale, & mixtum. item
in ordinarium delegatum, & subdelegatum, in voluntarium, & accessorium, in petitorium, & possessorium, in principale, & emergens, in illo principalis intentio discutitur, in hoc emergens seu incidens circa negotium principale agitatur, hæc sint pro notitia terminorum, & de alijs omnibus infra.

Circa secundum, & circa partes iudicij.

5 Aduerte primo quod partes princi-
pales sunt tres, scilicet Actor, Iudex, &
Reus, circa actorem nota primo, quod
6 actor est ille, qui proponit in iudicio
ius, quod sibi debetur, colligitur *ex dicto c. forus de verb. signific.* & debet
7 esse persona legitima, .s. non minor,
vel pupillus, &c. isti. n. non possunt adesse in iudicio sine tutoris authoritate, §. *primo, & secundo de authoritate*
8 *tutorum, lib. primo ciuili*, non serui,
quia isti non habent ea, quæ sunt iuris ciuilis, *l. quod attinet, ff. de reg. iur.*

Nota secundo, quod actor debet
9 habere ius agendi, nam vel est Do-
minus principalis, & tenetur prosequi, quod sua, & suorum interest, vel est
10 procurator, & hic tenetur ratione of-
ficij, quod si omittat agere, & dein-

10 de malum eueniat principali, ipse tene-
tur teficere, *l. fin. C. de tutelis, l. si tutor,*
11 *ff de administratione tutorum*, imò
procurator negligēs circa negotia, quo-
rum onus susceptit compellitur ad dictū
12 interesse, diximus, *lib. 3. ciuil. de man-
dato, & tit. de obligat. quæ ex quasi con-
tractu*, cum de obligatione negotiorum
gestorum.
13 Nota tertiò, quod debet moueri ad
litem rationabiliter, secus autem pec-
cat mortaliter propter vexationem, quā
dat proximo, & ob id tenetur ad inte-
14 resse, *Sactus Doct. 2. secunda quæst. 68.
art. 3. & text. in c. siquidem prima quæst.
3.* imò si habeat ius pro se, sed adducat
falsas probationes, peccat mortaliter,
operando contra veritatem Iudicij, sed
non tenetur ad restitutionem, *Ab. in*
15 *cap. 1. de probat. & Nauarr. cap. 28.
num. 24.*
16 Circa reum nota primo, quod reus
est ille, qui conuenitur in iudicio & sic
dicitur sumpta denominatione à re, vel
à reatu, a re in iudicio ciuili, in quo is,
17 qui conuenitur pro re danda, vel resti-
tuenda, vocatur à reatu in iudicio cri-
minali, ibi enim qui conuenitur reatum,
seu culpam commisit; adhoc autem, vt
18 quis verè dicatur reus debet, vel rea-
tum commisisse, quādo autem reus iu-
ridicè interrogatur, tenetur responde-
19 re secundum veritatem, *S. D. quæst. 69.
art. 1. num. 3. de testibus cogendis Conar.
variar. resolut. cap. 2. num. 2.* Dixi iuri-
dicè, nam si vellet Iudex inquirere con-
tra delinquentes in genere, quorum
nullum habuit clamorem, nec notitiam,
20 tunc non tenentur interrogati respon-
dere, quia Iudex non interrogat iuridi-
cè, secus autem quando Iudex habet
ius interrognadi tunc enim tenentur
21 interrogati respondere simpliciter, nec
possunt equiuocare, *Iason in l. 4. ff. de
condic. ob turpem causam, S. D. 2. secun-
da, quæst. 33. art. 7. & DD. communiter
in cap. 1. de testibus.* Insuper Iudex, à
quo citatur, debet esse cōpetens, si enim
22 non sit Iudex competens non ligat per
sua præcepta, *Conarinuias lib. 1. variar.
cap. 2.* Cæterum iuridicè interrogatus,
tenetur respondere etiam contra se ip-
sum, quamuis fuisset concitatus, tene-
23 tur veritatem notam facere ad tollen-
dam suspicionem contra alios *Sotus de
tegendo secreto, quæst. vltima, membro
primo, Nauarr. cap. 15. num. 17. Silue-
ster, Caietanus, & alijs verbo accu-
satio.*
24 Nota secundo, quod reus iuridicè cō-
demnatus, non potest pœnam aufugere
quia per sententiam Iudex ius acquirit,
25 & ipse dicitur effectus seruus pœnæ, *l. 1.
C. de custodia reorum. cap. quamuis de
pœnis in 6. Lucas de Penna in l quoties,
C. de executoribus.*
Circa Iudicem multa sunt eius requi-
26 sita, & in primis notandum est quod
Iudex debet esse competens, & sic vel
ordinarius, vel delegatus, vel volunta-
tius, vel necessarius, aliàs nullum actum
facere poterit, & si faciat nullam habeat
firmitatem, imò puniri poterit, vt vsur-
27 pator alienæ iurisdictionis, *cap. pœnale
14 quæst. 4. S. D. 2. secunda, quæst. 67.
art. 1. & 3.* nemini enim licet immittere
falcem in messem alienam, in requisiro
28 Domino, *cap. scriptura sexta, quæst.
tertia.*
29 Sciendum est igitur primo, pro termi-
nis, quod Iudex ordinarius est ille qui
Iurisdictionē habent inre suo, & ratione
proprij officij, *l. 1. ff. de offic. eius.* Dele ga-
30 tus verò est, qui non habet iurisdictio-
nem ex se, sed sibi inpartitam, vel ab
eo, qui habet ordinariam, vel a Princi-
pali, *dicta l. 1. §. qui mandatum*. Iudex
31 voluntarius est potius arbiter, seu
compromissarius, & hic nullam habet
iurisdictionem, nec ordinariam, nec de-
legatam, sed tantum de voluntate par-
tium, quæ in ipsum consentiunt, vt vi-
debimus infra de arbitris. Index neces-
32 sarius est ille qui iurisdictionem habet
necessariam, vel ratione originis subdi-
torum, vel ratione rei sitæ in suo territo-
rio, *c. fanè, de foro competenti*, vel ratio-
ne delicti in suo territorio commissi, *cap.*
33 *licet. & cap. postulasti, de foro compe-
tenti, l. 1. & auth. qua in prouincia, C.
vbi de crimine*, non potest tamen Iudex
34 suum subditum, vbique delinquentem,
punire, nisi implorato brachio Iudicis il-
lius loci, vbi delinquens, commoratur,
*Bart. in l sicut, ff. de accusat. & Gram-
matic. decis. 26.* cæterum si Iudex non
35 habeat iurisdictionē vno ex modis præ-
dictis, eius facta nullam habent subsisten-
tiam, *l. fin. ff. de iurisdic. omn. iudic.* &
punitur, vt vsurpator alienæ iurisdictio-
nis. *Nauarr. de Iudicijs num. 68.*
36 Nota secundo, quod Iudex debet ha-
bere scientiam pro suo munere necessa-
37 riam, & hæc multiplex est, prima est
scientia iuris, vnde Iudex ignorans pec-
38 cat mortaliter iudicando, & tenetur ad
restitutionem, imperitia enim Iudicis
39 est pernicies innocentis, *cap ignoran-
tia distint. 38. Felin. in cap pastoralis, §.
quia verò, de offic. delegati, Nauarr.*
cap.

cap.25.n.12 & 28. ſecundo debet habe-
re Iudex ſcientiam facti, de qua iudicat,
& hanc ex allegatis, & approbatis, quæ
ſequi debet, neque poteſt ſequi ſuam
40 priuatam opinionem, etiam ſi ſcientiam,
de hoc haberet, *S.D. 2. ſecunda, quæſt.
67. art 2. Nauarr. loco citato, num. 9. &
10. DD. in l. fin. ff. de quæſtionib. S. D.*
41 *in corpore citato tit. ait*, quod licèt Iu-
dex, vt priuata perſona nouerit contra-
rium eius, quod ſibi per teſtes innote-
ſcit, potius depoſitiones teſtium ſequi
debet, quam propriam ſcientiam, quia
42 Iudex eſt perſona publica ergo iudicare
debet, quod ſcit, vt talis, nec curare de
ſua particulari ſcientia hæc enim poterit
43 deſeruire ad diſtrictius exigendas depo-
ſitiones teſtium ad conſiderandas ſcri-
pturas, vt patet ex *S. Doctore in fine
dicti corporis*.

44 Dices. depoſitiones, probationes &c.
requiruntur ad hoc, vt veritas eluceſce-
re poſſit, ſed Iudex iam habet notitiam
veritatis, ergo ſecundum ipſam iudica-
re debet, nec curare de depoſitione te-
ſtium, confirmatur etiam hoc, quia Iu-
45 dicium hominis debet confirmari iudi-
cio Dei, *& Iſaia ſecundo dicitur, non
ſecundum auditum aurium arguet, ſed
iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet
in æquitate*, ergo potius æquitas, ſeu
veritas ſeruanda eſt, quam peculiare
46 dictum priuatorum.

Reſpondetur diſting. maiorem, vt ve-
ritas eluceſcere poſſit vniuerſaliter, &
concedo, vt eluceſcere poſſit tali perſo-
næ particulari, & nego, & ideo requiri-
tur, quod veritas pluribus eluceſcat, vt
ſciant omnes ſecundum ius, & iuſtitiam
47 iudicare. ad confirmationem dic, Iſaiam
loqui de Chriſto, qui eſt Deus & homo,
& eſt Dominus abſolutus, nec poteſt ab
aliquo recognoſci, merito ſufficit, quod
ipſi ſit nota veritas delicti, nec indiget
alia probatione extrinſeca.

48 Quæres an poſſit Iudex in ferendo ſé-
tentiam ſequi opinionem probabilem,
relicta opinione probabiliori.

Reſpo: detur tenetur ſequi opinionē
49 probabilem pro reo, relicta probabi-
liori etiam pro fiſco, diximus de Sacra-
mento Pœnitentiæ, rei enim ſunt fauo-
50 rabiliores ex pietate Iuris, *l. arrianus
47. ff. de actionib. & obligat.* at ſi ſit in-
51 ter priuatos poteſt in quam vult ſenten-
tiam inclinare, eſt enim in eius arbitrio,
pro quo an poſſit aliqua recipere, multa
52 congerit *Tannerus. 2. 2. diſp 4. quæſt. 6.
dub. 10. num. 29*.

Nota tertio, quod debet Iudex in
cauſis procedere ſecundum ordinem iu-
53 diciorum, nec poteſt quomodocumque
procedere, ac proinde debet admitte-
re citationes, probationes &c. imò in
recipiendis depoſitionibus teſtium in
54 cauſis criminalibus nō debet confidere
actuario, ſed ipſemet aſſiſtere debet, &
depoſitiones recipere, *Grammatic. vo-
to 3. num. 4 & DD in cap. 2. de confeſſis*
55 *in 6.* item debet adeſſe accuſator, & reo
debent dari defenſiones, S D. *quæſt. ci-
tata, art. 3. in corpore, ex verbis actorū
25. ibi non eſt conſuetudo Romanis dam-
nare aliquem hominem priuſquam is,
qui accuſatur præſentes habeat accuſa-
tores & tempus defendendi accipiat ad
abluenda crimina, quæ ei obijciuntur.*

56 Nota quarto, quod ſingulis delictis
debet competentem pœnam addicere,
ac proinde iudex inferior nō poteſt qui-
57 buſcunque remittere pœnam, & hoc ex
duplici ratione, vt loquitur *S. D. art. 4.
in corpore*. tum quia debet accuſator
58 grauatus ſuæ iniuriæ recompenſationē
habere, tum etiam quia intereſt reipu-
59 blicæ malè facta ſubditorum puniri, &
ideo licet delinquens habeat remiſſionē
à parte, tamen non poteſt Iudex ipſum
60 abſoluere omninò, ſed debet punire
pro fiſco, ſeu republica. Imperator au-
tem, & Princeps, qui poteſt legem cō-
dere, poterit liberare, vel ſimpliciter,
61 vel facta compenſatione pecuniaria, ſi
ita viderit expedire pro communi bo-
no, nam propter impunitatem delicti
62 homines efficiuntur ſuperiores, *l. qui
operis, C. de pœnis*, & ſemper maius bo-
num eſt reipublicæ delicta puniri, *l. ita
vulneratus, ff. ad leg aquiliam.* ſi autem
63 Iudex inferior omninò pœnam remit-
teret, peccaret mortaliter, & teneretur
ad intereſſe parti læſæ, *l. aut facta, ff. de*
64 *pœnis, cap. iuſtum diſtint. 9. Sotus lib. 1.
quæſt. 4. art. 4.* ſecus autem in arbitrijs,
in quibus poteſt Iudex remittere pœ-
nam.

65 Nota quinto, quod aliud requiſitum
iudicis eſt, quod ſit ſpurus in manibus,
& ſic non vendat iuſtitiam pro pecunia,
l. 1. & 2. ff. de concuſſoribus, quod ex-
66 tende ad ſimilia, quæ veniunt nomine
pecuniæ, *l. 2. ff. de conſtituta pecunia*,
ſed pro hac receptione pecuniæ.

67 Sciendum eſt primo, quod non poteſt
Iudex aliquid recipiendo ab vno litigan-
te prius eius cauſam expedire, quàm
aliorum, qui nihil dant, ſed expectaue-
runt per magnum temporis ſpatium pro
expeditione ſuæ litis facit enim contra
iuſtitiam diſtributiuam, ex qua vnuſ-
quiſque.

quisque ius habet ad expeditionem, &
68 qui prior est in tempore, potior est in-
iure, ex *regula qui prior in 6. sic Lai-*
69 *man in theologia morali, lib.3. sect.5.*
tract.4. cap 4.num.9. secus autem est di-
cendum, quando plures litigantes pro
70 eodem æquali tempore expectarunt,
tunc enim non peccat Iudex, si aliquid
recipiendo prius expediat causam vnius,
quam alterius, quia videtur obligatus
particulari titulo gratitudinis ad expe-
diendam causam illius, qui aliquid dedit,
71 *sic idem Laiman.* idem dic, quando re-
cepit aliquid ab ipsis ex libera volunta-
te offerentium, vel vt maiorem adhi-
beret diligentiam ad inueniendas ratio-
nes pro gratia, vel pro sententia æquio-
72 ri, *Molina de iustitia, & iure, tomo 1.*
tract.2. disput.68.num.6. Lessius eod.tit.
lib.2.cap.14.dub.9 num.64.

Caueant tamen ab hoc in foro exte-
73 riori, & Iudices, & omnes alij officiales,
maximè in Regno nostro, in quo habe-
mus *pragmaticam, quæ incipit Capita-*
neorum. tit de officio Capitanei, & aliam
quæ incipit, susceptì, per quas constitu-
tiones expressè prohibetur, quod non
possint Iudices aliquid quoquo modo re-
cipere à litigantibus, & sunt pœnæ gra-
uissimæ amissionis officij &c.

Aduerte secundò, quod Iudex potest
in conscientia recipere aliquid pro iusta
74 sententia ferenda, dummodo non reci-
piat directè pro ipsa iustitia, & tunc etiã
in cõscientia benè id facit, tenetur enim
nouo vinculo ad sententiam ferendam
pro actore, vel reo, cuius est iustitia, er-
go pro tali legamine licitum erit aliquid
accipere, sic *Sotus de Iustitia, & iure,*
lib.4. quæst.7.art.1. & 2. Azorius par.3.
lib.4. cap.21.quæst.6. hoc autem non sic
75 simpliciter diceretur, sed adhibita limi-
tatione, scilicet quod non detur ex pa-
cto ad sententiam ferendam, sed tantum
ad alliciendum animum Iudicis, vel si
daretur ex mera liberalitate offerentis,
sic Suarez in Enchiridio casuum con-
scientiæ lib.5. §.cui restituendum, & S.
iudicum Iudex potest, & apud ipsum
Sairus, Molina, Medina, & alij.

Alia persona, quæ interuenit in iudi-
cio est testis, de quo infra *cum de proba-*
tionibus, & in lib.4. de crimine falsi. Per-
76 sona cum qua ferè tunc iudicium depen-
det est Actuarius pro quo.

Nota primò, quod actuarius debet
esse persona libera, & sui iuris, vt expres-
77 sè *per textum in l.generale, C. de tabel-*
lionibus lib.10, aliter si non sit sui iuris,
78 neque actus iuris facere potest, ex *l. ne-*
mo plus iuris, ff. de regulis iuris, non
79 enim possunt dare, quod non habeat
ipsimet serui, *ex l. quod attinet, ff.*
citato.

80 Nota secundo, quod actuarius debet
esse fidelis, & secretus, ac proinde non
debet depositiones testium notificare,
81 nisi tempore habili, & à iure permisso,
quod est post factam publicationem in
causa, *vt in pragmatica 21. sub titulo de*
off. iustitiarij.

82 Nota tertio, quod debet actuarius iu-
stam mercedem taxatam petere pro suis
laboribus, & in Regno pro singulis re-
bus sunt taxationes, vt in pragmatica,
item vogliamo, citato titulo, & in prag-
matica 24. quæ incipit Constitutionum
83 *sub titulo de Notarijs,* & extorquentes
vltra taxam peccant, & tenentur resti-
tuere, nec facit quæuis corruptela in
contrarium introducta, vt notat *Sotus,*
84 *lib.3. quæst.6. art.4.* vt enim firmetur
consuetudo, & tollat legem, necesse est,
quod intercedat Principis scientia, &
tollerantia, quod de facto non est, nam
quando Princeps id nescit, priuat dictos
Actuarios, & alijs pœnis affligit.

85 Limita tamen hoc in conscientia, si
recipiant ex libera voluntate offerentis,
non ex concussione, metu, ignorantia,
neque ad redimendam vexationem.
86 Idem dic in rebus, quæ non habent li-
mitatam mercedem, tunc enim poterũt
actuarij recipere illud, quod ius natura-
le dictat pro tali opere, & laboribus ibi
87 adhibitis, vbi enim non est lex scripta,
non deficit lumen naturale.

Aduerte secundo, quod totum Iudi-
88 cium cõsistit in bona intextura Proces-
sus, quod vt fiat id, regulariter attẽditur
de iure cõmuni quod offeratur libellus,
89 quo præsentato penès acta citãtur par-
90 tes, vt compareant infra biduum, & di-
cant suum ius, quo biduo elapso, proce-
ditur in contumaciam, & fit noua cita-
tio cum alio biduo; ad quod si sequatur
secunda contumacia non comparentis,
91 post tertium biduum, si nec compareat,
potest Iudex examinatis testibus senten-
tiam ferre, vel pars comparet in primo,
vel secundo biduo, & proponit suas ex-
ceptiones, & tunc auditis partibus, da-
tur terminus ad probandum, qui termi-
92 nus est arbitratius ipsimet Iudici, & in
93 termino examinantur testes hinc inde,
tamen ante productionem testium, &
94 probationem de Iure Canonico datur
iuramentum calumniæ, per quod iurant
partes nolle se calumniosè procedere,
95 & se putare bonam habere causam de

Iure

96 Iure Ciuili dicitur declaratio circa vsū,
vt scilicet partes declarent cum iuramē-
to se velle vti scripturis, & depositioni-
bus productis, & perducendis.

97 Dato igitur termino, dicitur lis con-
testata, his completis, & factis proba-
tionibus hinc inde fit mandatum, per
quod dicitur ad publicandum & per hoc
98 monentur partes ad alias probationes
adducēdas, si habent; deinde dicitur pu-
blicatum in causa, post hæc fit aliud mā-
datum ad concludendum, per quod pos-
99 sunt partes instrumenta adducere, vel
alias scripturas publicas authenticas,
deinde dicitur conclusum in causa, &
vltimo loco datur facultas ad dicendum,
per quam partes monentur, vt scribant
in iure, & Iudices infotment, vltimo fit
sententia diffinitiua, à qua deinde ap-
100 pellatur, aliàs elapso termino 10. die-
rum, dicitur sententiam fecisse transitū
in rem iudicatam, contra quam nullum
101 subest remedium, nisi restitutio in in-
tegrum, & de ijs omnibus infra in suis
titulis.

102 Ex glosa, & textu etiam hic habes
primo quod causa est origo iudicij, & sic
ratio per quam iudicium intentatur,
cap forus de verb. signif.

Secundo habes, quod Ecclesiasticæ
103 personæ vt tales, sunt immunes omni-
nò à potestate laicali, *cap. Ecclesia San-
cta Maria de Constitutionibus*, nec Pa-
104 pa potest ipsos submittere simpliciter
potestati laicali, *glos. hic verbo Ecclesia-
sticas ex Innocentio, & Abbate in cap.
secundo, de maioritate, & obedientia,
Doctores in cap. ex tenore, & cap. licet de
foro competenti vidimus in d. cap. Eccle-
sia S Maria, & notat, glos hic ex Ber-
nardo de Laurentijs in recollecta ca-
suum.*

In §. Laicus cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Litigantes coram Iudice competente comparere debent & in dubijs superior est adeundus.*

2 *Ecclesiastica potestas; est potestas suprema.*

3 *Laicus conueniri debet corā suo Iudice Laico, nec littera in contrarium impetrata à Sede Apostolica valent nisi Iudex Laicus esset negligens.*

4 *Miserabiles persona possunt litteras impetrare, vt ab Ecclesiastico Iudice cognoscantur.*

5 *Miserabilium personarum defensio Ecclesia committitur.*

6 *Pontifex facit litteras quasi comminatorias. Iudici Laico vt ius & iustitiam citò miserabilibus personis administret, & quod alias suam intromittat authoritatem.*

7 *Pontifex personis miserabilibus etiam ante iniuriam dat conseruatorem.*

8 *Iudex Ecclesiasticus contra laicum procedit pro crimine, cuius cognitio ad ipsum spectet, vt vsurarum, &c.*

9 *Iudex Laicus est incompetens in causa matrimoniali.*

10 *Causa Iuris patronatus ad Iudicem Ecclesiasticum spectat.*

11 *Imperio vacante appellatur ad Papam.*

12 *Ecclesiastica stamus decisioni in ambiguitate opinionum.*

13 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit, si cum Laico etiam clericus sit conueniendus.*

14 *Diuortij Iudicium, etiam dotis cognitionem ad Ecclesiasticum Iudicem trahit.*

15 *Laici retinentes feuda Ecclesiastica, Ecclesia iurisdictioni subduntur.*

16 *Iudex Ecclesiasticus potest Laicos compellere per censuram vt veritatem deponant ad partis instantiam.*

1 VNusquisquè coram suo Iudice
competente conueniri debet,
nec aliter erit faciendum, nisi in
dubijs, tunc enim debet quis adire po-
testatem Superioris, & talis potest esse
2 Ecclesiastica, *cap. solita de maioritate,
& obedientia*, pro qua iudicis competen-
tia.

3 Aduerte quod adeò Laici sunt conue-
niendi coram suo Iudice laico, quod si
quis impetrauerit literas à Sede Aposto-
lica, vt conueniatur coram Iudice Ec-
clesiastico tales literæ sunt inanes, *vt
probat hic Lancellottus*, nisi vel Iudex
Laicus esset negligens in ministranda
iustitia, *cap. licet, & cap. ex tenore, de fo-
ro competenti*, vel impetrantes literas
4 essent personæ miserabiles, tunc enim
5 quia istarum defensio Ecclesiæ commit-
titur, per consequens potest Pontifex
6 facere tales literas quasi comminato-
rias, vt Iudex laicus tale ius, & iustitiam
cito, & rectè administret, aliàs ipse suam
authoritatem intromittet, & sic poterit
7 dare conseruatorem etiam ante illatam
iniuriam, *cap. 1. de officio delegati in 6.
& glos. hic in Abbate in dicto cap. licet*,
de reliquo non potest laicus conueniri
co-

coram Iudice Ecclesiastico.

Limitatur tamen dictum per tres casus suprapositos in alijs casibus.

8 Primo, quando Iudex laicus denunciatur Ecclesiæ pro alliquo crimine, cuius cognitio ad Ecclesiam spectet puta pro crimine vsurarum, *cap. quoniam cum sequentibus de vsuris*.

9 Secundo, in causa matrimonij, pro qua etiam ius Ciuile Ecclesiasticos Iudices declarat competentes *cap. ex litteris de consanguinitate, & affinitate*.

10 Tertio, in causa iuris patronatus, *cap. 4 de Iudicijs idem dic in causa decimarũ, toto tit. extra de decimis*.

11 Quarto, vacante Imperio, tunc pro causis, in quibus appellaretur ad Imperatorem, appellatur ad Papam, *text. & gl. in dicto c. licet*.

Quinto, in ambiguitate opinionum

12 standum est potius decisioni Ecclesiæ, *gl. in d. cap. licet in apostillis, & cap.* Rainutius *de testamentis*.

Sexto, quando causa est connexa, &

13 inseparabilis, vt si in ipsa Clericus, & Laicus essent conueniendi, tunc enim potius Clericus trahit Laicum ad Iudicem Ecclesiasticum, quam trahatur ab

14 ipso. idem dic in causa diuortij pro Iudicio dotis, *c. de prudentia de donationibus inter virum, & vxorem*.

15 Septimo, ratione feudi, & sic Laici retinentes feuda Ecclesiastica, Ecclesiæ omninò subduntur, *cap. verum de foro competenti*.

Octauo potest Iudex Ecclesiasticus Laicos compellere per censuram, vt ve-

16 ritatem deponant ad instantiam partis, *cap. 1. & 2. de testibus cogendis, & alios casus ponit, gl. in d. cap licet de foro competenti, vbi ponet versus Hostiensis*.

In §. Pari ratione cum tribus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Contrariorum eadem est disciplina*.

2 *Papa, quæ sunt de iure* Diuino *in totum tollere non potest*.

3 *Clericus qui clericatui non renunciauit, nec fori priuilegio renunciare potest*.

4 *Clericus, qui alium clericum coram Iudice laico conuenit, est deponendus, & ius litis amittit*.

5 *Laicus, qui Clericum coram Iudice Laico vocat, est excommunicandus, & Neapoli est casus reseruatus sub excommunicatione*.

6 *Clericus consignatus curiæ sæculari, à Iudice Laico cognoscitur, & punitur*.

7 *Princeps Laicus, ratione feudi potest cognoscere personam Ecclesiasticam, sed non inquirere de delicto*.

8 *Clericus ratione feudi, tenetur Principi laico imposita soluere fiscalia*.

9 *Clerico declarato incorrigibili ab Episcopo, Iudex laicus iurisdictionem habet ad ipsum puniendum*.

10 *Clericus coram Iudice laico conueniẽs, potest coram eodem Iudice reconueniri, & ad expensas condemnari*.

11 *Executio decreti Iudicis laici contra clericum, implorato brachio Iudicis Ecclesiastici est facienda*.

12 *Clericus in arbitrum laicum consentire non potest*.

13 *Clericus arbitrum laicum, cum licentia Episcopi habet, & si arbitrium feratur super re propria; non Ecclesiastica*.

14 *Actor sequitur forum Rei*.

15 *Clericus actor, Iudicem laicum adire debet contra laicum*.

16 *Clericus actor nõ potest laicum coram Iudice laico conuenire pro causa spirituali*.

17 *Clericus potest laicum coram Ecclesiastico vocare si adsit talis consuetudo*.

18 *Clericus initiatus etiam gaudet immunitate*

19 *Clericus coniugatus cum vnica, & Virgine inseruiens, & in habitu procedens immunitate gaudet*.

20 *Eremita regulatè viuentes, licet non sint ordinati subduntur Episcopo in cuius degunt territorio*.

21 *Iudex laicus procedens contra clericũ ad pœnam corporalem incidit in canonem si quis suadente nec ei creditur, si de priuilegio dicat*.

22 *Priuilegio non creditur, nisi ostendatur*.

1 Contrariorum eadẽ est disciplina, §. 1. *de his qui sunt sui, vel alieni Iuris libro 1. ciuili*, ideo sicut non potest Laicus conueniri coram Iudice Ecclesiastico (regulariter loquendo) ita nec potest Clericus coram Iudice Laico conueniri, sic notatur *in §. pari ratione hic ex textu in cap. Ecclesia Sancta Maria de Constitutionibus, ex cap. at si Clerici de Iudicijs, & ex cap. licet de foro competenti*, tantò fortiùs quod

hoc

2 hoc est de Iure Diuino, nec in totum tolli potest per Papam, *Abbas in dicto c. licet, & Felin. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, cap. sunt quidam 25. quæst. 1.* vnde nec
3 Clericus potest renunciare huic priuilegio, nisi renunciasset Clericatui, aliàs renunciatio priuilegij non valet, *cap. cum non ab homine de Iudicijs, cap. contingit de sententia excommunic.* at si Cleri-
4 cus Clericum conueniret coram Iudice laico Clericus conueniens est deponẽdus, & amittit ius litis, *Abbas in cap. si diligenti, de foro competenti, & glos. ibidem*;
5 pœnam excomunicationis ait esse adijciendam laicis, si Clericos coram Iudice laico conueniant, Neapoli verò est casus reseruatus sub excommunicatione ad intelligentiam igitur horum §.§.

Aduerte primo, supra dictam disposi-
6 tionem limitari in pluribus casibus, & primo, quando Clericus consignatur Curiæ seculari, tunc enim, & recognoscitur, & punitur etiam pœna mortis pro qualitate delicti, *cap. primo de homicidio in sexto*.

7 Secundo, ratione feudorum, *Riccius in praxi Archiepiscopali decis. 263. art. 3.* sed de delicto cognoscit Iudex Ecclesiasticus, Princeps verò habet ius circa feudum, vt
8 diximus in lectura de iudicijs, & possunt etiam ipsi Principes ratione feudi imponere fiscalia, & ipsa exigere à Clericis.

9 Tertiò, Clericus, qui facta trina monitione ab Episcopo, non vult incedere in habitu, & tonsura decenti, declaratur incorrigibilis ab Episcopo, & puniri potest à Iudice laico *DD. in cap. peruenit de sententia excommunicationis*, & adest pro hoc peculiaris Bulla Sixti V.

10 Quartò, in causa reconuentionis, Clericus enim, qui conuenit laicum coram Iudice laico, potest ab eodem laico recõueniri pro expeditione eiusdẽ litis, & potest etiam condemnari ad expensas, *cap. 1. de mutuis petitionibus*, tamen debet fieri
11 executio talis decreti implorato brachio Iudicis Ecclesiastici, *Felin. Imola, & Abbas in cap. at si Clerici de Iudicijs, Afflict. decis. 173.*

12 Aduerte secundò, quod neque potest Clericus consentire in arbitrium laicum, itaut huius laudum habeat vim, nisi concurrat licentia Episcopi, & arbitrium ferendum sit in re propria ipsius Clerici, nõ
13 autem in re Ecclesiastica, *Maranta in 4 parte iudiciali dist. 12. & DD. in cap. significasti de foro competenti*.

14 Aduerte tertiò ex §. *quod si inter*, quod actor sequi debet forum Rei, ex *cap. cum sit generale, de foro competenti, cap. experientia, cum alijs sequentibus 11. quæst. 1. l. in criminalibus, C. de iurisdictione omnium iudicum, cap. si Clericus de foro*
15 *competenti*, ideo si Clericus sit actor cõtra laicum, Iudicem laicum adire debet, nisi causa esset omninò spiritualis, vel si
16 consuetudo disponat, posse Clericos vocare laicos coram Iudice Ecclesiastico,
17 *glos. hic verbo separatur, ex textu in dicto cap. si Clericus*.

18 Aduerte vltimò, ex § *Cauendum*, quod quilibet minister Ecclesiasticus gaudet hac immunitate, de qua diximus etiam si esset Clericus coniugatus, si acceperit
19 vnicam, & virginem, & inseruiat Ecclesiæ in habitu, *cap. vnico de Clericis coniugatis in sexto, Tridentinum sess. 23. cap. 6. de reformatione*, idem dic in Eremitis etiam non ordinatis, dum-
20 modo tamen regulatè viuant, subduntur enim Episcopo, in cuius territorio manent, *glos. hic ex cap. nulla distinct. 93. & c. qua verò 16. quæst. 1. & ex glos. hic in fine habes & ex DD. in c. 2. de foro com-*
21 *petenti*, Iudicem laicum procedentem ad pœnam corporalem contra clericos incidere in *Canonem si quis suadente diabolo*, quo posito non est credendum Iu-
22 dici, si dicat, se habere priuilegium recognoscendi Clericos, quia priuilegio non creditur nisi ostendatur.

In §. Dubitari cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus cognoscere debet, si dubium sit super delinquentis clericatu.*

2 *Ecclesiastica potestas suprema, & ipsi in dubio recurrimus.*

3 *Ecclesia vocat clericos, sicut patriacinem.*

4 *Iudex Ecclesiasticus, quando clericatus facit discussionem debet id facere diligenter.*

5 *Citari in Iudicijs debent omnes quorum interest, alias sententia eis non præiudicat.*

6 *Citati si non compareant, sententia valet.*

7 *Clericus recognitione clericatus pendente, detinetur in carcere, vbi reperitur.*

8 *Clericus remittendus, honestè remitti debet, alias Iudex ignominiosè remittens puniri debet, & practicatũ de facto.*

9 *Remissio fit expensis clerici*,
10 *Curia fiscalis accedit ad clericũ de potestate laicali suscipiendum in ciuitate Neapolis*.
11 *Clericus malitiosè distrahens ostendere bullas vsque ad finem expeditionis processus, tenetur ad expensas factas in lite parti aduersa*.
12 *Iudex laicus non potest se excusare ex capite ignorãtia si clericus sit notorius, sed statim remittere debet alias incidit in pœnam textus*, in cap. si Iudex laicus de sententia excommunicationis in sexto.
13 *Iudex laicus non incidit in pœnam dicti textus* in cap. si iudex laicus. *si clericũ statim non remittat quando clericus est bigamus, vel in habitu laicali incedens*.
14 *Talis quis præsumitur qualis inuenitur aliquandiù conuersatus & captus*.
15 *Clericus pro tali publicè habitus, & incedens in habitu, & tonsura decenti illicò est remittendus*.

HIc esset agendum de immunitate personali, de qua diximus, *lib. 2. de immunitate Ecclesiarum*, tamen præter ibi dicta,
1 Aduertè primo, quod quando sumus
in dubio, an delinquens sit Clericus nec ne
tunc debet recognosci à Iudice Ecclesiastico,
quia vt supra diximus, in ambiguis
debemus sumere definitionem potestatis
superioris, & talis est potestas Ecclesiastica,
diximus supra, *ex glos. in apostillis in cap licet de foro competenti, ex cap. Rai-*
2 *nutius de testamentis*, & Ecclesia suos
Clericos hic vocat, sicut Ciuitas suum
3 Ciuem repetit, *l. de iure, ff. ad Municipalẽ*
debet tamen diligenter facere discussionẽ
4 clericatus vt iudiciũ procedat sine fraude
cap. si iudex de sententia excommunicationis in sexto, l. de vnoquoque, ff. de re iudicata, vbi generaliter traditur regula,
5 quod semper in iudicijs ferendis omnes
citari debent quorum interest, quod si
non fuerint præsentes, quia non fuerunt
citati, iudicium ipsis nullum præiudicium
infert, si verò fuerint citati, & non com-
6 pareant, valet sententia, *dicta l. de vnoquoque*.
7 Aduerte secundo, quod dum fit recognitio,
an deprehẽsus sit Clericus nec ne,
tunc detinetur in carcere, vbi reperitur.
Couar. pract. quæst. lib. 1. quæst. 3. & debet
8 honestè remitti, & sine ignominia, aliàs
punitur Iudex ignominiosè remittens
Clericum, *Garauita in ritu M. C. 235.* vbi
refert, fuisse priuatum quemdam Iudicẽ
laicum, qui Clericum delinquentem re-
9 miserat Curiæ cum catena in collo; verũ
tamẽ est, quod remissio fit expensis ipsius
Clerici, hic autem seruatur, quod fiscalis
Curiæ accedit ad talem Clericũ de pote-
10 state laicali suscipiendũ, vt videre est per
Genuensem in praxi Archiepiscopali, cap. 6,
11 Aduerte tertiò, quod si Clericus citatus
in causa criminali consentiat in iudicẽ
laicum, & deinde dum processus est in
fine expeditionis ostendat bullas, & petat
remissionem, tunc si callidè id fecerit,
tenetur ad expensas factas in lite parti aduersæ,
Couarruuias loco cit. cap. 33. Vrsillus ad Afflictum decis. 18, & alij communiter.
12 Aduerte quartò, quod quando sumus
in claris non possunt laici se excusare, puta
si Clericus sit notorius, & qui debeat
gaudere priuilegio immunitatis fori, tunc
iudex laicus statim remittere debet, aliàs
incidit in excommunicationem, *cap. si iudex laicus, de sententia excommunicationis in sexto*. Dixi qui gaudere debeat,
nam si sit Clericus bigamus, vel degradatus,
& consignatus, vel qui incedat in
13 habitu laicali, tunc non est excommunicatus
laicus ipsum carcerans, nam
talis quis præsumitur, qualis inuenitur
14 aliquamdiu conuersatus, & captus, sic
notatur in summario §. *idem dicendum*.
idem dic è contra si quis publicè extimetur
Clericus, & incesserit per multum
temporis spatium in habitu, & tonsura
15 decenti, tunc statim remitti debet ex ratione
adducta, nam talis præsumitur, qualis
inuenitur, *l. cum apud §. si quis, ff. de iniurijs*, vt notat *Abb. in cap. ex parte, & cap. contingit de sententia excommunicationis*,

In §. aliud obseruandum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus potest cognoscere de eo qui deprehenditur in habitu clericali, si tamen anteà semper laicaliter incesserit*.
2 *Possessio vltima non releuat, vt fiat remissio*.
3 *Actus plures vincunt vnicum*.
4 *Iudicium quiescere debet, donec taliter deprehensus de clericatu doceat*.
5 *Clericatus per testes, & per bullas Episcopi probari potest*.

Ad-

1 ADuerte primo, quod si quis incesserit semper laicaliter, & tamen tempore, quo deprehenditur inueniatur in habitu Clericali, non præsumitur Clericus, & potest capi à iudice laico, vt notatur hic. ratio est, nam vl-
2 tima possessio non releuat, vt fiat remissio, cum plures actus anteà contrarij vincant hunc vnum actum deprehensionis,
3 vt colligitur argumento à simili, *ex authent. itaque C. communia de successionibus*.

Aduerte secundò, quod non per hoc hic est destitutus omni auxilio, quia de-
4 bet quiescere figura iudicij, donec deprehensus doceat de clericatu, *cap. si iudex de sententia excommunicationis in sexto*, & suam ordinationem probare po-
5 test, vel per testes, vt notat *Ioannes Andreas in cap non licet de reg. iuris in sexto, & cap. fin. de Clericis peregrinantibus*, vel per bullas sui Episcopi, *cap. tua nos cit. tit. cap. legum 2. q. 1.*

In §. est, & alia diuisio cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium alias habet diuisiones!*
2 *Iudicium ordinarium à quo suam habeat denominationem.*
3 *Iudicium ordinarium quid.*
4 *Iudex ordinarius propriam habet iurisdictionem iure officij.*
5 *Iudex ordinarius etiam ille dicitur, qui pro Superiore iurisdictionem exercet.*
6 *Iudex à superiore datus, quomodo cognoscatur an ordinarius sit, an delegatus.*
7 *Iudex, qui generalē habet à Principe procedendi potestatem in Iudicijs dicitur ordinarius.*
8 *Iudex datus licet à Principe pro certo negotio dicitur delegatus.*
9 *Iudex ordinarius in quolibet loco sui territorij iudicium ferre potest.*
10 *Archiepiscopus in sua diœcesi iudicium ferre potest, non autem in Prouincia, secus in causa appellationis.*
11 *Iudex Ecclesiasticus, qui in territorio iudicis secularis debet exequi sententiam, potest illius brachium implorare.*
12 *Superior subditos in alieno manentes territorio coercere non potest, nisi implorato brachio iudicis, illius loci vbi subditi manent.*
13 *Episcopus &c. extra propriam diœcesim manentes coercens acta nulla exercet, & subditur querela vsurpatæ iurisdictionis.*
14 *Delegatus à Papa potest de causa cognoscere extra propriam diœcesim.*

1 HIc dat Lancellottus alia diuisiones iudiciorum, & ait, quod alia sunt iudicia ordinaria, alia extraordinaria, proquibus.
2 Aduerte primò, quod iudicium ordinarium sumit hic suam denominationem à potestate ordinaria, qua in ipso proce-
3 ditur, & sic iudicium ordinarium illud dici potest, in quo à Iudice ordinario, & propriam iurisdictionem habente sententia fertur, *l. 1. ff. de officio eius, & l. more maiorem, ff. de iurisdict. omnium iudicum*.
4 Aduerte secundò, quod non tantum Iudex ordinarius dicitur ille, qui iure sui officij iurisdictionem exercet, sed etiam
5 is, qui pro Superiore iurisdictionem exercet, vt notatur hic. quod si quæras, posito
6 quod Superior det Iudicem delegatum, & ordinarium eodem modo, quomodo cognosci debeat, quando Iudex datus à Superiore sit ordinarius, quando sit delegatus.

Respondent *DD. in glos. in l. quia, ff. de*
7 *iurisdictione omnium iudicum*, quod tunc censetur iudex datus ordinarius, quando habet à Principe concessionem generalem, vt procedat in iudicijs, dando ei amplam potestatem, quando autē
8 dat potestatem determinatam in tali negotio, tunc censetur iudex delegatus, vt respondet similiter *Abb. in cap. relatum de officio delegati*.
9 Aduerte tertiò, quod Iudex ordinarius, in quolibet loco sui territorij potest iudicium facere, & sententiam ferre, & sic Episcopus in omni loco sui Diœcesi, Archiepiscopus pariter in Diœcesi, non autē in prouincia, nisi in casu appellationis,
10 *cap. vt litigantes de officio ordinarij in 6. cap. 1. 9. quæst. 4.* imò pro executione talis sui iudicij potest implorare brachium
11 Curiæ secularis, *cap. 1. de officio ordinarij, cap. 1. eodem tit. in 6.* & de hoc habent Episcopi, & alij superiores Ecclesiastici indultum à Bonifacio VIII. quod incipit, *Dilectus filius*, per quod ipsis datur talis facultas.
12 Aduerte vltimò, quod præter propriū territorium non potest quilibet Superior suos subditos coercere, nisi imploraro brachio iudicis illius loci, vbi reus existit, *c. Episcopus de officio ordinarij in 6. l. fin ff. de iurisdictione omnium iudicum*, & ali.

13 & aliter facientes, acta nulla exercent,
& contra ipsos intentatur quarela de
vsurpata iurisdictione. quod limita, quan-
14 do in aliqua causa esset quis delegatus à
Papa, tunc enim potest de tali causa co-
gnoscere etiam extra propriam Diœcesim
vt patet *ex glos. in cap. quamuis de officio potestate iudicij delegati*.

In §. Extraordinarium.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium extraordinarium coram delegato dicitur exerceri.*

2 *Iudicium delegatum, seu extraordinarium, an aliquando ordinarium dici possit, & quomodo.*

3 *Iudicium ordinarium etiam dicitur, in quo non proceditur summariè, vel iuris ordine seruato.*

4 *Iudex delegatus iudicium iuris ordine seruato exercens, ordinarium iudicium videtur exercere.*

5 *Iudex delegatus quis dicatur.*

6 *Principe, vel alio delegante mortuo, iurisdictio delegati cessat.*

7 *Iudex delegatus, qui ante mortem delegantis incepit iurisdictionem exercere, etiam ipso mortuo iurisdictionem prosequitur.*

8 *Iurisdictionis inceptum exercitium dicitur, esse per solam citationem, & saltem post litem contestatam.*

9 *Delegatio facta nomine dignitatis personæ, non personæ simpliciter non extinguitur per mortem delegati, sed in successorem dignitatis extenditur.*

10 *Rescriptum gratiosum ampliari debet.*

11 *Iudex delegatus, qui semel protulit sententiam, non potest amplius ipsam reducere, mutare &c.*

12 *Iudex delegatus lata sententia functus est officio suo; & eius expirauit iurisdictio.*

13 *Iudex ordinarius potest sententiam reducere, mutare, &c. si ratio id suadeat.*

14 *Iudex ordinarius habet taxatum salarium ex publico.*

15 *Iudex delegatus colligit sportulas, & expensas à delegante taxatas.*

16 *Iudex ordinarius non potest reuocari nisi finito tempore officij.*

17 *Iudex delegatus re integra ad libitum, & absquè causa reuocari potest.*

18 *Episcopus etiam ante finitum tempus statutum, & conuentum, Vicarium reuocare potest ex ratione, licet ante tale tempus se illum non reuocare iurauerit.*

19 *Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus, & si ratio non contrà sit.*

20 *Iudex ordinarius alium delegare potest, & quare; non tamen id facit delegatus.*

21 *Iudex delegatus à Principe alium subdelegare potest, & quare.*

22 *Iudex delegatus, & Iudex datus, maximam habent inter se differentiam.*

23 *Delegata M. C. V. à Prorege, (licet ordinariam habeat iurisdictionem) maiorem recipit iurisdictionem.*

24 *Delegata M.C.V. à Prorege, non datur appellatio ad alia Tribunalia, sed tantum ad ipsum appellari potest.*

25 *Iudex datus, est ordinarius, sed destinatur in aliqua causa.*

26 *Stylus S. R. C. in destinatione causarum.*

27 *Consiliarij habent propriam iurisdictionem; & ideò dantur, non delegantur.*

28 *Stylus Curiæ Romanæ, in committendis causis.*

1 ADuerte primò, dari hic definitio-
nem iudicij extraordinarij, & dici-
tur illud, quod coram iudice de-
legato exercetur, *cap. quoniam contra de probationibus*, imò iudicium delega-
2 tum, seu extraordinarium potest etiam
dici aliquando ordinarium, sumpto, ly,
ordinarium in latiori significatione, vt
enim videbimus infra *in §. fin eodem tit.*
3 iudicium ordinarium dici potest illud, in
quo iudex non summariè, sed de ordine
iuris procedit, seruatis omnibus solemni-
tatibus, meritò si iudex delegatus tali-
ter procedat, eius iudicium ordinarium
4 sic dici poterit, *glos in §. est & alia, supra verbo extraordinaria*.

Aduerte secundò, quod iudex delega-
5 tus est ille, cui ab eo, qui demandare
potest, causa committitur, vt habetur
hic, & patet ex *l. more maiorum, ff. de iurisdict. omnium iudic.* vbi etiam disponi-
6 tur, quod mortuo Principe, vel alio de-
legante cessat iurisdictio, *l. & quia, ff. cit. tit. Abb. verò in cap. relatum de offic. delegat. num. 6* ponit limitationem, & est
quod si delegatus ante mortem delegan-
7 tis incepit exercere iurisdictionem, tunc
mortuo ipso delegante non expirat iuris-
dictio, sed remaneat efficaciter in ipso de-
legato, patet per argumentum à contra-
rio sensu ex *l mandatum, C. mandati*, ad
8 hoc autem faciendum diceretur inceptũ
exer-

exercitium iurisdictionis etiam per citationem factam ante mortem delegantis, vel ad summum quod lis fuerit contextata, *glos. in cap. relatum de offic. delegati*, idem etiam est extendendum, quando
9 delegatio esset facta nomine dignitatis, non nomine personæ, v. g. Gubernatori Puteolano negotium delegamus, vel Episcopo Nolano, tunc enim etiam mortuo ipso delegato, successor in officio, & dignitate potest prosequi iudicium inceptum à prædecessore, quia in isto casu re-
10 scriptum præsumitur gratiosum, & ampliandum, *cap. si gratiosè de rescriptis in sexto*.

Aduerte tertiò, quod in multis alijs
11 differunt iudex ordinarius, & delegatus, & primo, nam iudex delegatus, qui semel protulit sententiam, non potest ipsam te-dicere, seu mutare, *l. iudex postea quam*
12 *ff. de re iudicata*, & ratio est, quia functus est officio suo, & iurisdictio expirauit, quod
13 non est in ordinario, qui potest sententiam redicere, & mutare rationabili causa tamen concurrente, *l. si vt proponis, & l. præses, C quomodo & quando iudex*.
14 Secundò, ordinarius habet taxatum salarium à Ciuitate, & publico, delegatus autem exigit sportulas, & expensas, quæ
15 ei taxantur à delegante. *Bart. in auth. offeratur C de litis contextatione*. Ter-
16 tiò, ordinarius non reuocatur, nisi finito tempore sui officij, delegatus autem ad libitum deleganti reuocari potest re in-
17 tegra, & etiam absque causa, *Abb. in cap. relatum de offic. iud. deleg* quod limita de Iure Canonico nam potest Vicarius
18 causa rationabili concurrente reuocari ab Episcopo etiam ante finitum tempus, pro quo conuenerant inter se, licèt Episcopus iurasset talem Vicarium ante tale rempus non reuocare, nam iuramentum semper intelligitur reb. sic stantibus, &
19 recta ratione non suadente contrarium, *cap. quemadmodum de iure iurando, & cap. 3 de offic. Vicarij*. Quartò, iudex or-
20 dinarius potest a ium delegare, nam est dominus iurisdictionis, & iurisdictionem habet tamquam suam, delegatus autem non sic, *cap pastoralis, & cap. 3. de offic. iudic delegati, DD. in dicta l. more maiorum, ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi id li-
21 mitant communiter, quãdo esset delegatus à Principe, tunc enim saltem pro tali re videtur ordinarius, ac proinde poterit iurisdictionem sibi impartitam à Principe alteri demandare.

22 Aduerte vltimò, quod est maxima differentia inter iudicem delegatum, & indicem datum, iudex enim delegatus est ille, qui in re sibi commissa, vel non habet iurisdictionem, vel non tantam quanta sibi
23 in delegatione conceditur, sic quãdo delegatur M. C. à Pro Rege, tunc enim licèt magna Curia habeat iurisdictionem ordinariam, tamen ratione delegationis habet maiorem iurisdictionem, itaut non
24 detur appellatio ad alia Tribunalia, sed tantum ad ipsum Pro Regem, iudex autẽ datus est potius iudex destinatus, qui est
25 ordinarius, sed à Superiore destinatur in tali causa, sic de facto euenit in S. R. C. vbi
26 Præses dat Regios Consiliarios Iudices diuersarum causarum, ipsi enim datur supplicatio, & ipse signans, causam commit-
27 tit vni, vel alteri ex Regijs Consiliarijs, qui dicitur Iudex datus in tali causa, non delegatus, qui habet propriam iurisdictionem, & tantum destinatur pro tali causa, patet ex *Couarrunia variarum resolutionum lib 3. cap. 20.* sicut etiam
28 Romæ caput Rotæ causas committit.

In §. Possunt cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius, vel à Principe delegatus, alteri delegare possunt.*
2 *Delegato à Principe conceditur magis ampla iurisdictio.*
3 *Iudex ordinarius, vel à Principe delegatus, vt delegare possint, non ex negligentia, seu ex fraude id facere possunt; sed iuridicè & rationabiliter.*
4 *Fraus non præsumitur nisi probetur.*
5 *Fraude vel negligentia non stante, potest compelli sub delegatus, vt negotium expediat.*
6 *Delegatus à Principe sub delegare non potest, quando in delegatione industria personæ electa videtur.*
7 *Industria personæ per qua verba in delegatione posita, videatur electa.*
8 *Iudex ordinarius, vel à Principe delegatus, etiam à Papa, non possunt cogere partes vt per se etiam pareant, & non per procuratorem in iudicijs ciuilibus.*
9 *Iudex potest cogere partes vt per se comparéant ad dandum iuramentum calumniæ, & in similibus à iure expressis.*
10 *Delegatus potest cogere partes vt per se compareant, & non per procuratores, si specialiter id habuit à Principe.*
11 *Priuilegium concessum à iure est, vt par-*

partes per procuratorem comparere possint.

12 *Priuilegio nemo spoliari debet.*

13 *Princeps supremus potest delegato authoritatem cōcedere, vt partes cogat ad comparendum per se.*

14 *Procurator non admittitur in criminalibus, nam partes per se comparere debent.*

15 *Delegatus à Papa, id potest, quod potest Papa.*

16 *Delegatus à Papa potest id quod potest Papa in rebus, sine quibus negotium expediri non potest.*

17 *Praiudicium pati non debent persona priuilegiata.*

18 *Praiudicium non infertur, nisi sit expressum, nec per interpretationem proceditur.*

1 ADuerte primò hic, quod non tantum Iudex ordinarius causas potest delegare alteri, sed etiam iudex delegatus quando fuit delegatus à
2 Principe, cui videtur concessa maior facultas, & magis dilatata iurisdictio, *Abb. in cap. pastoralis de offic. & potestate iudicis delegati*, hic autem delegatus à Principe, vt subdelegari possit iuridicè, debet moueri ex aliqua causa rationabili,
3 non autem ex negligentia, vel ex ratione fraudis. *cap. pastoralis de offic. delegat. & Abb. in dicto cap. notat*, quod fraus nō præsumitur, nisi probetur per partem ad-
4 uersam, & hoc posito poterit etiam iudex ordinarius, vel delegatus à Principe compellere delegatum à se vt negotiū
5 administret, *DD. in l. vnica, C. qui pro sua iurisdictione*, & notat *glos. hic verbo ex causa*.

Aduerte secundò, supra dictam dispo-
6 sitionem limitari, quando in delegatione facta à Principe videtur electa industria personæ, tunc enim non potest delegatus etiam à Principe alium subdelegare, *l. inter artifices, ff. de solutionib. cap. fin. de offic. delegati*, & videtur electa
7 industria personæ, quando in delegatione hæc, vel similia verba apponuntur cognoscas de hoc secundum tuam conscientiam, vel causam per te ipsum agas, *cap. is cui de offic. deleg. in sexto. Felin. & Abbas in cap. vltimo de offic. delegati.*

Aduerte tertiò, quod tam Iudex ordinarius, quam delegatus à Principe, vel subdelegatus ab his, non possunt partes citare in iudicijs ciuilibus, vt per se compareant, & non Procuratores, neque si esset delegatus à Papa, poterit ad id cogere collitigātes, vt notatur hic ex *cap. 1. de offic. deleg. in 6.* præterquam in casibus à iure expressis, puta ad dandum iu-
9 ramentum calumniæ, ad accipiendam depositionem principalium, & in similibus, secus autem non possunt cogi, nisi ipsi delegati habeant ad hoc specialem au-
10 thoritatem à Principe, & ratio est, nam quod partes litigantes possint compare-
11 re per procuratorem, est priuilegium cōcessum à iure, *l. 1. ff. de procuratorib. l. putat. §. cum autem. C. de his, qui ad Ec-*
12 *clesiam confugerunt*, & nemo debet spoliari suo priuilegio, *cap. de his distinct. 8. cap. indultum de reg. iur. in 6.* per consequens, nec isti poterunt tale priuilegium
13 tollere, nisi habuerint de hoc speciale priuilegium à Principe supremo, qui poterit id facere ex rationabili causa.

Nota hic primò, quod dixi in iudicijs ciuilibus, nam in criminalibus vt vide-
14 bimus infra non admittitur procurator, sed partes ipsæ pro, & contra comparere debent.

Nota secundò, id quod dixi hoc neque
15 habere locum in delegato Papæ, licet enim delegatus à Papa possit, id quod potest Papa (& Papa possit cogere partes etiam in iudicio ciuili, vt ipsæ cōpareant)
16 tamen intelligitur, quod potest id quod potest Papa in rebus, sine quibus, iudicium expediri non potest, *cap. 1. & cap. præterea de offic. deleg. & glos. hic ait*, hanc esse limitationem Innocentij, & Ar-
17 chidiaconi, tantò fortiùs, quod agitur de inferendo præiudicio personis priuilegiatis, & præiudicium non infertur nisi hoc sit expressum, neque in ipsis proceditur
18 per interpretationem, sed debet Princeps exprimere etiam hanc particulam, si velit, quod possit Iudex ipsas partes citare, vt personaliter conueniant.

In §. Sed nec omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Causæ sub delegatio non omnibus indistinctè fieri debet, sed personis in dignitate constitutis.*

2 *Episcopi &c. in concilijs synodalibus certas debent statuere personas, quibus causas commissas à Sede Apostolica delegent, & statim mittere ad Sedem Apostolicam assignationem factam.*

3 *Iudex assignatus si pereat, poterit Episcopus alium subrogare vsq; ad nouam synodum, & quod si causæ alijs delegatæ inueniantur censeantur subreptitiæ.*

4 *Causæ delegatio Iuuenibus fieri potest, & iam*

& iam ante annum vigesimum quintum.

5 *Dignitas Ecclesiastica, etiam ante 25. annum obtineri potest.*

1 Aduerte primò hic, quod non omnibus indistinctè potest fieri subdelegatio causæ, sed debent esse personæ in dignitate constitutæ, vel, quæ habeant personatum, seu Canonicatum, vt notatur in *cap. restitutū de rescriptis in sexto, & Trident. sess. 25. cap. 16. de reformatione*, dando limitationem circa hanc materiam, quod debeant Episcopi,
2 & alij superiores Ecclesiastici in concilijs Synodalibus certas personas statuere, & designare quibus, causas commissas à Sede Apostolica delegent, & hanc assignationem statim mittant ad Sedem Apostolicam, quod si vnus ex iudicibus
3 assignatis pereat, poterit Episcopus alium subrogare in eius locum vsque ad nouam Synodum, & si causæ inueniantur alijs delegatæ, censentur subrepititiæ, vt per *Trid. loc. cit.*

Aduerte secundò, quod poterunt etiā
4 causæ delegari iuuenibus, & qui non habent annum 25. sufficit enim de iure Canonico, quod delegatus habeat digni-
5 tatem Ecclesiasticam, sed potest hanc habere ante dictam ætatem, ergo potest etiam in tali ætate esse delegatus vt notat, *gloss hic ex cap. vnico de ætate, & qualitate in sexto.*

In §. Item mandari, cum tribus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio, vni, vel pluribus facta valet.*

2 *Delegatio pluribus fieri debet determinatis non pluribus in genere.*

3 *Arbiter non potest elegi incertus.*

4 *Delegatione facta pluribus sine clausula (quod si omnes interesse nequiuerint, vel noluerint agent alij) non possunt alij coniudices procedere socijs absentibus.*

5 *Delegatione sine tali clausula facta, Iudices sine socijs nec inter locutorias valent ferre sententias.*

6 *Delegatione sine tali clausula facta, valet sententia facta à consocijs, si alius absens vices, & votum alteri socio, vel omnibus commiserit.*

7 *Iudices omnes si sint præsentes, sed non concordantes, valet maioris partis sententia.*

8 *Arbitri si sint in pari voto nullius valet laudum.*

9 *Delegati si sint in pari voto, superior aditur, vt alteram confirmet.*

10 *Iudices ordinarij si sint in pari voto, eorum valet sententia, quæ liberatoria rei est, non quæ condemnatoria.*

11 *Iudex qui habuit authoritatem à socio absente, an possit vna sententia vti vt ipse, alia vt delegatus, à consocio.*

12 *Negotium alterius gerens optimum modum pro eo eligere debet.*

13 *Iudex collega impeditus non tenetur alium subdelegare pro suo voto ferendo, quando fuit apposita talis clausula, quod si omnes, &c.*

14 *Iudices plures delegati non possunt sine interuentu socij iudicare, nisi ipso impotente, vel nolente, licet talis clausula esset apposita.*

15 *Iudex socius nisi certioretur nullus actus validus sit per consocios.*

1 Aduerte primò, quod delegatio potest pluribus modis fieri scilicet vni tantum, vel pluribus. *capit. sciscitatis de rescriptis, cap. cum causa*
2 *de offic. deleg.* tamen non debet fieri pluribus in genere, sed pluribus, determinatis personis, *cap. ad hæc de rescriptis,*
3 sicut etiam nec iudex arbiter incertus esse potest, *cap. innotuit de arbitris.*

Aduerte secundò, quod quando fit
4 ista delegatio pluribus, sunt attendenda verba ipsius delegationis, & sic si non apponatur illa clausula (quod si omnes interesse nequierint, vel noluerint agent alij) quid quid fit per alios coniudices, nō
5 extantibus socijs, pro nullo habetur, nec firmitatem habet, etiam si sint sententiæ inter locutoriæ. *gloss. hic verbo efficaciam,*
6 verum tamen est, quod si non sit apposita talis conditio, valeret sententia ab alijs consocijs, dummodo ille, qui abest, vices suas, & votum alteri consocio, vel omnibus consocijs mandet, vel subdeleget, *Innocentius in cap. causam extra eod. ex textu in cap. quamuis eod. tit*
7 Idem dic si omnes essent præsentes, sed discrepantes in prolatione sententiæ, tunc enim ait idem *Innocentius*, quod valeret votum maioris partis, *cap. 1. 2. 3. distinct. 64.* sed melius distingue, quando sunt in dispari voto, quod scilicet vel sunt
8 iudices arbitri, vel delegati, vel ordinarij, si sint arbitri, nullius laudum valet si sint in pari voto. Si sunt delegati pendet executio sententiæ, donec superior alte-

9 alteram confirmet, *l. duo, ff. de re iudicata*. si sint ordinarii in pari voto, v. g.
10 duo liberent, & duo condemnent reum, potius prævaler sententia liberatoria, *l. inter pares. ff de reg. iuris, cap. ex litteris, de probationibus*. Idem *Innocentius in dicto cap. causam à numer. 3. vsque ad finem*.

Quæres an ille coniudex, qui habuit authoritatem à socio absente possit vno
11 modo dare sententiam pro se, alio modo vt delegatus a consocio.

Respondetur negatiuè, vt pariter diximus *de electione in initio lib. primi*, de-
12 bet enim quis optimum modum eligere pro eo, cuius negotium gerit, & sic iudicium, quod facit pro sua persona, poterit etiam facere pro commissione alterius, *cap. penult. de elect. in 6*.

13 Aduerte tertiò, quod quando apponitur talis clausula, quod si omnes, &c tunc collega impeditus non tenetur alium subdelegare pro suo voto ferendo, *DD. in cap. coram de offic. deleg.* tamen dicta clausula non dat omninò consocijs au-
14 thoritatem, vt possint quomodolibet, & sine interuentu socij iudicare, sed tantum socio impotente, vel nolente interuenire, tunc poterunt iudicare, quod si tum certiorato socio iudicium faciant, nullum est, nec quidquam valet actus celebratus
15 ab ipsis, vt notatur hic in §. *hoc tamen*, & patet ex *cap. prudentia de offic. deleg. & cap. seiscitatus de rescriptis*.

In §. Porrò cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudicibus pluribus delegatis, si vnus, vel plures se excludant, potest qui se intromisit prosequi, nec possunt se excludentes amplius intromittere, & quare num 3.*

2 *Iudicium dicitur inceptum etiam per simplicem citationem.*

4 *Iudice, qui se intromisit amplius procedere nolente, vel impotente, vel ex dolo omittente &c. poterunt consocij licet se excluserint, se intromittere.*

5 *Iudex si procedere nolit, vel non possit &c. poterit alium subdelegare ad socios excludendos, si à Principe sit delegatus.*

6 *Iudex Principis delegatus qui se intromisit est effectus dominus litis, & potest causæ cognitionem alteri demandare.*

7 *Iudex vnus si viuo mandante iurisdictionem perpetuauerit, etiam quoad socios perpetuata erit iurisdictio.*

8 *Iudex, qui est effectus dominus litis, etiã per simplicem citationem, sibi, & consocijs suis acquirit.*

1 Aduerte primò, quod quando plures sic sunt delegati, & vnus, vel plures se excludunt à iudicio, tũc
2 ille, qui incepit iudicium, etiam per simplicem citationem, adeò efficitur dominus litis, vt neque possint alij in posterũ se intromittere, vt notatur hic, & *capit. complures de offic. deleg. in 6.* & ratio est,
3 quia aliàs oritetur maxima perplexitas, si plures citarent in diuersis locis, vel vnus absolueret, alius condemnaret, vt notatur hic ex *cap. si contingat, & cap. fin. de rescriptis*.

4 Aduerte secundò hoc limitari, quando ille, qui procedebat in lite, noluit amplius procedere, vel quia fuit impeditus, vel quia ex dolo id omisit, tunc enim poterunt alij consocij se intromittere
5 nisi ille impeditus alium sub delegasset, quod facere potest (dum modo sit delegatus à Principe, vt diximus) in præiudicium sociorum, quia ipse iam est effectus
6 dominus litis, & potest causæ cognitionẽ cuicumque committere, patet hic ex *cap. si plures de offic. deleg. in sexto, & cap. si duo de procurat. eod. lib.*

Aduerte tertiò, quod iurisdictione perpetuata per vnum viuo mandante, cense-
7 tur perpetuata, quo ad omnes consocios, sufficit enim si vnus ex ipsis negotium incepetit viuo mandante etiam per simplicem citationem, vt diximus, iam enim
8 est effectus dominus, & sibi, & alijs consocijs est acquisitum ius, notat hic *Lancellottus in §. iurisdictio, ex dicto cap. si plures*.

In §. Sed siue vni.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius non potest excedere fines mandati, nec vltra factum valet.*

2 *Delegatus non potest excedere fines delegationis, sed voluntatem delegantis attendit, etiam in eis, quæ virtualiter insunt.*

3 *Delegatio, vt ad libitum delegantis reuocari possit, quæ verba in delegatione apponi debeant.*

4 *Reuocatione facta, expirat delegatio nec actus factus in posterum per delegatum firmitatem habet.*

Ex

1 EX rextu *in l. diligenter, ff. mandati habemus*, quod mandatarius non potest præterire fines mandati, & si quid vltra faciat, nullum est, idem repetir hic *Lanell.* pro delegato, hic enim debet fines suæ delegationis attendere, & voluntatem delegantis exequi, etiam
2 quoad ea, quæ in delegatione virtualiter exprimuntur, vt notatur hic ex *glos. in figuratione casus*, & patet *ex cap. venerabili de offic. deleg. & cap. cum dilecti de rescriptis*, hoc posito, vt possint delegan-
3 tes suam delegationẽ reuocari ad sui libitum, debent hæc verba inserere in rescripto *causam committimus, & negotiũ delegamus, reseruantes nobis amplam potestatem reuocandi delegationem ad nostrum beneplacitum, ita vt in posterum quid quid per te agatur nullã habeat firmitatẽ, & valorem, &c.* tali igitur clausula apposita, poterit mandans ad sui libitum
4 reuocare mandatũ, seu delegationẽ, neq; actus impostetum celebratus, firmitatem habet, quia sic delegationem acceptans, sibi præiudicium intulit, & viderur paciſci de sic procedendo, *DD. cum glos. in cap. quamuis de offic. deleg.* facta igitur reuocatione, expirat delegatio, *l. iudicium soluitur, ff. de iudicijs*.

In §. Plane.

SVMMARIVM.

1 *Concesso principali, censentur concessa omnia ea sine quibus negotium principale haberi non potest.*
2 *Delegatus virtute delegationis potest coercere illos, ad quos rescriptum delegationis non extenditur per se.*
3 *Canonicus destinatus ab Episcopo ad puniendos inquisitos, etiam alios Iudicij executionem impeditẽtes puniri poterit.*

1 COncesso principali, censentur cõcessa omnia ea sine quibus negotium principale haberi nõ potest *l. 2 ff. de iurisdictione omn. iudic.* ideo.
2 Aduerte, quod delegatus ratione delegationis potest etiam alios coercere, ad quos rescriptum delegationis non extenditur per se, vt patet ex *c. nuper, & cap. si concubinæ, de sententia excom. c. prudentiam eit. c. tam literis de testib.* huius rei
3 exemplum esse poterit, si Episcopus Canonicum destinauerit Iudicem cum potestate, vt possit excommunicare, & punire inquisitos, tunc si alij executionem iudicij impediant, poterunt & isti puniri à delegato ex ratione præposita.

In §. Rationabiles.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus iustitiam, cum ordine suo administrare debet, licet rescriptum hoc taceat.*
2 *Delegatus æquitatem habere debet ante oculos, & sic exceptiones admittere &c.*
3 *Iudicium non fit cum ordine suo, si fiat commissio, vt procedatur sola facti veritate inspecta.*
4 *Delegans præsumitur informatus de causa, quam committit.*

1 EX eadem ratione posita, quamuis in rescripto delegationis nihil contineatur, tamen delegatus debet iustitiam administrare cum ordine suo, scilicet admittendo exceptiones dilatorias,
2 & æquitatem retinens ante oculos, *l. placuit, C. de iudic.* nisi superior, qui delegauit, id expresse prohiberet, præcipiens, vt sola facti veritate inspecta, & exami-
3 natis testibus sententiam proferat, tunc enim videtur, quod Iudex sit de hoc ex-
4 presse informatus, & ideo eius delegatio attendi debet, *glos. hic verbo fuerit, ex DD. in c. ex parte de offic. delegati*.

In §. Sed si literas.

SVMMARIVM.

1 *Commendatur paragraphus.*
2 *Iudex delegatus, ad aliquem eijciendum de possessione certa rei, procedere potest, licet hic neget se esse illum, contra quem dirigitur rescriptum.*
3 *Rescriptum superioris non debet reddi elusorium. & num. 10. in fine.*
4 *Iudex, tunc negantẽ se possessionis reum expellere potest, cum alienatio in fraudem appareat, & cum fraude alienantis, & possidentis.*
5 *Remedio extraordinario non vtimur, quando ordinarium habemus.*
6 *Rei vendicatio contra possessorem quando intentari possit, & num. 9.*
7 *Actio in factum ex rescripto est remediũ extraordinarium.*
8 *Remedio extraordinario non debere vti quando, &c. quomodo intelligatur.*
9 *Rei vendicatio contra quem intentatur.*
10 *Actio in factum contra quem datur.*

IN hoc §. datur vtilis materia pro ex-
cludendis fictis donationibus, & alijs
simulatis alienationibus, ex quibus
vt plurimum solent oriri lites, & acta red-
di elusoria. ideo.
2 Aduerte primò, quod facta delegatione
alicui Iudici, vt posset Titium v. g. expelle-
re de possessione certæ rei, quam iniustè
retinet, tunc licet Titius non inueniatur
hic, & nunc in tali possessione, sed com-
pareat alius possessor, non obstante, quod
hic dicat, se non esse Titium, contra
quem dirigitur rescriptum, tamen dele-
gatus contra ipsum procedere poterit vi-
gore suæ delegationis, sic notatur *in præ-
senti §. & habemus totum titulum de
alienatione iudicij mutanda causa facta.*
ratio esse potest, ne scilicet rescriptum
3 superioris pro delegatione reddatur elu-
sorium, sic patet ex litera huius §.
Aduerte secundò, quod vt dictum pro-
4 cedat debet alienatiò esse facta in fraudē,
& ad hunc finē, ex scientia ipsius alienan-
tis, & possidentis, *glos. hic verbo interfuerit,
ex c. 1. & 2. de alienat. iudcij mutādi, &c.*
Dices, quando habemus remedium or-
5 dinarium, non debemus vti extraordina-
rio, *l. in causæ, ff. de minoribus.* sed potest
6 contra possessorem intentari remedium
ordinarium, quod est rei vendicatio, ergò
non debemus vti remedio extraordina-
7 rio, & sic actione in factum per tale re-
scriptum, *l. 1. cum alijs sequentibus, ff. de
alienat. iudicij mutandi, &c.*
Respondetur, distinguo maiorē respe-
8 ctu eiusdem personæ, & concedo, respe-
ctu diuersorū, & nego, & ideo nego etiam
minorem, non potest enim quis intenta-
re rei vindicationem contra possessorem,
nisi completo principali iudicio, ac proin-
9 de bene poterit contra principalem intē-
tare iudicium ordinarium, & contra pos-
sessorem actionem in factum, ne rescriptū
10 reddatur elusorium, *glos. hic verbo pro-
hibetur.*

In §. Simili ratione.

SVMMARIVM.

1 *Dolus commodum non debet parere.*
2 *Iudex delegatus à S.* Sede *poterit locum
iudicij mutare, si locus destinatus non
sit securus; & quare.*
3 *Delinquens posset locum delegationis per-
turbare, ad effugiendum* Iudicium*,
& ipsum reddere elusorium.*
4 *Culpa non parit impunitatem.*
5 *Locus* Iudicij *debet esse honestus, & se-
curus.*
6 *Locus vilis, licet tutus non est habilis
ad iudicium.*
7 *Locus iudicis, non solum partibus, sed
Iudici debet esse securus.*
8 *Charitas regulatè procedere debet:*

1 NE quis ex proprio dolo commodū
reporter, statutum ostenditur, in
presēti §. quod si iudex in loco in
quo causa delegata est à Sede Apost. ne-
2 gotiū tutè exequi non possit, poterit locū
iudicij mutare, non obstante, quod in re-
scripto talis locus nō contineretur. nota-
tur hic ex *c. statuimus de off. del. in 6.* aliàs
3 posset delinquens facillimè facere, vt iudex
in loco delegationis perturbaretur, ac
proinde iudicium redderetur etiam elu-
4 sorium, & quis ferret commodum ex pro-
pria culpa, cōtra text. *in l. itaq; ff. de furt.*
Nota etiam hic quod locus Iudicij de-
5 bet esse honestus, & securus, vnde non
potest fieri iudicium in loco vili, licet tu-
to, nam requiritur vtrumque simul, scili-
6 cet quod sit locus honestus, & securus,
non tantum pro partibus, sed etiam pro
ipso Iudice, nam si partibus determinatur
tutus ad iudicium, *cap. ex parte de appell.*
7 multo magis de loco tuto prouidendum
est Iudici, vt charitas regulatè procedat,
8 *l. præses, C. de seruit. & aqua.*

In §. Soluitur.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio quibus modis tollatur.*
2 *Delegatio expirat reuocatione, re integra,
non incepto negotio.*
3 Dele*gans faciens amplam delegationem,
committens vices, voces, &c. non sic ad
libitum reuocare potest:*
4 De*legationis reuocatio debet iudici inti-
mari.*
5 In*dicium si sit inceptum, reuocatione
facta, sed non intimata, delegatio non
expirat.*
6 *Delegatio reuocata censetur, si superior
post factā delegationem ipsemet citaret
partes corā se, vt in lite isti procederet.*

HVc vsque vidimus à quibus, quib.
& quomodo iurisdictio demādari
possit, restat videndum, quomo-
do iurisdictio demandata expiret. ideo.
Aduerte quod mandatum, seu delega-
1 tio omnibus his modis tolli potest, scili-
cet reuocatione, Morte, Impotentia de-
legati, executione sententiæ, Propria pro
nunciatione, temporis fluxu.

Solui-

Soluitur reuocatione, quando re integra, & dum mandatarius non incepit ad
2 huc iurisdictionem exercere reuocat mādatum reuocans, tunc enim expirat iurisdictio. quod non esset, si negotium esset inceptū, vt supra diximus, & notat, *glos. hic ex c. quamuis de offic. & potestat. iudic. deleg. & eadem glos. verbo reuocat*,
3 ponit limitationem, & est quando ipse mandans fecisset amplam delegationem committendo vices suas, & voces, tunc enim non sic indistinctè procederet dictum sic probat ex *Perusino in cap. Index, & d. cap. quamuis, l. iudicium solutur, ff. de iudicijs*.
4 Nota etiam hic quod talis reuocatio debet intimari ipsi Iudici delegato, quod si antequam intimetur iudicium fuerit iam
5 inceptū reuocatio nihil operatur, *Perus. in dicto cap. quamuis, & glos. hic citato verbo*, potest etiam facere reuocationem
6 ipse Superior, quando post factam delegationem ipsemet citaret partes coram se tunc enim videretur reuocare delegationem, eo quod velit ipsemet procedere.

In §. Morte.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio per mortem cuius, & quomodo expiret.*
2 *Delegatio per mortem delegantis non expirat, si non fuit data iurisdictio de nouo, sed tantum excitata antiqua.*
3 *Delegatio expirat per mortem delegati; nec transit, haredes.*
4 *Persona, in iudicijs eligitur.*
5 *Delegatus si moriatur ciuiliter siue per deportationem, siue per ingressum religionis, delegationem neque transmittit.*
6 *Professi in religione dicuntur mortui, nec habent ea qua sunt Iuris Ciuilis.*

1 HAec est alia via qua expirat delegatio, scilicet per mortē tam delegantis, quam delegati, sed diuerso modo, namper mortem delegantis, vt diximus non expirat iurisdictio demandata, si negotium iam sit inceptum, secus autem si res sit integra *l. mandatum, C. mandati, cap. gratum de offic. delegat. & Abb. in cap. relatum eodem titulo*.

Limita hoc, quando non datur de nouo iurisdictio, sed tantum committitur de
2 nouo negotium, tunc enim etiam mortuo committente, seu deputante non expirat commissio, nam non fuit data noua iurisdictio, sed potius excitata antiqua, ergo poterit procedere etiam mortuo ipso delegante, *glos. hic ex Bart. in l. 1. ff. de iurisdic. om. iudic.* Per mortem delegati
3 expirat omninò iurisdictio, nec possunt hæredes iudicium facere, nam in iudicijs
4 personæ eliguntur, quod extende, etiam si delegatus morietur ciuiliter, siue per
5 deportationem, siue per ingressum religionis, nam professi mortui dicuntur huic seculo, & non habent ea, quæ sunt iuris
6 ciuilis, *authentica ingressi, C. de Sacro sanct. Eccles. & DD. in cap. admonere 33. quæst. 5.*

In §. Quæsitum cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Absentia aliquando morti comparatur.*
2 *Delegatus à Principe, vel Index ordinarius, subdelegantes cum cōditione quādocumq; abesse contigerit procedat, &c. si decedant, non extinguitur subdelegatio, si iam sit incepta.*
3 *Delegato incipiente procedere, dicitur perpetuata iurisdictio.*
4 *Delegatio facta cum potestate reuocādo quando oportebit, & c. non expirat per mortem delegantis negotio incepto.*
5 *Iurisdictio expirat per impedimentum iuris vel facti. superueniens delegato.*
6 *Impedimenta iuris qua?*
7 *Impedimenta facti qua?*
8 *Imperitia litterarum, est etiam impedimentum delegationis.*
9 *Delegatio facta Iudici ignaro non subsistit.*
10 *Iudex non debet ab alijs quarere, quid loqui debeat.*
11 *Delegatio facta Iudici ignaro litterarū, qui tamen habeat magnam praxim, & consuetudinem iudicandi valet.*
12 *Delegatio facta Iudici imperito & in theorica, & in praxi non valet, & ideo potest opponi exceptio imperitia, & protestatio de nullitate actorum.*

1 ADuerte primò hic, quod absentia aliquando æquiparatur morti, *l. absentem, §. abesse, ff. de verb. signif.* & ideo si quis delegatus à Principe,
2 vel Iudex ordinarius vices suas alteri demandauerit eum conditione quotiescumque ab esse contigerit, ipse procedat in tali,

tali, vel tali negotio, tunc si ordinarius,
vel delegatus à Principe decedat, & ab
ipso delegatus inceperit negotium iam
est perpetuata iurisdictio, & potest nego-
3 tium prosequi etiam morte superuenien-
te, nam in isto casu mors comparatur ab-
sentiæ, vt habetur hic, & notant *DD. in
cap. delegatus, & cap. licet de offic. deleg.
4 in 6.* Idem etiam est extendẽdum, si quis
delegat, vt possit reuocare, quotiescum-
que dixerit delegationem esse reuocandã,
tunc enim decedente delegante, & in-
cepto negotio à delegato non expirat iu-
risdictio, *glos. hic verbo reuocandus, ex d.
cap. si delegatus.*
5 Aduerte secundò, quod expirat etiam
iurisdictio per impedimentum iuris, vel
facti, quod superuenit ipsi delegato; im-
6 pedimenta iuris sunt excommunicatio
infamia, seruitus, &c. *cap. infames, §. tria,
3. quæst. 7.* impedimenta facti sunt infir-
7 mitas superueniens, vel animi, vel cor-
poris, vt furor amentia, vel perpetua in-
firmitas corporis, *glos. hic ex dicto cap.
tria, & l. cum furiosus, ff. de iudicijs, l.
cum prætor, §. non autem omnes, ff. eo-
dem.*
8 Aduerte tertiò, quod esset etiã impedi-
mentum imperitia litterarum si enim Iu-
9 dex sit ignorans, nulla est delegatio, nam
Iudex non debet ab alijs quærere, quid
10 eum oporteat loqui, *vt in auth. de Iudi-
cibus in principio, & cap. ex litteris de cõ-
sanguinitate, & affinitate. glos. autem hic
11 verbo impedimento id limitat*, quando
quis non est litteratus, sed tamen habet
maximam praxim iudiciorum, quia est
versatus in iudicijs & in ipsis habet con-
suetudinem iudicandi, tunc enim vale-
ret delegatio ipsi facta, *l. certi iuris, C. de
iudicijs*, argumento *textus in l. parabola-
na, C. de Episcopis & Cleric.* & hoc ait esse
12 notandum, pro quibusdam iudicibus,
quibus aliquando delegantur causæ à Se-
de Apostolica, & non habent neque theo-
ricam, neque praxim, tunc enim possunt
partes contra ipsos opponere exceptio-
nem imperitiæ, & se protestare de nullita-
te actorum.

In §. Idem iuris est.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata delegatio expirat.*
2 *Delegatus à Principe quod alium subde-
legauit reseruando sibi aliquo modo
iurisdictionem, per sententiam ab ipso
latam Iurisdictionem non amittit, sed
potest sententiam approbare vel repro-
bare.*
3 *Delegatione taliter facta cum reserua-
tione, datur appellatio à subdelegato ad
delegantem.*
4 *Delegatione sine reseruatione facta,
ad solum Principem appellari potest.*

1 EXpirat etiam iurisdictio prolata
sententia, vel à delegato vel à sub-
delegato ab ipso, nam iam functus
est officio suo, vt supradiximus, & no-
tatur hic *ex Abb. in cap. literis, & cap. si-
gnificauit extra de offic. delegati.*
2 Limita autem hoc, quando delegatus
à Principe alium subdelegaret, & com-
mitteret omninò vices suas, sed reserua-
ret sibi aliquo modo iurisdictionem, tunc
enim etiam prolata sententia à tali subde-
legato, non expirat omninò iurisdictio
ipsius principalis delegati, sed poterit
ipse recognoscere, & sententiam appro-
3 bare, vel non, & possunt partes ad ipsum
appellare, vt notat, *glos. in dicto cap. si
delegatus*, si autem nullam sibi fecerit re-
4 seruationem, tunc tantum ad Principem
est appellandum.

In §. Item si Iudex cum tribus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui per sententiam interlocuto-
riam, dicit se in causa iurisdictionem
non habere, iudicium non resumit licet
de voluntate partium.*
2 *Consensus litigantium, non facit Iudi-
cem, non Iudicem.*
3 *Sententiam interlocutoria per quam Iu-
dex dicit se iurisdictione carere, transit
in diffinitiuam, nec retractatur.*
4 *Iudex ordinarius licet se incompeten-
tem declarauerit, tamen retractata
sententia Iudicium resumere valet.*
5 *Delegatus qui se incompetentem de-
clarat renunciare videtur, nec sine no-
ua delegatione procedere potest.*
6 *Iudex ordinarius iurisdictionem habet
ratione officij, nec ipsam amittit, nisi
etiam officium perdat.*
7 *Iurisdictio expirat, adueniente tempore
ad quod fuit concessa.*
8 *Terminus datus ad petitionem partium,
potest de communi partium consensu
prorogari.*
9 *Terminus à delegante limitatus, limi-
tationem non excedit.*

Ter-

10 *Terminus incipit currere à die receptionis litterarum non à die dationis ipsius.*

11 *Terminus si vsque ad certum diem datur, illum excedere non potest Iudex.*

12 *Rescriptum secundum tollit primum, licet de primo non fiat mentio, si primum impetrans rescriptum per annum vsus non sit.*

13 *Rescriptum priorum vt à secundo excludatur, quid requiratur.*

14 *Vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt.*

15 *Rescriptum, & priuilegium differunt.*

16 *Priuilegium per non vsum infra decennium expirat.*

17 *Rescriptum semper durat, nisi per superuenientes tollatur.*

18 *Priuilegio non vtens Principis gratiam deserere videtur.*

19 *Rescripto non vtens gratitudinem concedentis videtur lædere, & quare.*

20 *Iudice allegato pro suspecto, probata causa suspicionis expirat delegatio.*

21 *Suspicionis varia causa.*

22 *Suspicionis causa etiam contra ordinarium opponuntur.*

1 ADuerte primo, pro his §. §. quod
quando ipsemet Iudex declarat in
tali causa, & dicit etiam per sen-
tentiam interlocutoriam, se in ipsa ipsa
iurisdictionem non habere, expirat eius
iurisdictio, nec potest resumere iudicium,
quamuis de voluntate partium, sic nota-
2 tur in præsenti *ex l. ius publicum, ff. de
de pactis*, ratio autem est, quia consen-
sus litigatorum non facit Iudicem eum,
qui nulli præest iudicio, *l. priuatorum, C.
de iurisdictione omnium iudicum*, & licèt
3 talis sententia, per quam Iudex talem se
ipsum declarat, esset interlocutoria, quæ
aliàs retractabilis est, tamen pro isto casu
transit in vim diffinitiuæ, & sic est in re-
tractabilis, vt notat *glos. hic*.

4 *Ex glos. etiam habes*, quod hoc limi-
tati debet in Iudice ordinario, quia licet
iustè se declarauerit incompetentem, ta-
men potest iudicium resumere, retracta-
ta tali sententia, vt notatur hic *ex Abb.
in cap. significasti, ex* Felin. *in cap. ex par-
te de offic. delegati*. Quod si quæras ratio-
nem disparitatis inter vnum casum, &
alium, ea poterit assignari, nam Iudex
5 delegatus per talem sententiam declara-
toriam videtur renunciare delegationem,
& ipsa renunciata non potest resumere
iurisdictionem, nisi iterum fiat delegatio,
6 at in secundo casu Iudex habet iurisdi-
ctionem ratione officij, nec ipsam amit-
tere potest, nisi, & officio priuetur sem-
per enim quod Iudex est, iurisdictionem
habet, *cap. forus de verbor. significatio-
ne*.

7 Aduerte secundò, *ex § sed & cum car-
ta*, quod elapso termino temporis, pro
quo fuit datum rescriptum, expirat iuris-
dictio, *l. properandum, C. de iudicijs, &
cap. de causis de offic. delegati*, sed in hoc
sunt adhibendæ aliquæ distinctiones, vel
enim terminus est datus sic ex petitione
8 partium, & tunc poterunt ipsæ partes de
communi consensu prorogare, vel est sic
limitatum à delegante, & tunc transacto
9 tali tempore, expirat iurisdictio. *Inno-
centius, & Abb. in dicto cap. de causis, &
Bart in l. sique ea consensu, C. de Episco-
pali audientia*.

10 Nota etiam, quod dato termino v. g.
duorum mensium, tunc incipit currere
tempus à die receptionis litterarum, &
sic attenditur dies executionis, non dies
datæ, *glos. hic in additionibus, ex cap. su-
per eo de appellationibus*, vel est præfissa
& tunc non potest excedi, sed elapsa
11 tali die, expirat iurisdictio, si diceretur
v. g. vsque ad vltimum diem mensis No-
uembris, tunc enim tali die elapsa nihil
remanet iurisdictionis, *Abb. in dicto cap.
de causis*.

12 Aduerte tertiò quod simili etiam modo
dicendum est, si quis impetret rescrip-
tum delegationis à Principe, & deinde
per annum non vtatur tali rescripto,
tunc enim secundus impetrans aliud re-
scriptum delegationis, facit, quod primũ
cesset, non obstante quod hoc sit poste-
rius, licet nulla fiat mentio prioris re-
scripti, sic notatur hic, ex *cap. plerique de
rescriptis*, intellige tamen hoc, dummo-
13 do fuerit copia Iudicis, & primus impe-
trans non fuerit vsus rescripto ex sua ne-
gligentia, tunc enim sibi imputare debet,
14 vigilantibus, & non dormientibus iura
subueniunt, *l pupillus, ff. quæ in fraudem
creditorum, & ex glos.* etiam hic habes
differentiam inter priuilegium, & rescrip-
15 tum, si quis enim habeat priuilegium,
ad aliquid agendum, & non vtatur ipso
15 infra decennium, expirat priuilegium,
cap. cum accessissent de constitutionibus,
secus autem in rescripto, nam hoc tantũ
17 per secundum tollitur, secus autem si
pars aduersa aliud intret, tunc enim illud
primum impetratum, semper erit firmũ,
etiam per lapsum cuiuslibet temporis, *l.
falso, C. de diuersis rescriptis*, & notat,
Abb. in cap. plerumque, ratio huius diffe-
rentiæ esse potest nam, qui non vtitur
pri-

18 priuilegio, videtur contemnere gratiam Principis, at qui non vtitur rescripto, signũ est, quod hic, & nunc non fuit emer-
19 gens necessitas vsus talis rescripti, neque aliquam gratiam facit Princeps dando rescriptum, ita vt, qui non vtitur ipso, videatur aliquo modo lædere gratitudinem concedentis.

20 Aduerte vltimò, *ex § recusatione*, quod expirat etiam delegatio, quando Iudex delegatus pronunciatur suspectus ab aliquo ex collitigantibus, tunc enim proposita causa suspicionis, & probata cessat delegatio, sunt autem causæ suspicionis hæ, vel similes, Primo, si Iudex esset dominus partis aduersæ. Secundò, si esset
21 consanguineus. Tertiò, si fuisset eiusdem aduocatus. Quartò, si sit familiaris, vel comensalis. Quintò, si pars loquatur ad aures iudicis. Sextò, si ab eo alias fuerit appellatum. Septimò, si Iudex nõ habeat legitimam ætatem: has causas suspicionis habes hic declaratas, & approbatas per *glos. ex varijs iuribus*, vt videre est apud *Felin. in c. ex literis de constitutionibus*,
22 & possunt opponi, etiam contra Iudicem ordinarium, *cap. suspicionis de offic. delegati*.

In §. Recusationis.

SVMMARIVM.

1 *Suspicionis causam contra vnum propositam, alius coniudex cognoscere potest.*
2 *Suspicionis causa non expedita, non potest cognosci super principali negotio.*
3 *Iudices si omnes vt suspecti repellantur, eliguntur arbitri ad cognoscendas suspicionis causas.*
4 *Iudice ordinario allegato suspecto si non sit facilis aditus ad Principem arbitri eliguntur.*
5 *Iura partium incommodis, & dispendijs prouident.*
6 *Iurisdictio ordinaria est fauorabilior.*
7 *Delegatus ab ordinario, vel à delegato Principis si suspecti allegentur, potest ordinarius, vel Principis delegatus de causa suspicionis cognoscere.*
8 *Delegante iuri suo cedente circa suspicionis causæ recognitionem arbitri eliguntur.*
9 *Suspicionis causam non cognoscere tutius est, ne fraude arguantur à partibus.*

Aduerte primò hic quod clausula, quod si omnes, &c. habet etiam locum in causa suspicionis recognoscendæ, & ideo si plures sint delegati
1 cum dicta clausula, si cõtra vnum proponatur suspicio, alius coniudex iudicabit de tali causa suspicionis, *cap. si contra, de offic. deleg. in 6.* nec procedet in negotio
2 principali, nisi expedita causa suspicionis, vt notat, *glos. hic verbo expedienda erit*.

Aduerte secundò, quod si omnes, vt suspecti repellantur, tunc pro recogno-
3 scenda causa suspicionis eligendi sunt arbitri, & idem est dicendum, si contra Episcopum, vel alium Iudicem ordinariũ suspicio proponatur, tunc enim cum non sit facilis aditus ad Principem, arbitri ele-
4 gantur, quide hoc cognoscant, voluerũt enim iura quantum possent partium incommodis prouidere, & obuiare di-
5 spendijs, *l. properandum, C. de Iudicis, & Ioannes Andreas, in dicto cap. si contra*, iurisdictio enim ordinaria fauorabi-
6 lior est, vt notat *glos. hic.*

Aduerte tertio, quod si causa suspicionis proponatur tũ contra delegatum ab
7 ordinario, cũ contra subdelegatum à delegaro Principis supremi, tunc ordinarius, vel delegatus cognoscet de tali suspicione vt in *cap. super quæstionum, §. quem verò de offic. deleg.* quando autem
8 Episcopus, vel delegans cederet iuri suo, (quod facere debet, ne partes dicerent, ipsum in tali recognitione fraudē cõmit-
9 tere) tunc arbitri eligi possunt, *cap. cum speciali de appellationibus*, & idem dic de delegato Papæ.

In §. Rursus cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium aliud summarium aliud ordinarium.*
2 *Iudicium summarium est illud quo proceditur relicta iuris subtilitate, & quãdo id expediat.*
3 *Subtilitas iuris est remittenda aliquando.*
4 *Iudicia omnia summariè expediuntur in Regno Neapolit. relictis tantum necessarijs.*
5 *Iudicium summarium expeditur de plano sine strepitu & figura Iudicij.*
6 *Delegatione facta per Principem per illa verba simpliciter, de plano, sine strepitu, &c. etiam solemnis libelli oblatio re-*

remissa est, & sufficit qualis qualis petitio.

7 *Iudex quid omittere possit in iudicio, sic simpliciter de plano, &c. commisso.*

8 *Iudicis recusatio per suspicionem est remedium datum à Iure, nec tolli potest.*

9 *Exceptiones, & defensiones tolli non debent.*

10 *Princeps habens potestatem condendi leges potest prout vult, constito de veritate per testes iudicare.*

11 Deliberatoria *concedi debent, vt partes se determinent, nec debent coarctari, in tempore & imparatum suscipere iudicium videantur.*

12 *Iudex non potest in iudicio procedere reo non citato.*

13 Defensiones *suas quisque proponere debet.*

14 Iudex *licet summariè procedat, iuramentum calumniæ exigere debet.*

15 *Iudex, qui summariè procedit, potest etiam die feriata procedere, excipe dies feriatas ad honorem Dei vel Sanctissimum.*

16 *Iudex qui summariè procedit, potest dissentiones aduocatorum tollere, & multitudinem testium respuere.*

17 *Iudex qui testium respuit multitudinem relinquere debet eos, qui probare valeant.*

18 *Feriarum tempore factum à quolibet Iudice non valet, in ferijs ad honorem Dei, vel Sanctissimum.*

19 *Feria repentina introducta pro coronatione Principis, vel pro eius filij natiuitate, &c. Iudicium quiescere faciunt.*

20 *Feriarum ampla indictione per Principem, etiam Iudicis sic summariè delegati ligantur manus.*

21 *Iudex non debet omnino partis pronunciationem respuere, sed vel libellum recipere, vel petitionem voce factam scriptis redactam.*

22 Sententia *debet esse conformis libello.*

23 *Libellum, vel petitionem recipere Iudicis interest, & partis, & quare, & num. 22. & seq.*

24 *Actor probare debet id quod in iudicio petijt.*

25 *Rei fauor etiam est vt petitio notetur, vt sciat contra quod se defendat & ne iterum conueniatur, si absolutus fuit.*

26 *Rescripti verba sunt in delegatione attendenda.*

27 *Delegatione non strictissimè facta, sed tantum absque figura iudicij, qua remitti possint.*

28 *Acta causa quæ?*

29 *Acta iudicij quæ?*

30 *Iudex delegatus vt procedat sine strepitu, & figura, &c. licet ea remittere possit, quæ ad figuram iudicij faciunt, non tamen ea remittit, quæ ad veritatem faciunt.*

31 *Iudicium ordinarium quid, & quid in eo fiat.*

TRaditur in his §.§ alia diuisio iudiciorum, ideo pro ipsis.

1 Aduerte primò, quod aliud est iudicium summarium, aliud ordinarium, summarium est, in quo proceditur reli-
2 cta iuris subtilitate, & hoc aliquando expedit fieri, vt in causis Ecclesiasticis, vsurarum, electionis, decimarum prout *in Clementina dispendiosam de iudicijs*, vbi *glos. verbo rescriptis, & notat Bart. in l. qui liberis, §. & verba, ff. de vulgari, &*
3 *pupillari substitutione*, & aliquando subtilitas iuris est remittenda, & procedendum est summarie, *l. si fideiussor, §. quidem ff. mandati, capitulo litteras de iuramento calumniæ, cap. sæpe de restitutione spoliatorum, cap. 1. de dolo, & contu-*
4 *macia*, hic autem in Regno nostro in omnibus tribunalibus proceditur summariè non relictis tamen necessarijs, sine quibus negotium expediri non potest *Pragmat. 1. de ordine iudiciorum*.

5 Aduerte secundò, quod in iudicijs sūmarijs procedi debet simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, *Clementina sæpe de verb. signif.* vbi etiam ait Pontifex, quod quotiescumque Princeps
6 supremus sic delegat per illa verba (*simpliciter, & de plano*) censetur etiam remissa solemni libelli porrectio, ita vt posset Iudex etiam non acceptato libello, sed oretenus suscepta accusatione à parte, & redacta per Actuarium in scriptis, etiā
7 lite non contextata, nec datis dilationibus rei, in lite procedere, *glos. in d. Clementina verbo litis contextatione*.

Dices si hoc esset, tolleretur Iudicis re-
8 cusatio per suspicionem propositam, quod est remedium datum à iure ipsis partibus, & tollerentur omnes aliæ exceptiones, &
9 defensiones, quod iniquum est, ergo non est admittendum.

Respondetur negando sequelam, supponimus enim quod Princeps qui sic de-
10 legat, habeat plenam potestatem condēdi leges, ac proinde costito de veritate per testes, poterit iudicare pro vt vult, sed melius dic secundum, *glos. cit. verbo eod.*

11 *eod.* quod saltem deliberatoriæ debent
dari, vt partes se determinent, & sic modicum tempus, ne videantur coarctatæ
sic cũ festinatione, & imparatum iudiciũ
susciperent, vt colligitur ex *l. edicto, §. cũ
autem, ff. de iure fisci.*

Aduerte tertiò, quod non potest Iudex procedere in iudicio, non citato reo,
12 vnusquisque enim suas defensiones proponere debet *Clementina pastoralis de*
13 *re iudicata*, debet tamen Iudex qui procedit modo dicto exigere omninò iura-
14 mentum calumniæ, item potest proce-
15 dere tempore feriarum, pro vendemijs,
messe, &c. *gl. in dicta Clementina, verbo*
16 *cit.* in principio: item potest iurgia, &
contentiones aduocatorum tollere, &
multitudines testium respuere, conten-
17 tus tamen de tali numero, quo possit
veritas elucescere.

18 Limita id quod diximus de ferijs, quando sunt feriæ in honorem Dei, tunc enim
non potest quilibet Iudex procedere, &
quid quid fecit nullum est, *vt in summario causa 13. quest. 4. in principio*. idem
19 dic de ferijs repentine introductis puta
pro coronatione Principis, pro natiuitate eius filij, &c. nam in istis est attendenda indictio feriarum facta à Principe, &
si in tali rescripto feriarum ampla detur
quies pro negotijs, ligantes manus quo-
20 rumlibet Iudicum, &c. tunc nec iste sic
delegatus agere poterit, vt notatur in
dicta *Clementina verbo ob necessitatem
ex l. à nullo, C. de ferijs*.

21 Aduerte quarto, quod non debet Iudex omninò respuere pro nunciationem
partis aduersæ, sed vel pars offert libellum, & ipsum recipiat, vel non offert, &
tunc saltem fieri debet, id, quod diximus,
22 quod scilicet actuarius redigat in actis
petitionem voce factam à parte, & hoc
pro sua cautela, vt scilicet sententia sit
conformis petitioni, vt disponitur in
dicta *Clementina ex l. si fundus, ff. com-*
23 *muni diuidundo*, tunc etiam propter
cautelam actoris, vt sciat, quomodo articulos formare debeat non recedendo à
24 petitione facta, id enim, quod petijt in
iudicio probare debet, & vt sit firmum
id, quod ipse petijt, & vt possit contra
ipsum opponi exceptio rei iudicatæ, si iterum pro eadem causa expediri velit, *cap.
Abbate de sententia & re iudicata*, est
etiam fauor rei, quod petitio notetur vt
scilicet possit suas defensiones propone-
25 re, *cap. offeratur tertia, quæst. 3.* & vt
absolutus ab instantia principali non possit iterum conueniri.

26 Aduerte quintò, quod sunt attendenda verba ipsius rescripti, nam vel dicitur
strictissimè, vt omninò summariè procedatur, vel non in tanta strictiori forma,
27 sed dicitur (absque figura iudicij) & tunc
tantum ea, quæ spectant ad solemnitatem
iudicij remitti possunt, non autem ea,
quæ sunt acta causæ, nam hæc diuersa
sunt, & sic acta causæ sunt, quæ ostendunt
28 facti veritatem, sic attestationes, confessiones, &c. acta iudicij sunt, satisdatio,
29 contextatio, terminus, &c. vt notat
*Archidiaconus in cap. Diuinitatibus, §. si
verò de electione, Innocentius, & Hostiensis in cap. causam de testibus*, ideo licet
Iudex virtute talis rescripti possit remittere aliqua, quæ faciunt pro figura Iudi-
30 cij, non tamen idem facere poterit pro
ijs, quæ spectant ad cognitionem veritatis, vt per *glos. in d. Clementina, verbo
defensiones*.

Aduertè vltimò, quod iudicium ordi-
31 narium est illud, in quo attenditur rigorosa solemnitas iudicialis, & tunc dantur
omnes dilationes, exceptiones, &c. nec
aliter procedi potest, nisi ex indulto Superioris aliter appareat, & hæc de iudicijs
summatim, nunc ad singula.

DE PROCVRATORIBVS

TITVLVS SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Comparitio per proprias personas fit, & aliquando per procuratorem.*
2 *Procurator quis dicatur.*
3 *Procurator non auditur, nisi procuratoris ostendat mandatum in Iudicijs.*
4 *Negotiorum gestor dicitur, qui sine mãdato in contractibus, & alijs aliena negotia administrat.*
5 *Procuratoris appellatione etiam aduocatus venit.*
6 *Aduocatus non potest pacisci de quota litis, nec etiam procurator.*
7 *Aduocatus vel procurator, possunt certam mercedem pro laboribus paciscì, in secundum, vel contrarium litis euentum,*
8 *Pactum de quota litis differt à Pacto de certa mercede, & quæ sit ratio differentia.*
9 *Procuratorem vt quis constituere possit debet esse dominus, vel quasi.*
10 *Procurator falsus sine mandato sibi ipsi præiudicat, non Domino.*
11 *Actor, syndicus, & procurator pro alijs comparent.*

Actor

12 *Actor constitui solet à non Domino, & tantum ad præsens negotium, & Iudicis decreto est confirmandus, quod strictè accipitur.*

13 *Procurator ad præsentia, & futura negotia, & lites constitui potest.*

14 *Syndicus dicitur ille, qui facit negotia Vniuersitatis.*

15 *Syndicus semper talis dicitur, licet vnum faciat vniuersitatis negotium.*

16 *Syndici nomen quid sonet.*

17 *Ecclesiasticæ rei administrator, etiam procurator appellatur.*

18 *Procuratorium per instrumentum, & testes probari potest, & num. 20.*

19 *Testium depositionis, & scripturæ idem est valor.*

20 *Procuratorij reuocatio per testes probari potest.*

21 *Contrariorum eadem est disciplina.*

22 *Procurator si non sit soluendo, potest ab eo exigi cautio.*

23 *Procurator ad lites intererdit in iudicio ad ius alterius defendendum.*

25 *Procurator ad lites est nobilior Procuratore ad negotia, debet enim esse professus in iure, & licentiatus.*

25 *Procurator ad negotia dicitur constitutus, quando est ei data facultas contrahendi, &c.*

1 
ISVM est supra de iudicijs, verum quia aliquando in ipsis cō-
parenius per personas proprias, aliquā-
do per procuratores, ideo de ipsis in præsenti, ad cuius *tit. & duorum §.§. intelligentiam.*

2 Aduerte primò, quod Procurator is
dicitur, qui mandato Domini aliena negotia administrat, *l. prima, ff. de procuratoribus*, in qua definitione nota pri-
3 mo, quod non auditur quis, vt procurator, nisi mandatum procuratorij ostendat, & hoc in iudicijs; pro contractibus verò, & alijs si quis sine mandato aliena negotia gerat, hic dicitur nego-
4 tiorum gestor, *toto titul. ff. & Codicis de negotijs gestis, diximus libro tertio, Ciuili de obligat. quæ ex quasi contractu &c.*
5 Nota secundò, quod nomine procuratoris venit aduocatus, & Ecclesia, *l. 1. §. aduocatus, ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus*, & ideo sicut non
6 potest aduocatus pacisci de quota litis, ita nec procurator, *l. litem, C. de procuratoribus, l. qui aduocatorum, C. de postulando*, potest tamen procurator, vel aduocatus pacisci de certa mercede sibi
7 reddenda pro laboribus, siue lis habeat fauorabilem exitum, siue contrarium, & ratio differentiæ est, nam in primo casu
8 procurator duceretur affectu proprio ad victoriam litis, & forsan inuerteret ordinem scripturarum, & iudicij vteretur calumnijs, & similia faceret, quod non posset etiam in sequenti casu, tunc enim siue lis sit fauorabilis, siue contraria semper talis merces ipsi debetur.
Nota tertiò, ex eadem definitione, quod ille potest procuratorem constitue-
9 re, qui Dominus est, *l. 1. ff. eod.* possunt tamen quasi Domini idem facere, vt est in beneficiatis, prælatisque de quibus notant, *DD. in d. l. 1*
Aduerte secundò, quod falsus procurator ex suis actibus nullum præiudicium infert Domino, cuius mandatum
10 non habet, sed potius sibi met præiudicat *l. 3. §. falsus, ff. rem ratam haberi, l. plautius ff. eod. & notat Abb. in cap. alia quidem extra eodem.*
11 Aduerte tertiò, quod habemus plures terminos, scilicet Actorem, Syndicum, & Procuratorem, Actor constitui solet à non Domino, & tantum ad præsens negotium, *l. item eorum. §. actor, ff. quod cuiusque vniuersitatis, nomine*, & Actor confirmari debet decreto Iudi-
12 cis, quod tantum valet, quantum sonat, *l. 1. ff. de vsuris, glos. in cap. si quis secunda, quæst. 7. verbo actores.* Procurator
13 est, de quo diximus, & hic ad præsentia, & futura negotia, & lites, constitui potest, *glos. ibidem ex l. 3. ff. eodem.*
14 Syndicus autem est, qui facit negotia
15 Vniuersitatis, & hic siue vnum faciat negotium, siue plura, semper Syndicus di-
16 citur, quasi singulorum causas dicens, *glos. hic tex l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine*, Canones autem etiam
17 administratorem rei Ecclesiæ Procuratorem appellant, *capit. Saluator prima, quæst. 3.*
18 Aduerte vltimò, quod procuratorium potest probari, & per instrumentum, & per testes, vt docet, *Abb. loco cit. num 4. circa medium*, & ratio est primo, quia
19 eadem est vis scripturæ, ac depositionis testium, *l. in exercendis, C. de fide instrumentorum, cap. petitio extra eodem.*
20 Secundò, quia reuocatio procuratorij potest probari per testes, ergo etiam eius
21 constitutio per testes probari poterit, contrariorum enim eadem est disciplina,

Aduerte quarto, quod licet generaliter filius quantumuis maior non possit
5 comparere in iudicio absq; patris authoritate, & venia, *l. eum oportet, C. de bonis quæ liberis*, id tamen limitatur in multis casibus, vt patet hic, & potest aliquando etiam contra ipsum patrem agere, vt per *DD. & glos. in l. lis nulla, ff. de iudicijs*, & hoc maximè in criminibus lesæ maiestatis. Idem dic si ageret de thoro violato, *l. lex Iulia, & l. inter liberos, ff. de adulterijs*, vel quando impetrauit veniam ad sic comparendum in iudicio, diximus *lib. 1. de Pat. potestate*.

In §. Quod si cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Minori 14. annis comparere volenti in causis spiritualibus, & similibus debet dari à Iudice procurator, qui agat, & compareat, &c.*
2 *Minor post septennium potest ipse procuratorem nominare pro dictis causis.*
3 *Aetas infantia quidquid videt ignorat.*
4 *Causæ spirituales quam plures enumerantur.*
5 *Iudex delegatus etiam potest dare impuberi authoritatem, vt nominet procuratorem, sed respectu litis, quæ coram ipso agitatur.*
6 *Delegata causa, sunt delegata omnia, sine quibus causa expediri non possit.*
7 *Iudicij ad expeditionem, expedit personas comparentes esse legitimas.*

ADuerte primò, quod si minor 14. annis velit comparere in his cau-
1 sis spiritualibus, tunc debet Superior dare ipsi procuratorem, qui agat, & compareat in iudicio, vt ex multis iuribus notat *glos. hic verbo eiusdem*. si autem sit maior infantia, & sic post septen-
2 nium, & tunc poterit ipse pro se procuratorem nominare in talibus causis, vt notatur hic in §. *quod si*, & ratio est, quia
3 talis ætas infantiæ quidquid videt ignorat. *l. 1 C. de falsa moneta*, ergo non possunt ipsi per se comparere.

Aduerte secundò, quod causæ spirituales, quam plures esse possunt, & pri-
4 mo matrimonium, vel sponsalia, vt diximus. Secundò, cognitio de legitimitate, an scilicet quis sit natus de legitimo matrimonio. Tertio, ad euitandum peccatũ, *Ioannes Andreas in cap. 3. de vsuris.* Quarto, ad repetendas vsuras ab vsurarijs, & in alijs casibus similibus, qui habent annexam spiritualitatem animæ.

4 Aduerte tertiò, quod non tantum possunt Iudices ordinarij dare authoritatem, vt impuberes nominent procuratorem, sed etiam possunt id facere delegati, vel subdelegati, vt habetur hic in §. *quin etiam*, intellige tamen respectu litium, quæ corã ipsis erunt agitandæ, & ratio est, quam
6 supra notauimus, nam delegata causa, videntur delegata omnia ea, sine quibus causa expediri non potest, *cap. præterea de offic. delegat.* & requisitum necessarium pro iudicijs expediendis est, quod personę,
7 quæ comparent, sint legitimæ. vt in *l. vniuersis, C. qui dare tutores possunt*, & notat, *glos. hic verbo ventilanda*.

In §. Constitui.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quilibet esse potest nisi expressè inueniatur à iure prohibitus.*
2 *Laicus in rebus spiritualibus esse potest procurator pro clerico.*
3 *Laicus non admittitur pro se ad res spirituales.*
4 *Nemo dat alteri quod ipse non habet pro se.*
5 *Agens pro alio vtitur iure, quod habet ille pro quo agit.*
6 *Procuratorij à munere qui repellantur.*
7 *Prohibitus pro se comparere ratione impedimenti, nec pro alio comparere potest, & quæ impedimenta.*
8 *Clerici in sacris, vel regulares, non possunt esse pro laicis procuratores.*

EDictum procuratorium prohibet certas personas, præter quas ex-
1 clusas à iure omnes alij admittũtur ad agendum pro alijs, etiam laicus in
2 rebus spiritualibus pro Clerico, & sic pro obtinendo beneficio, vel pro similibus, *cap. 1. & cap. qui generaliter de procuratoribus in 6.*

3 Dices laicus non admittitur pro se ad res spirituales, ergo neque pro alijs, quia
4 nemo potest alteri dare, quod in se non habet.

5 Respondetur neg. consequentiam, nam quando agit pro alio, vtitur iure, quod habet ille, cuius nomine agit, ac proinde sic agere poterit, si persona pro qua agit capax sit, sic tacitè huic obiectioni respondet, *glos. hic verbo laicus ex cap. 1. de procuratoribus in 6.*

6 Quæres quæ nam sint illæ personæ quæ re-

remouentur à munere procuratorij.

Respondetur, quod sunt omnes illi, qui in iudicio agere non possunt pro se
7 ratione alterius impedimenti, isti enim nec pro alijs compatere possunt, sic infames, furiosi, excommunicati. Item alij, qui possent comparere pro se, tamen pro
8 alijs non admittuntur, sic regulares, vel Clerici in sacris, nam neque isti pro causis secu'atiū procuratores esse possunt, *glos. & DD. in cap. 1. de postulando, & Clementina de religiosis, de procuratoribus*.

In §. Et tam vnus.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores plures possunt in eodem negotio constitui.*

2 *Procuratorio pluribus facto sine particula (in solidum,) vnus sine alio non agit.*

3 *Clausula in solidum, non subintelligitur, nec præsumitur, sed expressè est ponenda.*

4 *Vigilantibus, & non dormientibus iura subueniunt.*

5 *Procurator, si priùs negotium inceperit, ipse prosequi potest, nec alius potest se intromittere.*

6 *Procuratoris si non sint simul nominati, inclusio vnius est exclusio alterius, & vnus tantum agere potest, scilicet vltimus.*

7 *Procurator secundò nominatus excludit primò nominatum.*

8 *Procuratores diuerso tempore constituti omnes agere possunt, si Dominus per constitutionem secundi expressit se primum non reuocare.*

9 *Procurator, qui negotium incepit, est effectus dominus litis per litis contestationem.*

10 *Procurator datus in solidum non potest se intromittere lite contestata per socium, nisi eo impedito, vel desistente.*

11 *Procurator qui litem contestatus est, potest alium substituere, ideò alio substituto socius non potest se intromittere, licet procurator sit impeditus, vel desistat.*

1 ET vnus, & plures possunt in eodē negotio procuratores constitui, pro quibus.

Aduerte primò, quod quando plures simul cōstituuntur non apposita illa par-
2 ticula (*in solidum*) tunc vnus non potest agere sine alio, vt habetur hic *ex cap. penult. §. t. de electione in 6. & glos. in figuratione casus in secundo notabili ast,*
3 quod dicta clausula non subintelligitur, nec præsumitur, nisi expressè in scripturis apponatur, & quando fuit apposita, tunc verificatur regula, vigilantibus, &
4 non dormientibus iura subueniunt, *l. pupillus. ff. quæ in fraudem creditorum*, ac proinde, si vnus prius negotium incepetit, ipse prosequi poterit, nec potest alius
5 se intromittere, vt colligitur ex ijs, quæ supra diximus, ex *cap. cum in pluris, de offic. delegati in 6.*

Aduerte secundo, quod vt dictum locum habeat debent esse simul constituti,
6 si enim vnus post alium cōstituatur, tunc inclusio vnius est exclusio alterius, ac pro-
7 inde secundus nominatus excludit primū, qui extabat, *l. si quis tamen, §. fin. ff. eodem, & cap. si duo eod. tit. in 6* quod limitari debet, quando Dominus, qui fecit
8 procuratorium expressit, se non intendere reuocare primum procuratorem, *cap. si quem, de procuratoribus in 6.* & patet à simili ex *l. si quis pluribus, ff. de legatis primo.*
9 Aduerte tertiò, quod quotiescumque vnus procurator negotium iam incepit, & est effectus Dominus causæ, per litis contestationem, iuxta *textum in l. amplius, ff. rem ratam haberi*, alius com-
10 procurator in solidum constitutus, non potest se intromittere, nisi eo impedito, & desistente à negotio, non substituto
11 alio procuratore, quem substituere potest incepto negotio, vt in simili supra diximus de subdelegatis, ex *cap. si duo, de procuratoribus in 6.*

In §. Sed siue cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius debet diligenter custodire fines mandati.*

2 *Procurator secundum procuratorium procedit, nec præter operari potest.*

3 *Procurator generalis non potest se intromittere ad ea, quæ requirunt speciale mandatum.*

4 *Procurator generalis, cum mandato speciali ad aliqua, quæ speciale mandatum requirunt, potest ad similia se extendere.*

5 *Mandatum speciale omnino, & expressum multa negotia requirunt, nec in ipsis*

ipsis procurator procedit ratione similitudinis.

6 *Procurator non potest crimina opponere contra electum, vel eligentes, nisi & ad hoc habeat speciale mandatum.*

7 *Vicarius non potest beneficia conferre, nisi specialiter ei detur talis potestas.*

8 *Procurator ad negotia quandocumque alium substituere potest.*

9 *Procurator ad lites non potest alium substituere nisi sit effectus dominus litis per contextationem.*

10 *Procurator nõ potest alium substituere in alio tempore, quam lite contextata per ipsum, nisi habuerit facultatem à Domino substituendi.*

11 *Procurator, qui sine potestate substituẽdi alium substituit lite contestata desinit esse procurator, & cadit à iure suo.*

12 *Persona industria videtur electa in litibus.*

13 *Procurator cum potestate substituendi potest quemlibet substituere*

14 *Procurator vt substituere possit, debet litem contestari.*

15 *Procurator substitutus ab alio procuratore lite per substituentem contestata, ipse non potest subrogare alium.*

16 *Procurator non potest subrogare in eo, in quo dominium non acquisiuit per litis contestationem à se factam.*

17 *Procurator constitutus cum clausula in rem propriam maiorem habet potestatem, ideoque quandocumque substituere potest.*

1 HIc verificatur *reg. tex. in l. diligen-*
ter, ff mandati, quod scilicet
mandatarius debet diligenter cu-
2 stodire fines mandati, sic, & procurator
suum procuratorium diligenter inspicere
debet, nec aliquid prætet operari. hic tamen.

3 Aduerte primo, quod procurator, qui
habet generale procuratorium nõ potest
se intromittere circa ea, quæ requirunt
speciale mandatum, *l. diligenter. ff. mandati*. Si tamen in procuratorio fuerit fa-
4 cta mentio de aliquibus casibus, qui alias
requirerent speciale mandatum, tunc habens generale procuratorium cum ex-
pressione talium aliquorum casuum specialium, poterit ad alios casus similes suã
potestatem extendere, patet ex *l. sed & si,
§ quæsitum. ff. si quis cautionibus.* neque
per hoc poterit ad aliquos casus omninò
speciales se extendere, multi enim sunt
5 casus qui per se distinctum, & expressum
exigunt mandatũ, vt notent *DD in cap.
sedes de rescriptis*, sic est matrimonium
contrahendum, *cap fin. de procuratorib.
in 6.* item causa criminalis hæc enim non
venit in generali concessione, nisi expri-
6 matur positiue, *Clementina nõ potest, de
procuratoribus*, vbi non potest procurator crimina opponere contra electum, vel
eligentes, simile est in Vicario quamtumuis generaliter, & specialiter constituto,
7 hic enim non potest conferre beneficia,
nisi specialiter ei detur talis potestas, *cap.
fin. de offic. Vicarij in 6.* & in alijs casibus
notat *Speculator in titul. de procurator
num* 4.

Aduerte secundò, quod est alia differentia inter procuratores ad negotia, &
8 ad lites, nam procurator ad negotia potest
alium procuratorem substituere quandocumque, vt hic, ex *cap. 1. §. fin. eod. titulo
9 in 6.* at procurator ad lites non sic, non
enim potest alium substituere, nisi post
litem contextatam, quia tunc dicitur effectus dominus litis, vt similiter supra diximus de delegato, notat *Maranta in praxi
Iudiciali parte quarta distinctione* 16. tamen pro maiori intelligentia huius dicti.

Nota primo, quod ad hoc, vt in alio
10 tempore possit procurator alium substituere debet habere facultatem substituendi in rescripto, si enim non habeat
talem facultatem, & de facto alium sub-
11 stituit, desinit esse procurator, & cadit à
iure, *cap. is, qui de procuratorib. in 6.* &
ratio colligitur, ex *Paulo in l. penult. ff.
de diuersis, & temporalibus præscriptio-
12 nibus*, nam pro litibus videtur electa industriæ personæ, & pro hoc adest decisio
Rotæ Romanæ, quando vero habet talem
13 potestatem potest eligere quamlibet personam, *l. item eorum, §. decuriones. ff. quod
cuiusque vniuersitatis nomine.*

Nota secundo, quod tunc potest pro-
14 curator id facere, quando lis fuit contextata à se ipso, at quando Dominus habet
iam litem contextatam, & deinde substituit procuratorem, tunc procurator, qui
sumit negotium lite contextata, non po-
15 test alium subrogare, *glos hic verb. contextata, l. nulla & l. neque, & l. penultima, C. eodem*, ratio autem esse potest, quia
non potest substituere in eo, in quo non
16 acquisiuit dominium contextando litem
ex suo opere.

Nota tertio, quod hæc omnia limi-
17 tantur, quando procurator fuisset constitutus cum clausula (in rem propriam)
tunc enim videntur cessæ actiones, & sic
procurator agit tamquam in propria re,
& ampliori potestate vtitur, vt Dominus,
& sic potest substituere quandocumque,

vt

vt notatur hic ex *l.illam, C.de donationibus, & l.plautius, ff.eodem.*

In §. Non tamen.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non in omnibus constitui potest.*
2 *Actor in criminalibus non potest comparere per procuratorem, sed ipse debet præsentare libellum, &c.*
3 *Actor in criminalibus debet se obligare ad pœnam talionis.*
4 *Reus in Criminalibus non potest per procuratorem se defendere; sed ipse sua iura proponere.*
5 *Procurator in criminalibus admittitur ad excusationem proponendam.*
6 *Procurator admittitur in criminalibus, si causæ excusationis sint probabiles.*
7 *Causæ multæ assignantur probabiles, in quibus potest quis etiam in criminalibus comparere per procuratorem. vsq; ad finem §.*
8 *Delictum dicitur leue quando dolus non intercessit.*
9 *Furti actio non solum criminaliter, sed etiam tantum ad interesse, & ciuiliter intentari potest, & tunc admittitur procurator.*

1 ADuerte primo, quod non omnes audiuntur per procuratorem, & hoc in iudicijs criminalibus, vbi
2 enim neque actor potest comparere per procuratorem, sed ipsemet præsentat libellum, & signat obligans se ad pœnam
3 talionis, vt videbimus infra *in lib.4. tit. de accusationibus*, & idem est in reo, qui non potest se defendere per procuratorē,
4 sed ipse suum ius dicere debet, vt patet hic ex *cap.veniens de accusationibus, cap. tuæ, eod.titulo*, & ex multis iuribus probat, *glos. hic verbo permittuntur.*
5 Aduerte secundo, hanc generalem dispositionem limitari in pluribus casibus, & Primo, quando quis vellet proponere excusationem, hoc enim potest facere per procuratorem, *dicto cap.veniens, & l.pe-*
6 *nult.§.fin.ff. de iudicijs*, debet autem excusatio esse probabilis, sic si principalis haberet inimicitias capitales in loco iu-
7 dicij, & ideo non posset ibi comparere, *Clementina pastoralis de re indicata*, vel infirmitas, vel aliud simile impedimentum. Secundo, si essent proponendæ exceptiones contra accusatorem, *cap veniens, & cap.de his de accusationibus.* Tertio, si persona agens sit persona Illustris, tunc enim potest hæc ad propriam iniuriam propulsandam comparere media persona alterius, *l. fin. C. de iniurijs.*
8 Quarto, quando delictum, pro quo, & cōtra quod agitur, esset leue, quod tunc est, quando dolus non intercessit, *Abb. in c. tuæ de pœnis, ex l.leuia, ff. de accusatio-*
9 *nibus.* Quinto, si contra delictum graue quis ageret via ciuili, vt si quis in delicto furti non intentaret quærelam criminalem, sed peteret interesse, *cap. tuæ & cap.de his de accusationibus.* Sexto, si esset dicendum de incompetentia Iudicis, *cap.veniens de accusationibus.*

In §. Sed nec omnibus cum sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici secularibus negotijs se immiscere prohibentur.*
2 *Clerici solum ad Dei laudes, & actiones piorum operum sunt constituti.*
3 *Ecclesia, vel Monasterium pro suis negotijs laicum debent substituere cum salario, si vires suppetant.*
4 *Vexationem magnam modico incommodo redimere vtilius est.*
5 *Monasterij vires si non sufficiant potest etiam Religiosus munus exercere procuratoris pro suo Monasterio, habita tamen venia Superioris.*
6 *Religiosus sine licentia Superioris nihil firmum operari potest.*

1 DE hac materia supra diximus, & habemus totum titulum *ne Clerici secularibus negotijs se immisceant*, & ratio est, quam dat hic Lan-
2 cellottus, nam ad solam Dei laudem, piorumque operum actiones sunt constistituti, *cap quia Episcopus 5. quæst. 3.*
3 vnde etiam pro negotijs Ecclesiæ, vel Monasterij (si vires suppetant) est substituendus laicus præstito ei competenti salario, nam melius est modico incōmodo magnā
4 redimere vexationem, *cap. qui vero 16. quæst.1.* Si autem vires Ecclesiæ non suppetant, tunc potest etiam Religiosus mu-
5 nus procuratorij exercere pro suo Monasterio, habita tamen licentia à Superiore,
6 sine qua nihil firmum facere poterit, *Clementina Clericus, de procuratoribus*, & *cap ex parte, de accusationibus.*

In

In §. Postulandi.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vel Sacerdos si sint in extrema necessitate possunt esse procuratores, habita venia à S. Sede.*
2 *Clericus si sit in extrema necessitate, rurale opus exercere potest.*
3 *Concessio id quod est plus, non debet denegari id quod est minus.*
4 *Clericus licite comparet pro suo, vel sua Ecclesia negotio, vt miserabilium personarum, vel etiam coniunctorum.*
5 *Clericus pro qualibet causa ad Tribunalia Regia accedere prohibetur sine licentia ordinarij in scriptis in Ciuitate Neapolis ex decisione synodali.*
6 *Postulandi munus non inducit infamiam.*
7 *Clericus postulans pro laicis, vel etiam Tabellionatum exercens non priuatur officio, nec beneficio.*
8 *Frustra est illa potentia, qua non potest deduci ad actum.*
9 *Clerici non possunt ciuilibus legibus operam dare sine dispensatione Apostolica, & de quibus Clericis intelligatur.*
10 *Clerici ad maiorem Canonum intelligentiam possunt ciuilibus legibus operam dare sed non in publicis studijs.*
11 *Clericus comparens in Tribunalibus laicorum debet id facere sine mercede, sed pro auxilio pauperum, & miserabilium.*

Hic supra dicta dispositio limitatur pro Clericis in multis casibus, &
1 Primò, si Clericus, vel etiam Sacerdos sit in extrema necessitate tunc enim habita licentia à Sede Apostolica poterit procuratorij munus exercere, ducentes argumentum à fortiori, nam si
2 potest in tali casu exercere opus rurale, vt notat *glos. hic ex Hostiens. & Abb.* ergò multò magis poterit aduocare, cum
3 hoc sit quid dignius, *l. aduocati, C. de ad. uocatis diuers. Iudicum.*
4 Secundò, quando vult agere pro proprio negotio, vel propriæ Ecclesiæ vel miserabilium personarum, vel sibi coniunctorum, tunc enim licet comparere potest, *Abb. in cap. 1. de postulando. cap. non null. de rescriptis, & cap. postulantibus de offic. deleg. Archidiaconus in cap. statutum, §. cum autem de rescript. in 6.* notat *Gennensis in praxi Archiepiscopali, cap. 24. num. 3.* numquam tamen in no-
5 stra Ciuitate licet pro qualibet causa accedere ad Tribunalia Regia, sine licentia ordinarij in scriptis, & est *decisio Synodalis in nostro Sinodo diœcesana titul. de vita, & honestate Clericorum cap. 22.*
6 Ex hoc habes primò, quod munus postulandi non inducit infamiam, & ideò Clericus postulans etiam pro laicis non est priuandus officio, nec beneficio, imò
7 neque si exerceret tabellionem, *cap. 1. & fin. de postulando, cap. sicut extra ne Clerici, vel Monachi.*
8 Habes secundò, quod frustra est illa potentia quæ numquam potest deuenire ad actum, ideo cum non possint Clerici petere Tribunalia Regia, ideo nec possunt Ciuilibus legibus operam dare sine
9 dispensatione Apostolica, quod intellige de Clericis beneficiatis beneficio personali, & quod requirat actualem residentiam, vt notant *DD. in cap. super specula ne Clerici, vel Monachi*, alij autem si velint ciuilibus legibus operam dare
10 ad maiorem intellectum Sacrorum Canonum poterunt id facere, sed non in publicis studijs, sic notant *DD. communiter, & signanter, Gammarus in tract. de offic. legat. lib. 2. tit. de varijs ordinariorum nominibus, Caetanus in summa c. 50 Nauar. cap. 27. num. 116. Suarez disput. 23. sess. 30 num. 5. Siluester in summa, verbo, excommunicatio, num. 22.*
11 Habes tertiò, quod quando Clerici volunt comparere in tribunalibus laicorum debent id facere sine stipendio, vere pro auxilio miserabilium modo quo diximus, & notant *Hostiens. & Abb. in cap. 1. extra ne Clerici, vel Monachi*, de reliquo omninò ipsis interdicitur secularibus litibus se immiscere, vt notat *glos. hic ex l. propterandum, C. de iudicijs.*

In §. Hi vero.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus prohibetur actiuè à iudicijs, non passiuè.*
2 *Excommunicatus nec proprio, nec alieno nomine comparere potest, vt actor, sed citatus bene potest se defendere, sed in causa propria.*
3 *Defensio est de iure natura.*

Quo

in 6. Tacitè reuocatur procurator, cum principalis post factum procuratorium
6 ipsemet negotio ingerit, tunc enim censetur procuratorium reuocare, secus autem, quando ageret potius ad adiuuandū suum procuratorem. idem dic si constituisset procuratorem cum clausula (quo-
7 tiescumque ab esse contigerit) tunc enim licet principalis agat, & compareat, ipso tamen absente semper resider ius in procuratore, *d. cap. si quem, & cap. fin. hoc tit. in 6*.

In §. Hæc autem cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator cum potestate substituendi, si substituerit reuocare non potest, nisi & reuocandi facultatem habeat.*
2 *Qui facit potest tollere.*
3 *Procurator cum potestate substituendi si substituerit, substituit nomine Principalis.*
4 *Procurator effectus dominus litis, potest substitutum reuocare.*
5 *Procurator constitutus cum clausula in rem propriam. etiam subrogatum reuocare potest.*
6 *Prohibitio facta in vno casu, non extenditur ad alium.*
7 *Procurator potest facere meliorem conditionem principalis, non autem deteriorem absque illius consensu.*
8 *Procuratores plures pro negotio habere vtilius est.*
9 *Procurator generalis, qui in aliqua causa alium substituit, non impeditur in cæteris.*

1 ADuerte primò, pro his §§. quod si procurator substituerit alium procuratorem, quia forsan habebat facultatum substituendi, non potest, ipsum reuocare, nisi habeat facultatem reuocandi, vt hic, & in *cap. si qui hoc titulo in 6*.

2 Dices qui facit potest tollere, *l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris*, sed procurator substituit procuratorem, ergo potest etiam ipsum tollere.

3 Respondetur distinguo minorem, substituit nomine suo, & nego, nomine alieno, & concedo, & ideo solus Dominus reuocare potest talem procuratorem substitutum à suo procuratore, vt per *DD. in cap quamuis hoc tit. in 6*. tunc autem id facere poterit procurator quando procuratorem substituisset iure suo, forsan
4 quia erat effectus Dominus litis & ideo substituit, vel quia fuit procurator constitutus in rem propriam, tunc enim po-
5 test substituere, & reuocare pro sui libito, vt tenet, *glos. hic verbo legitimè, in responsione*, & dat rationem, nam in *cap. si qui*, tantum prohibetur reuocatio ei, qui sub-
6 stituit iure sibi concesso à Domino, à quo non habuit ius reuocandi, ergo non debet extendi prohibitio ad eum, qui substituit iure suo. ratio primi casus esse potest, quia procurator potest facere meliorem conditionem sui principalis, non au-
7 tem deteriorem, nisi de illius consensu, melius autem est plures habere procura-
8 tores pro suo negotio, quam vnum tantum, merito potest substituere, non autem reuocare.

Aduerte secundò, quod procurator cōstitus generaliter si in vna, vel alia causa
9 procuratorem substituit, non impeditur, quin ipse possit in alijs agere, colligitur, ex *l. cum prætor, §. 1. ff. de iudicijs*. pro §. *ad hæc* nihil occurrit præter ea, quæ supra diximus de reuocatione procuratoris.

In §. Non sic.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorij reuocatio si non intimetur interim facta valent, non si in procuratore constituto ad contrahendum matrimonium.*
2 *Procuratorium factum ad contrahendū matrimonium est reuocatum etiam per actus intrinsecos, & mutatione voluntatis, nec aliquid factum valet, licet non præcesserit citatio reuocationis.*
3 *Procuratorum matrimonij contrahendi licet pars iurauerit, nō reuocare tamen per voluntatem reuocatur, & impeditur licet dominus sit periurus.*
4 *Ratificationem principalis admittere cautius est contracto matrimonio per procuratorem.*
5 *Consensus Principis qualis debeat esse in matrimonio constituto procuratore.*
6 *Procurator constitutus ad contrahendū matrimonium, debet habere mandatū speciale, & ad contrahendum cum tali taxata persona.*

1 IN hoc §. generalis regula tradita limitatur, & sic licet acta per procuratorem ante reuocationem intimatā valeant, non sic tamen est in procuratore cōstituto ad contrahendum matrimoniū,

E si

si enim principalis reuocet mandatum ad contrahendum, etiam tacitè, & inter se,
2 itaut tempore quo procurator contrahit, principalis mutauerit voluntatem, nullum est tale matrimonium, etiam si principalis iurauerit procuratorium non reuocare, adhuc enim valet talis reuocatio, nec cōtractus habet firmitatem, licet principalis sit periurus, *cap. sicut, & cap. inter de*
3 *sponsalib.* ideo vt notat, *glos. hic in Ioanne Andrea*, cautè agitur, si contracto ma-
4 trimonio per procuratorem ratificetur deinde per principales.

Aduerte etiam hic, ideo hoc speciale
5 esse constitutum in ca, su matrimonij, nam in ipso actu contractus requiritur habitualis consensus, vel saltem voluntas non contraria, *cap. cum locum de sponsalibus, cap. 1. & seqq. 37. quast. 1.* procurator au-
6 tem sic constitutus, & debet habere ad hoc speciale mandatum, vt supra diximus, & debet etiam in tali mādato esse expressa talis persona, cum qua matrimonium nomine principalis contrahi debet, *glos. hic verbo Specialiter in fine ex textu, ex l. generaliter. ff. de ritu nuptiarum, cap. innotuit de arbitris, & Abbas in cap. causis vers. ex isto textu de electione.*

In §. Quod si scientibus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio falsi procuratoris Iudicium reddit nullum.*
2 *Exceptio incompetentia Iudicis reddit Iudicium nullum, sicut omnes alia exceptiones pro essentialibus Iudicij.*
3 *Procuratorio reuocato, & noto Iudici, & parti; in posterum acta principali non praeiudicant.*
4 *Exceptio contra procuratorem quibus modis opponatur & num. 5. & 6.*
5 *Exceptio inhabilitatis procuratoris, quia militis, ante litem contextatam opponi debet.*
6 *Exceptio contra procuratorem, ex defectu mandati, non habiti, vel reuocati potest opp. ni etiam post sententiā, non sit si sententia fecerit transitum in rem iudicatam.*
7 *Sententia si fecerit transitum in rem iudicatam, ex iniusta efficitur iusta.*
8 *Procuratorij reuocationem, si aduersarius sciat Iudicium est nullum, licet Iudex reuocationem ignorauerit, & distinguitur, num 10.*
9 *Procurator falsus sibi praeiudicat, & ipse remanet obligatus ex actu praeiudiciali à se facto.*
11 *Acta & actus differunt, & quid sint acta, quid actus.*

1 Falsi procuratoris exceptio iudicium reddit nullum, sicut etiam aliæ exceptiones pro essentialibus iudiciorum, vt in competentia Iudicis, & si-
2 miles, *cap. exceptionem, ff. de exceptionibus, cap. in nostra extra eodem*, & habetur in præsenti §. pro quo.
3 Aduerte primò, quod reuocato procuratorio, dummodo hoc fuerit notum Iudici, & parti, quicquid in posterum fiat nullo pacto præiudicat principali, vt notant legistæ cum *Bart. in l. vnica, C. de satis dationibus, & Hostiensi in summa eodē titulo in 6. § & qualiter mandatum.*
4 Aduerte secundò, *ex glos. hoc verbo exceptio*, quod triplici modo potest opponi exceptio contra procuratorem. Primò,
5 ex inhabilitate procuratoris, forsan si esset miles, &c. & hæc exceptio nisi opponatur ante litem contextatam, non potest in posterum opponi. Secundò, quod non sit verus procurator, quia forsan non haberet mandatum. Tertiò, quia licet ha-
6 buerit, fuerit reuocatum, *cap. ex parte decani, extra de rescriptis*, & istæ duæ exceptiones possunt opponi etiam post latā sententiam quandocumque, dummodo sententia nō fecerit transitum in rem iu-
7 dicatam, tunc enim de iniusta fit iusta, notat *Abb. in cap. nostra extra eodem*, vbi ait iudicium esse nullum, licet Iudex
8 ignorauerit reuocationem procuratoris, dummodo aduersarius sciret, si autem ipse
9 falsus procurator aliquem actum præiudicialem faceret Domino, hnic nullum inferret præiudicium, sed potius ipse remaner obligatus, ex tali actu, *l. plautius, ff. eodem, l. 3. §. falsus, ff. rem ratam haberi*, sed non displicet quædam subtilitas, *glos.*
10 *in l. vnica, C. de satisdationibus*, quod scilicet, vel iudex habuit notitiam talis reuocationis, & iudicium est omninò nullum, vel Iudex non habuit notitiam, sed tantū id nouit pars, & tunc iudicium non debet dici nullum, nam sententia ex parte Iudicis fuit iuste, & rite prolata, tamen effectus Iudicij non habetur, nam aduersarius excluditur ab omni conmodo talis iudicij ope replicationis, vt refert *glos. hic ex Ioāne Andr. in cap. nostra extra eodem*, cum autem hic fiat mentio de actibus procuratoris, est distinguere acta ab actibus,
11 acta enim dicuntur, quæ spectant ad iudiciū, & eius ordinem actus verò dicuntur, quæcumque operationes etiam extra rationem iudicij, *l. lege obuenire, ff. de verb. significat.*

In

In §. Non idem.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, si renunciauerit mandato; Domino reuocationem non acceptante potest negotium incipere, & prosequi, siue sit ad lites, siue ad negotia.*
2 *Delegatus, qui se in competentem declarauit neque de voluntate partium iudicium resumere valet.*
3 *Delegatio est quasi priuilegium respiciens priuilegiatum cui potest delegatus cedere.*
4 *Iuri suo quisque cedere potest.*
5 *Procuratorium respicit gratiam principalis, & procuratore resumente, præsumitur ratificatio principalis.*
6 *Delegatus faciens iudicium ex necessitate, licet renunciauerit, potest iudicium resumere.*

1 SI procurator renunciauerit procuratorium, sed tamen principalis dubitet in eadem voluntate, quam non rettractauit nec expresse, nec tacite, potest ipsemet procurator negotium incipere, & prosequi, siue sit procuratorium pro litibus, siue pro negotijs, sic notatur in præsenti, *ex cap. licet hoc titulo in 6.*

2 Dices supra diximus, *in §. item si iudex ex l. ius publicum, ff. de pactis*, quod si delegatus se declaret incompetentem, & non habentem iurisdictionem, non potest deinde neque de voluntate partium iudicium resumere, *l. priuatorum, C. de iurisdictione omnium iudicum*, ergo eodem modo dicendum est hic in procuratore, qui renunciat procuratorium.

3 Respondetur negando consequentiam, vt disponitur hic ex *dicto cap. licet*, & ratio disparitatis ea esse potest, nam delegatio est quasi priuilegium respiciens personam ipsius delegati, ac proinde potest
4 vnusquisque cedere iuri suo, procuratorium vero respicit gratiam ipsius prin-
4 cipalis, merito semper ac procurator vult negotium resumere, videtur ratificatum per principalem, idem etiam est dicendũ quando delegatus facit iudicium ex necessitate, & non ex priuilegio, tunc enim
6 facta etiam renunciatione potest eodem modo negotium resumere, vt notat *glos. hic ex cap. seiscitatus de rescriptis, & alijs iuribus.*

In §. At literis cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, pro quo principalis cauit iudicatum solui acceptans mandatum tenetur vsque in finem negotium prosequi.*
2 *Procurator, qui scienter acceptauit procuratorii videtur se obligasse ad defendendum, nec potest negotium incompletum relinquere.*
3 *Procuratoris officium est voluntarium.*
4 *Quod semel placuit amplius displicere non debet.*
5 *Procurator, qui negotium indensum reliquit tenetur domino ad interesse.*
6 *Procurator si fecerit protestationem, vel acceptauerit mandatum in parte, sufficit, si a ceptatum adimpleat, reliquum omittere potest.*
7 *Procurator ex causa rationabili potest negotium completum relinquere, sed saltem notificare id debet Principali.*
8 *Procuratorium cessat morte constituentis, si res sit integra, nec inceptum negotium.*
9 *Procurator constitutus à Prælato, vel ab alio pro Ecclesiastica per mortem constituentis excluditur etiam re non integra.*
10 *Successio non datur in rebus Ecclesiasticis.*
11 *Prælatus successor non habet ius à prædecessore, sed venit iure suo.*
12 *Sede vacante nihil innouari debet.*

1 ADuerte primò, quod procurator, pro quo principalis cauit de soluẽdo quicquid fuerit iudicatũ, acceptans procuratorium tenetur negotiũ prosequi, nec potest consensum relinquere, nam præbendo consensum vide-
2 tur, se obligasse ad defendendum, vt in *Clementina 1. de procuratoribus*, dummodo tamen scienter acceptauerit offi-
3 cium, quia officium est voluntarium, *l. inuitus, C. eodem*, quod semel accepta-
4 uit, amplius displicere non debet ex *regula quod semel in 6.*
5 Aduerte secundò, quod si procurator negotium indefensum relinquat tenetur domino ad interesse, vt notat *glos. hic verbo cogi, ex §. mandatum institutionibus ciuilibus, tit. de mandato*, vt autem
6 hoc procedat debet procurator non fecisse protestationem incõtrarium, si enim acceptando procuratorium declarauerit

ad quid intendebat se obligare, & sic si acceptauerit procuratorium pro parte, & pro parte non, tunc sufficit si adimpleat acceptatum. item potest inceptum nego-
7 tium destituere ex aliqua causa rationabili, certiorato tamen principali, *glos. hic verbo cogi circa finem*.

8 Aduerte tertiò, quod per mortem constituentis reintegra, cessat procuratorium, secus autem re non integra, & incepto negotio, *l. inter causas, ff mandati*, si tamen esset procurator constitutus à Prælato, vel ab alio pro re Ecclesiastica,
9 tunc mortuo constituente, etiam re non integra expirat procuratorium, quia
10 in rebus Ecclesiasticis nō datur successio, & alius Prælatus successor non habet ius
11 sibi impositum à prædecessore; sed venit iure suo, tum etiam quia Sede vacan-
12 te nihil innouari debet, vt in *c. 1. & fin. de Sede vacante*.

DE PACTIS, ET TRANSACTIONIBVS.

TITVLVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quid sit, & quid sub genere pacti veniat?*
2 *Pactum aliud expressum, aliud tacitū, & quod dicatur expressum, quod tacitum.*
3 *Pollicitatio est solius offerentis promissio.*
4 *Pactum aliud nudum, aliud vestitum.*
5 *Pactum nudum quod dicatur.*
6 *Pactum nudum nec actionem parit, nec obligationem ciuilem.*
7 *Pactum nudum in quibus casibus actionem producat.*
8 *Pactum nudum, & pactum simplex quomodo differant inter se.*
9 *Pactum vestitum quid sit? & quare sic dicatur?*
10 *Pactum vestitum quot, & quibus vestibus vestiatur? vsque ad num. 19.*
11 *Pacta verbis vestita quæ.*
12 *Pacta vestita re.*
13 *Pacta vestita litteris.*
14 *Pacta vestita consensu.*
15 *Pactum vestitum consensu ex solo consensu firmitatem habet & actionem producit & ciuilem obligationem licet res hic, & nunc non adsit.*
16 *Pactum vestiri potest etiam legis auxilio, & solemnitate rationem approbationis.*
17 *Pactum vestitur etiam interuentu iuramenti.*
18 *Pactum vestitur interuentu contractus immediatè positi, vel rei interuentu, & hoc in contractibus innominatis.*
19 *Pactum vestitum producit actionem, & obligationem eiusdem speciei, cuius est vestis qua contractus vestitur, vt emptionis, ex empto, locationis; locati, &c.*
20 *Pacta alia clara, alia obscura, & quæ dicantur clara, quæ obscura.*
21 *Pactum obscurum contra quem interpretari debeat.*
22 *Pactum fundat intentionem actoris, ideò si non sit clarum non potest ex illo actor concludere.*
23 *Pactum nudum licet nō producat actionem, benè tamen exceptionem producit.*
24 *Pactum vim habet legis, & ex conuentione legem accipit.*
25 *Promissa adimplere, maximè congruit fidei humanæ.*
26 *Fidem fallere, graue.*
27 *Pactum si non liberè procedat, sed ex metu qui cadat in cōstantem virum actionem non producit.*
28 *Pacti, & cuiuslibet actus humani essentia est libertas, ideò sine ipsa firmitatē non habent.*
29 *Pactum de re turpi non subsistit, fides enim est frangenda in malè promissis.*
30 *Iuramentum latum super pacto de re turpi neque illud validat, neque ipsum tenet.*
31 *Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium.*
32 *Impossibile reputatur à iure, quod turpe est, nec seruandum.*
33 *Pœna apposita pacto de re turpi non est soluenda.*
34 *Pactum de aliquo recipiendo post opus illicitum exequutum valet, propter malum, quod inde executor patitur.*
35 *Meretrix illicitè acquisitum iustè retinere potest.*
36 *Vtile per inutile non vitiatur in rebus diuiduis, & num. 46*
37 *Pœna an sit diuidua ab obligatione principali.*
38 *Pœna fundatur in contractu, nec habet locum in contractu nullo.*
39 *Pœna in contractu apposita, est accessoria ad ipsum.*
40 *Conditio impossibilis apposita in vltima voluntate & in legato non vitiat dispositionem, & quare.*

Testa-

41 *Testator non præsumitur suam voluntatem irritare voluisse.*

42 *Contrahens, qui patitur iniquam conditionem in pacto apponi, sibi debet imputare.*

43 Pa*ctum de soluendis vsuris iuramento firmatum subsistit, & vsuræ sunt soluendæ, & quare.*

44 *Iurans vsuras soluere, videtur vsuras donare.*

45 *Iurans super re turpi tenetur obseruare iuramentum, si turpitudo non sit ex parte sua, sed ex parte alterius.*

46 Pa*ctum partim de re turpi partim de re licita. partim de re possibili, partim de re impossibili, seruari debet pro parte licita, & possibili, non pro contraria, & quare.*

47 Pa*ctum legis commissoriæ an valeat in contractu emptionis, & quid in pignore.*

48 Pa*ctum legis commissoriæ in contractu emptionis, est potius venditio conditionalis, & conditione non existente contractus rescinditur.*

49 Pa*ctum legis cõmissoriæ in pignore quare sit prohibitum.*

50 Pa*ctum legis commissoriæ qualiter fiat in pignore.*

51 P*actum vt pignus adueniente tempore solutionis vendatur & retineatur quantitas crediti restituto superfluo valet. nec aliquam continet iniquitatem.*

52 *Pænitentia in pactis non admittitur in foro conscientiæ.*

53 *Pœnitentia in pactis non datur in pacto reciproco posito adimplemento ex parte vnius, sed adimpleri debet alio alias hic peccat.*

54 *Pœnitentia admittitur quando alter paciscentium fuerit in mora adimplendi.*

EGimus supra de Iudicijs, & de aliquibus spectantibus ad ipsa; verum quia solent multoties litigantes diuturnitate litium defessi iudicium relinquere, & transigere per pacta, merito de ipsis hic, ad cuius tit. intelligentiam.

Aduerte primò, quod pactum est
duorum, pluriumue in idem placitum, &
1 consensus, *l. 1. ff. de pactis & notant DD.*
in rubrica decretalium eodem. Pactum
autem sic in genere definitum habet plures species, & quilibet contractus venit sub genere pacti, quando enim aliqui cõtrahunt, paciscuntur de re taliter, vel sic agenda, sic si emant, vel vendant, paciscuntur de re, & pretio, si vero pactum
non habeat suam specificationem denominatam à iure, tunc venit sub genere posito, vt notat *Abb. in cap. primo de pactis*.
2 Aduerte secundò, quod aliud est pa-
ctum expressum, aliud tacitum, *l. 2. ff. de*
pactis, expressum dicitur, quando ambæ
partes expressè consentiunt per signa,
vel verba; tacitum verò est pactum, vel
quod resultat ex natura contractus, vel
quando fit parti præsenti, & tacenti. In-
trinsecè tamen acceptanti alias esset pol-
3 licitatio. seu solius offerentis promissio,
diximus, *lib 3. ciuili de obligationibus*.
Aduerte tertiò, quod alia est diuisio
4 pacti in nudum, & vestitum, *Bart. &*
DD. in l legem, C. de pactis, & l. iuris gen-
tium. §. sed in nulla. ff. cit titulo, pactum
5 nudum est, quod remanet in propria ra-
tione placiti, & consensus, nec solemni-
tatibus à iure introductis, inde nec actio-
6 nem, nec obligationem ciuilem parit, &
in dubio appellatione pacti nudum venit
Salicetus, Decius, & alij, in dicta l. le-
gem.
7 Limitatur hoc in pluribus casibus. in,
quibus pactum nudum actionem produ-
cit. Primò, in cambio, seu pecunia traie-
ctitia, & quæ datur pro periculo pecu-
niæ alibi distrahendæ, licet enim hæc vsu-
ra promittatur ex nudo pacto, actionem
tamen producit, vt peti possit. *DD.*
in l. periculi in fine, ff. de nautico fœnore.
Secundò, in fideiussore ex pacto nudo, vt
si quis promittat soluere id, quod alius
debet, *glos in §. constituta de Actionibus,*
lib. 4 ciuili. Tertiò, in dote, quæ etiam
promissa ex pacto nudo actionem produ-
cit, *DD. in l. vnica, C. de rei vxoriæ actio-*
ne. Quartò, si quis ex nudo pacto promi-
sit aliquid donare, *l. si quis argentum*,
§ fin C. de donationibus, Salicet. & alij in
d l. legem, & l iuris gentium, § sed cum
nulla. notat *Oinot. lib. 3. ciuili de Obliga-*
tionibus, titulo de pactis.
8 Nota etiam hic, quod pactum nudũ,
non est idem ac pactum simplex, nam pa-
ctum simplex in strictiori significatione
est pactum vestitum, sed non correlatiuũ,
vnde idem, est ac contractus non vltro
citroq; obligatorius, sic donatio, vel mu-
9 tuum, &c. pactum vestitum est, quando
contractui præter placitum, & consen-
sum alia quædam extrinseca ornamenta,
quasi vestes adijciuntur, sic colligitur, ex
Saliceto loco cit. & ex *DD. in l. iurisgen-*
tium, ff. de pactis, vestitur autem pactum
10 pluribus modis, habet enim quatuor ge-
nera vestium, scilicet ex verbis, ex rebus,
ex literis, & ex consensu; Primi gene-
ris

ris sunt pollicitatio, stipulatio. &c. vt
11 sunt omnes contractus, qui verbis cele-
brantur siue res de præsenti hic, & nunc
interueniet, siue non.

Secundi generis sunt mutuum, com-
12 modatum, pignus, depositum, in quibus
res essentialiter requiritur, sicut in illis
13 verba. Tertij generis est confessio per
literas pecuniæ receptæ, quæ tamen rea-
liter non fuit recepta, vel alia scriptura
14 etiam priuata. Vltimi generis sunt so-
cietas, locatio, &c. in quibus licet res hic,
& nunc non interueniat, tamen contra-
ctus ex consensu suam habet firmitatem,
15 & actionem, & obligationem etiam ci-
uilem producit, diximus *lib. 3. ciuili de*
obligat. ex consensu. Vestitur etiam pa
ctum legis auxilio, & solemnitate, &
est in casibus supra enumeratis, in qui-
16 bus pactum producit, obligationem effi-
cacem, quia à Iure fuit approbatum, vt
per *glos. in dicto §. constituti*, item vesti-
tur pactum iuramenti interuentu, vt in
17 *auth. Sacram. puberum*, *C. si aduersus*
venditionem. item interuentio contra-
ctus immediatè positi, *dicta l. iuris gen-*
tium, *§. quinimo*, vel interuentu ipsius
18 rei, vt est in contractibus innominatis,
do, vt des, do, vt facies, &c. patet ex *l. na-*
turalis, *§. & siquidem*, *ff. de præscriptis*
verbis, quando igitur pactum sic vesti-
tur producit actionem, & obligationem
19 eiusdem speciei, cuius est vestis, qua con-
tractus ipse vestitur, vnde si pactum adij-
ciatur emptioni, producet actionem ex-
empto.

Aduerte quartò, quod alia sunt pacta
20 clara, quorum vis omnibus innotescit,
alia obscura, quæ scilicet continent am-
biguitatem, *l. in veteribus*, *ff. de pactis*,
& tunc talia pacta ambigua interpretari
debent contra eum, qui pactum sic ob-
21 scurũ apposuit, sibi enim imputet, quod
clarius non explicauerit suam voluntatē,
Bart. Castrensis, & alij, in dicta l in ve-
teribus, quod patet ex *cap. in præsentia*
de probationibus, vbi *DD. cum glos. ver-*
bo dubium, quia scilicet pactum fundat
22 intentionem ipsius actoris, ergo si non
sit clarum, nullo modo poterit actor inde
concludere.

Aduerte quintò, quod pacta nuda,
quamuis non producant actiones, vt di-
23 ximus, producunt tamen exceptionem,
si quis enim ex pacto nudo remiserit de-
bitum, & velit deinde illud exigere, po-
terit debitor opponere exceptionem pa-
cti de non petendo, quo probato, obtinet
24 debitor, pactum enim vim legis habet,
l. legem, *C. de pactis*, & contractus ex con-
uentione legem accepit, *l. 1. ff. depositi*,
25 quod congruum est fidei humanæ custo-
dire, *l. quæ placuerunt*, *l. 1. ff. de pactis*, &
26 fidem fallere graue est, *l. 1. ff. de constitu-*
ta pecunia.

Aduerte sextò, quod quodlibet pactum
27 producit obligationem, dummodo pro-
cedat ex libera voluntate, & sit verum
placitum, alias si fiat ex metu cadente in
constantem virum, non produceret obli-
28 gationem, nam esset contra essentiam
pacti, quod contineret placitum, & con-
sensum, seu voluntatem, & nisi adsit vo-
luntarium in actibus humanis firmitatem
non habet. idem dic in pacto de re turpi,
29 nam in male promissis frangi debet fi-
des, & neque iuramentum latum pro tali
30 pacto ligat ipsum, quia non est obligato-
rium iuramētum quod contra bonos mo-
31 res fit ex *regula non est obligatorium*
in 6. & quod turpe est, impossibile repu-
32 tatur à iure, *l. si stipules*, *ff. de verb obli-*
gationibus, nec seruandum est, *l. iuris gen-*
tium, *& l. si vnus*, *ff. de pactis*, imo licet
33 Pœna fuisset apposita talibus pactis, ne-
que ipsa soluenda est, *ex regula accesso-*
rium in 6. Non sic autem, quando preciū
fit post opus illicitum executum, tunc
enim potest quis paciſci de aliquo propter
34 malum, quod patitur ex tali opere exe-
cuto, vnde etiam meretrix illicitè acqui-
35 situm retinere potest, *Sanctus Doctor 2.*
2. quæst. 32 art 1. in corpore, & Caetanus
ibidem.

Dices contra inualiditatem pœnæ in
rebus diuiduis vtile per inutile non viria-
36 tur, sed pœna est diuidua ab obligatione
principali, alia enim est obligatio contra-
37 ctus, alia obligatio pœnæ, ergo licet
nullus sit contractus, pœna tamen solui
debet.

Respondetur negando minorem, nam
licet pœna sit alia res distincta à cōtractu,
tamen vt pœna est, in contractu fundatur,
& est inseparabilis ab ipso, ergo quoties-
38 cumque contractus non habet firmitatē,
neque pœna solui debet, quæ ex contra-
39 ctu oritur, & se habet, vt accessoria ad
ipsum.

40 Instabis conditio impossibilis apposita
in vltima voluntate, & in legato non vi-
tiat ipsum, *vt in §. impossibilis de hæredi-*
bus instituendis, ergo si in pacto impos-
sibilis conditio adijcietur pactum valere
debet, & conditio reijci.

Respondetur negando consequentiam,
& disparitas est, nam in primo casu id in-
troductum est fauore vltimæ voluntatis,
& non præsumitur testatorem voluisse
41 suam voluntatem vltimam irritare, non
sic

sic autem in contractu, in quo interuenit voluntas vtriusque contrahentis, &
41 sibi debet imputare alius contrahens, qui talem iniquam conditionem passus est adijci.

Dices secundò, pactum de soluendis
43 vsuris, si iuramento firmetur seruari debet, & vsuræ sunt soluendæ à promittente, *cap. debitores de iure iurando*, ergo pactum pro re turpi habet vim, & seruatur.

Respondetur distinguo antecedens seruatur vt pactum turpe est, & nego, vt potius donatio est, & concedo, qui enim sic
44 curat, videtur velle donare vsuras, ac proinde dare tenetur, finis autem in isto casu est extrinsecus, semper enim est donatio siue hic, siue alius finis apponatur, tum quia iuramentum non continet tur-
45 pitudinem ex parte iurantis, sed tantum ex parte recipientis, ac proinde iurans iuramentum seruare tenetur, cum non iurauerint turpitudinem ex parte sua.

Aduerte septimò, quod quando pactũ est partim de re turpi, partim de re licita,
46 partim de re possibili, partim de re impossibili, tunc seruari debet pro parte possibili, & non pro turpi, *ex cap. vtile 37. de reg. iuris in 6.* quia scilicet vtile per inutile non vitiatur, idem dic de pacto legis
47 commissoriæ in contractu emptionis. & venditionis. *l. cum venditor, ff. de lege commissoria*, secus autem est in contractu pignoris, tunc enim tale pactum non valet, & reprobatur à iure, *l. fin. ff. de pactis pignorum cap significante de pignoribus, vbi glos. id probat ex multis iuribus*, & sic exemplificat pactum legis commissoriæ, vendo tibi prædium mille cum pacto, vt si infra mensem pretium non solueris, prædium sit inemptum, & liceat mihi vendere cuilibet, tale pactum valet,
48 & approbatur à Iure, *l. cum venditor citata*, quia est potius venditio conditionalis, & expirata conditione rescinditur contractus, non sic autem est in pignore hoc enim prohibitum est ex *l. 1. & 3. C. de pactis pignorum.* ratio autem prohibitio-
49 nis est, quia multoties debitores necessitate tracti dum pignorant, facerent tale pactum legis commissoriæ, vt scilicet
50 si res pignorata non redimetur infra tale tempus, sit ipsius creditoris, ac proinde res pretiosas viliori pretio venderent. nõ sic autem est si pignorans sic paciscatur, de rem pignori cum pacto, vt si infra
51 tale tempus non redimam ipsam, possis alteri iusto pretio vendere, & recepto tuo credito residuũ mihi seruare valeas, tunc enim cum tale pactum nullam contineat iniquitatem, validum est, & seruari potest, nec est contra aliquod ius, sic colligitur, ex *Abb. in dicto cap. significante, Siluestro verbo pactum, num. 14. Molina disput. 324. num 4. & ex alijs Doctoribus*, cum nulla de hoc appareat implicantia.

Aduerte vltimò, in pactis non dari pœnitentiam in foro conscientiæ, nam de
52 iure naturæ est pacta esse seruanda, *l 1. ff. de pactis*, idem est si sit pactum reciprocum, & vnus posuerit adimplementum ex parte sua, tenetur enim alius adimple-
53 re, alias peccat, secus autem si vnus fuerit in mora adimplendi pactũ, tunc enim potest alius recedere à pacto, patet ex
54 *Lessio de iustitia, & iure, lib. 1. dubio 4. numer. 22. Couarruuias in cap quamuis pactum, par. 2. §. 4. num. 24.* & hæc sint pro pactis in genere, nunc ad §§. procedamus.

In §. Et siquidem cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Pacta sunt seruanda.*

2 *Pollicitatio simplex seruari debet, & obligationem parit saltem naturalem.*

3 *Pacti obseruantia non est eadem in iure ciuili, ac Canonico.*

4 *Pactum nudum non producit actionem de iure ciuili, secus de iure Canonico.*

5 *Pacta nuda producunt actionem in Regno Siciliæ citra farum.*

6 *Pactum legem quasi frangere dicitur.*

7 *Pactum reprobatum à iure positiuo, sed non à iure naturali seruamus, si iuramentum intercedat.*

8 *Vinculum maius præualet minori, & vinculum iuramenti præualet vinculo positiui præcepti.*

9 *Iuramenti obseruantia, est de iure* Di*uino.*

10 *Pactum nudum irritat rescriptum Apostolicum superueniens, nisi rescriptũ, pactum expresse irritet.*

11 *Pactum de non petendo debitum, non tollitur per rescriptum impetratum super debiti cognitione.*

12 *Pactum initum inter Religiosos, &* Pa*rochum de non sepeliendis extraneis in Ecclesijs Religionis, non tollitur per* re.

rescriptum impetratum contra, nisi & de pacto fiat mentio.

1 ADuerte hic primò, Pacta esse seruanda, dicente Dom'no per Prophetam, *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita*, sic loquitur author noster hic, vnde colligit, *glos. verbo procedunt*, quod etiam simplex pollici-
2 tario seruanda sit, & obligationem producat saltem naturalem, colligitur, ex *cap. iuramenti 2. quæst. 5.* tamen quoad ob-
3 seruantiam pactorum distat ius Canonicum à iure ciuili, nam vt diximus de iure ciuili pacta nuda nō producunt actionem,
4 secus autem de iure Canonico, ex *cap. 1. extra eodem, cap. quæ in ecclesiarum de constitutionibus*, ex hoc ideo in Regno nostro etiam pacta nuda producunt actionem, vt in *Pragmatica 1. de ordine iudicio-*
5 *rum notat. Afflict. decis. 190. num. 86. & decis. 399. num. 3.*
Aduerte secundò, pacta adeo esse seruanda, vt etiam legem frangant, vt dici
6 solet, ac proinde si pactum est damnatum à solo iure positiuo, & non reprobatum
7 à iure naturali, & recta ratione, si iuramentum adhibearut, seruandum est, nam concurrentibus duobus vinculis, maius, & potentius valere debet, & maius est
8 vinculum iuramenti seruandi, cum sit de iure Diuino, quam vinculum iuris posi-
9 tiui, vt notat *glos. hic in figuratione casus*, & ex hoc pactum etiam nudum facit nullum rescriptum Apostolicum superueniens
10 non irritans pactum, puta si aliqui inter se pactum fuerint de aliqua re non petenda, non valet rescriptum impetrarum in
11 cognitione talis causæ, vt scilicet pro venditione talis debiti iam remissi possit procedere talis, vel talis iudex, patet simile dictum de pacto pro sepultura inito
12 inter regulares, & Parochum, si enim religiosi imperrent indultum sepeliendi extraneos in suis Ecclesiasticis, non facta mentione de pacto prohibitiuo, quod extat inter ipsos, & Parochum, nullum est tale rescriptum, nec firmitatem habet, *Clementina dudum de sepult. in 6. cap. cū olim de decimis, cap. cum olim de præscriptionibus.*

In §. Eodem.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta à filia residuo hæreditatis paternæ dicente se contenta de parte à patre habita in Capitulis matrimonialibus iurata valet de iure Canonico, non ciuili.*
2 *Iuramentum semper est seruandum, quando non currit periculum interitus salutis æternæ.*

ADuerte ex eodem principio supra posito, quod scilicet pactum legem rumpit, haberi hic, quod si
1 filia nupta contenta de parte, quam sibi assignauit pater in capitulis matrimonialibus iuramento renunciauerit residuo hæreditatis paternæ, valet talis renunciatio de iure Canonico, nec reuocari potest in conscientia, nam iuramenta
2 semper seruanda sūt quando nō verguat in æternæ salutis dispendiū, vt per totam *quæst. 7. causa 22.* quicquid Ciuilistæ incontrarium senteutiant, *in l. pactū quod dotale, C. de collationibus.*

In §. Quod si.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de re turpi, & tendens in animæ detrimentum, non est seruandum.*
2 *Iuramentum non firmat pactum de re turpi, vel tenens in præiudicium animæ, licet eius observantia induceret peccatum veniale.*

COnfirmatur hic supra dictum, quod scilicet pactum de re turpi,
1 vel tendens in animæ detrimentum non est obligatorium, *l. si remunerandi, §. turpis, ff mandati, Abb. in cap. 1. & fin. extra eodem*, nec iuramento firmatur *ex regula non est obligatorium*
2 *in 6.* licet esset pactum, cuius obseruantia inducetet peccatum veniale, nam neque per iuramentum firmaretur Archidiaconus, *Io. Andr. Perusinus in cap. 1. hoc tit. in 6. & glos. nostra in §. superiori verbo dispendiato.*

In §. Transactionis cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Transactio quid, & de quo fiat, & quid à pacto differat.*
2 *Transactione facta, scriptura in posterum inuenta, vel instrumenta, super transacto negotio nihil operari valent.*
3 *Transactio in quibus casibus sit prohibita,*

bila, & num 4. 5. 6. 7. 8. & 10

4 *Transactio fieri non potest à viro cum adultero de adulterio commisso cum uxore. & si fiat punitur maritus.*

5 *Transactionem non admittit crimen hæresis.*

6 *Iudex non quodlibet delictum transigere potest.*

7 *Matrimonium est de Iure Diuino, & nō nisi per mortem tollitur.*

8 *Transactio in causa beneficiali esset Simonia, & prohibetur.*

9 *Transactionis mediator non potest impetrare beneficium, super quo est transactum ipso mediante in sui criminis pœnam.*

10 *Transactio facta à Prælato de rebus Ecclesiæ non valet.*

11 *Transactio est species alienationis.*

12 *Ecclesiæ bona quæ prohibeantur alienari sine Pontificis authoritate.*

13 *Transactionem qui facere possunt.*

Videbimus breuiter, quid sit transactio, in quibus rebus cadat, & à quo fieri possit, ideo.

Aduerte primò, quod transactio est de re dubia, & lite incerta non gratuita pa-
1 ctio, vt notatur *in c. 1. extra eod. vbi glos. in continuatione rubricæ ponit versus*, ostendentes definitionem transactionis, & differentiam à pacto scilicet.

Incerta de re transactio dicitur esse
Sed fiunt certa pacta fauore rei.

2 Transactio autem maximam habet firmitatem, nam facta transactione, quæcūque scripturæ, & instrumenta inueniantur spectantia ad negotium, de quo fuit facta transactio, nulla sunt, & firmitatem non habent, *l. sub prætextu, C. de transactionibus, cap. 1. eit. tit. & cap. inter monasterium de re iudicata.*

3 Aduerte secundò, quod non de qualibet re potest fieri transactio, & ideo vt videbimus infra *lib. 4.* pro delictis, quæ inducunt infamiam, non potest fieri transa-
ctio, vt patet in adulterio, si enim vir pro
4 adulterio vxoris vellet se transigere cum adultero, non posset id facere, imò esset puniendus, vt diximus. idem dic in cri-
5 mine hæresis. item nec possunt iudices pro quolibet delicto transactionem face-
6 re *Tabiena verbo transactio, num. 3.* item nec pro dissoluendo matrimonio, cuius vinculum est de iure Diuino, & non nisi
7 per mortem tolli potest, *Abb. in cap. fin. de transactionibus*. idem dic in causa beneficij, nam esset potius Simonia, *cap. consti-*
8 *tutus de transactionibus*, nec potest beneficium, de quo fuit facta transactio impe-
9 trari ab eo, qui fuit mediator dictæ transactionis, & hoc in pœnam sui criminis, *cap. ex literis eit. tit.* nec potest prælatus
10 de rebus Ecclesiæ facere transactionem, *c. veniens eit. tit.* quia transactio est spe-
11 cies alienationis, *l. alienationis verbum, ff. de verb. significat.* & res Ecclesiæ non possunt alienari sine licentia Pontificis, si
12 sint mobilia magni momenti, vel stabilia, *extrauaganti Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

Aduerte vltimò, quod illi possunt facere transactionem, qui habent plenam au-
13 thoritatem disponendi de rebus, & quibus donare licitum est, sic procurator in rem propriam, & similes, *cap. qui ad agendum de procuratoribus in 6. l. procurator 58. & l. mandato, ff. de procuratoribus.*

DE ARBITRIS.

TITVLVS QVINTVS.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri qui nam sint.*

2 *Iudex potest in arbitrum eligi.*

3 *Iudex ordinarius suam habet ordinariam potestatem.*

4 *Iudex ordinarius habet potestatem pro alijs negotijs, sed non pro illo, in quo vt arbiter eligitur.*

5 *Iudex sunt litigare nolentibus nullam habet potestatem in ciuilibus, in quibus datur arbitrium.*

6 *Iudex, qui de communi consensu partiū ius dicit, facit id ex consensu partium, non ex sua potestate, qua tantum vtitur in figura iudicij.*

7 *Arbitri ordinem Iudicij seruare tenentur cū defensionibus dilationibus, &c.*

8 *Arbiter differt à Iudice ordinario, & an reconuenire, & redicere sententiam possit.*

9 *Arbitri potestas per sententiæ prolationem expirat.*

10 *Arbiter potest cognoscere de connexis ad causam, in qua arbiter est electus.*

11 *Procurator procedens ad annexa, non excedit fines mandati.*

12 *Delegatus cognoscit de annexis ad causam delegationis.*

13 *Arbitrorum quot genera.*

14 *Arbitratores qui, & num. 19.*

15 *Arbitri de Iure qui dicantur.*

16 *Arbitri compromissarij qui sunt.*

F Ar-

17 *Arbitro compromissario datur potestas decidendi.*

18 *Arbitri à laudo an possit appellari, quid si pactum sit, vel iuratum de non appellando.*

19 *Arbitratores qui, & ad quid eligantur.*

20 *Arbiter eligi potest non solum iurisdictione carens, sed etiam ille, qui in eligentes iurisdictionem habet.*



VARIA habent remedia defessi in litibus sic sunt pacta, & transactiones, de quibus diximus, verum quia aliquando nec pergesta inter ipsos quietantur, & solent deuenire ad arbitrium aliorum, merito hic erat videndum de arbitris, ad cuius tituli, & duorum §§. intelligentiam videndum est, qui propriè sint arbitri, & qui tales esse possint, ideo,

1 Aduerte primò, quod arbitri sunt illi, qui nullam potestatem habentes de consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittunt, vt eorum sententiæ stetur, colligitur hic ex *cap. à iudicibus 2. quæst. 7.*

2 Dices potest etiam Iudex ordinarius eligi in arbitrum, vt patebit ex infra dicendis, sed Iudex ordinarius habet suam
3 potestatem ordinariã, ergo male dicuntur arbitri, qui nullam habẽt iurisdictionem.

4 Respondetur distinguo minorem, habent in tali negotio, pro quo eligũtur, & nego, habent pro alijs negotijs, & concedo, ac proinde in rebus ciuilibus, in quibus datur arbitrium, possunt partes litigare, vel non litigare, & quando nolunt
5 litigare, Iudex nullam habet iurisdictionẽ, ergo quando de communi consensu par-
6 tium ius dicit, id non facit ex sua potestate (qua tantum vtitur in figura iudiciorum) sed ex consensu partium, & huic obiectioni sic tacitè respondere videtur, *glos. hic verbo nullam potestatem*, verum
7 tamen est, quod debeat arbitri ordinem iudiciarium obseruare, cũ defensionibus, dilationibus, &c. *l. 1. ff. de receptis arbitris.*

Aduerte secundò, quod arbitrium dif-
8 fert à iudicio, nam Iudex potest reconuenire, & iudicium redicere si sit ordinarius, arbiter autem qui semel protulit sententiam, quia iam functus est officio suo,
9 non potest redicere nec reconuenire partes, *Innocentius in cap. cum dilatus extra eodem.* possunt tamen arbitri cognoscere
10 de annexis ad causam, pro qua debent ferre laudum, *Felin. in c. translato de Constitut. Innoc. in c. ex parte extra eod.* & probatur à simili, nam neque procurator, qui
11 apposuit manus ad connexa excedit fines mandati, *Paul. de Castr. cons. 30. glos. in c. licet ergo 7. quæst. 1.* vnde docetur etiam
12 in delegato, qui id potest facere pro annexis ad causam suæ delegationis,

13 Aduerte tertiò, quod triplex est genus arbitrorum, alij sunt de iure, alij compromissarij, alij potius arbitratores, seu pe-
14 riti in arte, vel negotiatione. Primi generis arbitri sunt cum Iudices, qui vt supra
15 diximus *de officio delegati*, cognoscunt de causa suspicionis proposita contra cõiudicem socium delegatum *c. si contra de*
16 *officio deleg. in 6.* Secundi generis sunt, qui à partibus eliguntur in aliqua certa
17 causa, & ipsis potestas decidendi traditur, *d. cap. à iudicibus.* & aliquando partes iu-
18 rant etiam ab eorum dicto nõ appellare, tamẽ de iure Regni nostri habemus *Pragmaticam*, quę incipit, *& si aliqua partium sub tit. de arbitris*, per quam disponitur ab arbitrorum laudo licere appellare, & ergo nisi specialis clausula, seu pactum de non appellando proponatur, semper à tali laudo arbitrorum appellari potest, maximè de iure Regni. Tertij generis sũt,
19 qui pro aliqua differentia in aliquo negotio, vel arte eliguntur, vt extiment res, labores, pretium, &c. & hac ratione etiam fęminæ possunt esse arbitratrices, vt notatur hic in *§. fœmina.*

20 Aduerte vltimò, ex *§. sed & si.* quod nõ tantum, qui nullam habent potestatem, possunt eligi in arbitros, sed etiam ordinarij, vel delegati, & alij quicumque, qui alias haberent iurisdictionem in partes, vt notatur hic ex *cap. cum olim, & cap. innotuit extra eodem.*

In §. Sed neque cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter eligi non potest qui non habet ea, quæ sunt Iuris Ciuilis,*

2 *Arbiter facit actum legitimum, & Iuris.*

3 *Nemo id, quod nõ habet in se alteri respõdere potest,*

4 *Arbiter esse nequit hæreticus, excõmunicatus, apostata.*

5 *Iuris determinatio vbi deest, proceditur ex identitate rationis.*

6 *Laicus non potest esse arbiter pro re spirituali, nisi id habeat ex indulto Apost.*

7 *Laicus est arbiter in causa Spirituali, sed si alteri arbitro clerico adiungitur.*

Laici

8 *Laici licet in maiori numero, si vniatur cum Clericis, possunt esse arbitri in re spirituali.*

9 *Seruus nullo modo potest esse Iudex, quia seruus.*

10 *Serui non habent ea, quæ sunt iuris Ciuilis.*

11 *Iudicium est de iure Ciuili.*

12 *Laici de honestate repellnntur à causis spiritualibus propter indecentiam.*

13 *Pontifice indulgente causa cognitionem laicis, cessat indecentia, & possunt de re spirituali cognoscere.*

14 *Iudicium à laicis simul, & clericis de re spirituali procedens, licet vt à laicis est sit infirmum, valet tamen pro vt à Clericis procedit.*

15 *Fæminæ sunt incapaces iudicandi, non ratione inhabilitatis, sed tantum ratione conuenientiæ.*

16 *Fæminæ ex consuetudine Neap. possunt esse etiam compromissariæ.*

17 *Consuetudo permittens aliquid alicui, non dat ei capacitatem, sed supponit ipsam.*

18 *Fæmina succedens in feudis potest iudicare.*

19 *Fæminæ possunt esse arbitratrices in negotijs, quorum habet vsum.*

1 ADuerte primò, hic quod omnes illæ personæ, quæ non habent ea, quæ sunt iuris ciuilis, neque in arbitros eligi possunt, ratio est, quia arbi-
2 tri faciunt actum legitimum, & iuris, nemo autem potest dare id, quod in se non habet, ex regula nemo plus iuris sic dici-
3 tur in præsenti de seruis, &c *cap de præ-*
4 *sentium 16 quæst.1. idem docet, glos. hic esse dicendum de hæreticis, & excommunicatis, Apostatis, &c.* in quibus licet non pro omnibus habeamus iuris decisionē,
5 tamen ea identitate rationis idem in omnibus dici debet, vt tenet *Perusinus in tract. de arbitris, lib.4. cap.6. & 9* pro excommunicatis autem habemus, *tex. in cap. Engeltrudam 3 quæst.4.*

6 Aduerte secundò, eodem modo esse dicendum in laico, qui de re spirituali non potest esse compromissarius, nec arbiter, nisi id habeat ex indulto Apostolico, *cap. per tuas extra eodem*, vel nisi adiungatur
7 alteri compromissario Clerico, vt probatur hic ex *dicto cap per tuas*, quod procedir etiam si plures sint laici, quam Clerici, vt notatur, hic ex *Abb. in d. cap. per tuas.*

Dices seruus manens in seruitute nullo
9 modo potest esse Iudex, quia seruus est, *l pedius, ff. eodem*, ergo à pari laici nullo modo poterunt esse arbitri de spiritualibus, quia semper laici sunt, *cap. Messana & cap. Sacrosancta de electione.*

Respondetur negando consequentiam,
10 & disparitas est, quia serui in seruitute nullo modo habent ea quæ sunt iuris ciuilis, *ex regula quod attinet*, iudicium
11 autem de Iure Ciuili est, at in casu nostro non ita se habet, quia vt notat *glos. hic ex varijs iuribus*, laici de honestate repelluntur à talibus iudicis, non enim de-
12 cet laicos spiritualibus se immiscere, *dicto cap. messana*, hoc autem cessat, quan-
13 do Pontifex indulget, & quando immiscentur cum Clericis, tunc enim licet
14 actus, vt procedens à laicis simpliciter esset infirmus, tamen valet, prout procedit à Clericis, *Abb. in dicto cap. per tuas.*

Aduerte tertiò, quod fæminæ non
15 sunt incapaces iudicandi eo quod sunt verè inhabiles, sed tantum ratione conuenientiæ, & honestatis excluduntur, & de facto ex consuetudine possunt esse cō-
16 promissariæ, consuetudo autem non dat capacitatē alicui, sed supponit ipsam,
17 *cap quanto de foro competenti, cap. causam de præsumptionibus*, & multæ sunt tales de iure communi, vt quando succe-
18 dunt in feudis *glos. hic ex Doctrina Abb. & ex Innocentio in cap. dilecti extra eod.* vbi etiam notat, quod fæminæ possunt esse etiam arbitratrices in negotijs, quorū
19 habent vsum similiter notant, *DD. in l. inter artifices ff. de solutionibus. l. in legatis seruis, §. ornatricibus, ff. de legatis tertio.*

In §. Cæteri cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri non possunt esse omnes actiuè vel passiuè, est enim edictum de arbitris prohibitorum certarum personarum.*

2 *Consanguinei, vel affines infra quartum gradum, antequam iudicium incipiant, possunt petere compromissum de iure Regni Neap.*

3 *Compromissum iuxtà Ius Regni Neap. petere non possunt consanguinei, vel affines infra quartum gradum, si sint illegitimè nati, nisi legitimentur.*

4 *Dispositio Iuris Ciuilis non extenditur ad illos, qui non sunt legitimi.*

5 *Illegitimi habent tantum ea, quæ sunt sanguinis.*

6 *Compromissum non potest petere nouerca litigans cum Priuigno, si eius mari-*

 ri-

vitus, pater priuigni decessit.

7 *Affinitas dissoluitur inter priuignum, & nouercam, per mortem mariti patris priuigni.*

8 *Compromissum qui petere non possint remissiuè.*

1 ADuerte primò, quod edictum de
arbitris est prohibitorium certarum personarum, & ideo non
omnes admittuntur in arbitrium actiuè,
vel passiuè, vt notat *glos hic ex l. amittendi, ex l. pedius, ex l. sequenti, & ex l. 3. ff. eodem.*

2 Aduerte secundò quod in Regno no-
stro per *Pragmaticam odia litium tit. eod*
disponitur, quod consanguinei, vel affines
infra quartum gradum antequam rigoro-
sum iudicium incipiant in arbitrium con-
sentiant, & compromissum faciant, ab
hac tamen Pragmatica eximuntur quam
3 plures, sic illegitimè nati, nisi legitimen-
tur, non habent hoc ius petendi com-
promissum, *cap. fin. de consanguinitate, & affinitate*. ratio est, quia hæc est disposi-
4 tio iuris ciuilis, & ideo non potest exten-
5 di ad illos, qui non sunt legitimi, habent
vero isti, ea, quæ sunt sanguinis, ex *l. iura*
6 *sanguinis, ff. de reg. iuris*. item nouerca
non potest cum priuigno litigãs compro-
missum petere, si eius vir, ac pater priui-
7 gni decesserit, *Bal. in 2. C. communia de legatis*, alios multos generaliter, qui cõ-
8 promittere non possunt, habes per *Perusinum in tract. de arbit. lib 2. per totum*,
tamen de Iure Canonico remanet affini-
tas priuigni cum nouerca.

In §. Plereque cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum petitur de rebus, quæ sub nostra potestate sunt.*

2 *Compromissum non petitur de rebus, quæ nostra sunt, sed non sub nostra potestate.*

3 *Matrimonium licet hominum sit, non tamen de eo compromissum fieri valet.*

4 *Matrimonij dissolutio, non est in potestate hominum.*

5 *Professionis dissolutio, non est sub nostro posse.*

6 *Electionis causa licet spiritualis sit, tamen compromitti potest.*

7 *Electio non est consummatio matrimonij spiritualis.*

1 ADuerte primò, hic ex *cap. si diligenti de foro competenti* colligi regu-
lam, quod ea quæ in cõpromisso
continentur, debent esse sub nostra pote-
2 state, vnde si nostra sint, sed tamen non
sub nostra potestate, de ipsis compromit-
tere non possumus, hoc posito, licet ma-
trimonium hominum sit, tamen non pos-
3 sunt homines cõpromittere de causa ma-
trimoniali, quia matrimonij dissolutio
4 non est sub hominum potestate, *cap. causam in fine de restit. spoliat.* idem dic de
5 professione, & de alijs, vt patet ex *Perusino loco cit. lib. 1. cap. 3. ex l. non distinguemus. ff. de eodem.*

6 Aduerte secundò, non eodem modo
esse dicendum in causa electionis, licet
enim hæc sit spiritualis, tamen compro-
7 mitti potest, quia electio non est consu-
matio matrimonij spiritualis, notat au-
thor noster hic in § *quod autem ex cap. quia propter de electione.*

In §. Finiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri potestas per sententiæ prolationem expirat.*

2 *Arbiter constitutus in pluribus negotijs per prolationem sententiæ super vno, in cæteris iurisdictionem non amittit.*

1 FInitur potestas arbitri per prola-
tionem sententiæ, ac proinde cum
semel functus est officio suo sen-
tentiam proferendo, expirat eius iurisdi-
ctio, vt patet etiam ex dictis de iudice de-
legato, secus autem erit dicendũ, quan-
do arbiter esset cõstitutus in pluribus ne-
2 gotijs, si enim pro vno sententiam pro-
tulerit, nõ expirat iurisdictio quo ad alia,
colligitur, ex *cap. significantibus de offic. deleg. & l. quid tamen, ff. eodem.*

In §. Lapsu temporis.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum aliquando etiam incepto negotio expirat, sic per lapsum temporis praefiniti.*

2 *Laudum latum post tempus assignatum non valet.*

3 *Terminum à partibus datum, possunt ipsæ partes prorogare.*

Arbitri,

4 *Arbitri iurisdictio est voluntaria, & nascitur ex partibus.*
5 *Arbitro iurisdictionem sicut partes primò dederunt, possunt confirmare.*
6 *Arbitri terminus, non potest vltra secundam vicem prorogari de Iure Regni Neapol.*
7 *Arbitrium est introductum ad lites celerius terminandas, nec sub eius praetextu potius dilatari debent.*

1 MVltoties etiam incepto negotio expirat compromissum, & potestas arbitrandi, nec post temporis lapsum (si arbiter laudum di-
2 cat) valet eius dictum, *l. si eum dies, ff. eodem*, quamuis possint partes terminum
3 à se ipsis datum prorogare, quia iurisdi-
4 ctio arbitrij voluntaria est, & ex partibus nascitur, quae sicut primo dederunt, pos-
5 sunt & iterum confirmare, tamen hic in Regno nostro est limitata ista potestas
6 pro partibus litigantibus, quae si secundũ terminum dederunt, non poterunt pro alio prorogare. *Afflict. decis.* 48. & hanc rationem adducerem, ne potius arbitriũ,
7 quod in remedium litium expediendarũ introductum est, tenderet potius ad ipsas dilatandas.

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium expirat per mortem compromissarij, nec ad eius haeredes transit.*
2 *Arbitrium ad alios non transit, videtur enim electa industria persona.*
3 *Compromissum expirat per mortem vnius compromittentis etiam si sit conclusum in causa, sed non sic laudo lato.*
4 *Laudum latum viuo compromittente, potest exequi ipso mortuo contra haeredes.*
5 *Compromissum tria respicit, & qua.*
6 *Acta litis qua, & expirant per mortem compromittentis, & reiterari debent.*
7 *Acta causa qua, & non expirant per quamlibet expirationem compromissi.*
8 *Iudex superueniens potest vti actis causa pro sententia ferenda compromisso expirato.*
9 *Compromissi effectus qui, nec expirant, expirato compromisso.*
10 *Absentia longi temporis comparatur morti.*
11 *Compromissum expirat per diuturnam arbitri absentiam.*

1 ADuerte primò, per mortem compromissarij, seu arbitri expirare compromissum, nec transire actionem iudicij ad haeredes ipsius compromissarij, quia in hoc videtur electa
2 industria personae, & ideo ad alios non transmittitur *c. penult. de offic. deleg.* idem etiam dic per mortem litigatorum, nam
3 si vnus ex compromittentibus decedat etiam si fuerit conclusum in causa, dummodo non fuerit prolatum laudum, nullũ est compromissum, & annullatur, *Abb. in cap. ex parte extra eodem*. dixi dummodo
4 non fuerit prolatum laudum, nam si arbiter iam laudum tulerit viuo compromittente, adhuc potest deinde post eius mortem exequi contra haeredes, *l. quamuis, & l. diem, §. fin. ff. eodem, & habetur in d. cap. ex parte*.

Aduerte secundò, dum in praesenti §. dicitur, quod nullum est compromissum,
5 debet intelligi non sic simpliciter, nam in compromisso tria considerantur, scilicet acta litis, acta causae, & effectus, qui oriuntur ex ipso compromisso; quae faciũt
6 ad primum sunt, citatio, litis contextatio, &c. & haec expirant, & sunt iteranda, *Innocentius in cap. causam qua de testibus*, quae faciunt ad secundum, sunt attestationes, depositiones principalium, &c. & ista non expirant. vnde alius
7 Iudex superueniens potest etiam his vti pro sententia ferenda, quomodocumque
8 expirauerit compromissum, siue per mortem, siue per aliud impedimentum superueniens, siue per reuocationem, vel quouis alio modo, *glos. hic verbo compromissum ex DD. in l. penult. C. eodem, & ex Canonistis in cap. causam qua, de testi-*
9 *bus*, quae faciunt ad tertium, sunt interruptio praescriptionis, assistentia concessa, & similia, & haec etiam firma sunt, nec expirant, *Abb. in cap. final. extra eodem*.
10 Habes etiam ex hoc §. quod absentia longi temporis morti comparatur, ac proinde ex tali longa absentia expirat,
11 etiam compromissum, vt notat *glos. hic verbo arbitrorum circa finem, Perusinus multa colligit pro his lib. 13. de arbitris*.

DE

DE IN IVS VOCANDO.

TITVLVS QVARTVS.

1 *Citatio, seu in ius vocatio est principium Iudicij.*
2 *Citatio quid sit?*
3 *Appellatio etiam intimari debet.*
4 *Citatio fit, vt possint partes se defendere.*
5 *Defensio est de iure naturæ, & nemini deneganda.*
6 *Iudex debet habere tabellionem, seu actuarium, qui omnia notet, & registret.*
7 *Actuario præstatur plena fides, & plus ipsi, quam scripturæ Episcopi.*
8 *Scriptura Episcopi non creditur, si testibus non est subscripta.*
9 *Notario simpliciter creditur ratione iuramenti præstiti, de veritate, & fidelitate in actibus pro iudicijs.*
10 *Scriptura notarij pro contractibus celebratis inter partes non creditur, nisi sit testibus roborata.*
11 *Notarius debet acta reducere ad protocollum.*
12 *Notarius debet per se ipsum scribere, & non per alienas manus.*
13 *Notarius hodie in Iudicijs facit solam præsentatam de manu propria, nec alius id facit, etiam si sit scriba causa.*
14 *Citatio est de Iure Diuino.*
15 *Deus noluit Adam condemnare nisi post ipsum vocatum.*
16 *Papa non potest citationem remittere.*
17 *Acta facta parte non citata nulla sunt.*
18 *Acta facta parte non citata non valent, etiam si ad illius commodum essent.*
19 *Citatio in multis casibus non est necessaria.*
20 *Curia notarij potest destinari pro loco citationis, & seruatur in praxi.*
21 *Debitum si sit liquidum, & non impugnabile, potest pars non citata condemnari.*
22 *Dies interpellat pro homine.*
23 *Citatio omittitur si periculum sit in mora, vel si adsit fuga suspicio.*
24 *Citationum praxis, in Regno Neapolitano, & quid si non inueniatur de persona.*
25 *Citatio per edictum vt plurimum fit in bonis clericis, vt manuteneantur in paçifica, & quid tunc faciat clerici ordinarius.*
26 *Citatio ad Capitula quid sit.*
27 *Citatio non in quolibet die fieri potest, sed debet esse dies negotiorum, non festiuus.*
28 *Citatio quid continere debeat remissiuè.*
29 *Citatio debet continere nomen Iudicis, coram quo fit Iudicium.*
30 *Citatio debet continere causam propter quam quis citatur, & ad cuius instantiam citetur.*
31 *Citatio debet continere locum vbi citatus comparere debeat, & infra quod tempus.*
32 *Nuncius debet relationem facere, & quomodo illam iuridicè faciat.*



QVIA multoties partes neque ex compromisso finem dant & deueniunt ad iudicium ordinarium, meritò sequebatur videre de ordine, & modo iudicij ordinatij, & signanter de principio talis iu-
1 dicij, quod est citatio, seu vocatio in ius, vt notatur hic §. *omnium*, merito ponitur præsens *tit. ad cuius tit. & duorum* §§ *intelligentiam*.
2 Aduerte primò, quod citatio est in Iudicis conspectu iuridica facta vocatio, colligitur ex *Clementina* 1. *de appellat.* vbi
3 etiam appellatio intimanda est, sic enim hoc, vt possint litigantes citati se defen-
4 dere, defensio autem cum sit de iure na-
5 turæ nemini est deneganda, *Clement. pastoral. de re iudicata*.
6 Aduerte secundò, vt ordo iudiciorum seruetur, debet iudex habere suum tabellionem, seu actuarium, qui omnia notet, & registret, *cap. quoniam contra de probat. cap. causam de iudicijs*, ipsi au-
7 tem actuario plena præstatur fides, & plus
8 illi creditur, quam scripturæ Episcopi, huic enim non creditur, nisi habeat testium subscriptionem, *cap. cum à nobis de testibus*, notario autem creditur sim-
9 pliciter, quia hic iurauit de veritate & fidelitate, *cap. illud de præscriptionibus*, quod intellige in actis, quę fiunt pro iudicijs, secus autem si agatur pro contracti-
10 bus celebratis inter partes, nam pro his non creditur Notario, nisi suæ scripturæ adhibeat etiam testes, qui contractum confirment, *gloss. hic ex* §. *sancimus, auth. de hered. & falcidia*, sed clarius *in auth. latam, C. de tabell.* vbi etiam multa nota-

tur

11 tantur circa tabelliones, scilicet quod
acta reducant ad Protocollum, quod scri-
12 bant per se ipsos, & non per alienas ma-
nus, & cætera similia, quæ ibi videre est,
13 hodie autem in iudicijs Notarius facit
solam præsentatam de manu propria, nec
potest alius id facere, etiam si sit scriba
causæ.

14 Aduerte tertiò, citationem esse de
Iure Diuino, vt notat *glos. hic ex Genesis
cap. 3.* vbi Dominus noluit Adam con-
15 demnare, nisi post ipsum citatum, vnde
nec Papa potest dispensare in citatione
16 omittenda, ac proinde quicquid fit non
17 citatribus partibus, nullum est, nec fir-
mitatem habet, *l. de vno quoque, ff. de
re iudicata,* quod amplia etiam si id, quod
18 fit esset ad commodum, seu vtilitatem
absentis non citati, nam neque id firmi-
tatem habet, *l. nulla ratio, ff. de legibus, l.
ea quæ,* C. *quomodo, & quando* Iudex, *Abb.
in capit. quoniam contra de probationi-
bus.*

19 Aduerte quartò, citationē in pluribus
casibus non requiri, sic in causis ciuilibus
possunt partes sibi inuicem remittere ci-
tationem, vel melius, vt seruatur in pra-
xi, destinare Curiam Notarij pro loco ci-
tationis, idem dic, quando debitum est
20 liquidum, vt nulla tergiuersatione negari
possit, tunc enim potest Iudex condem-
21 nare etiam non facta citatione, nam dies
22 interpellat pro homine, *Bal. cons. 429.
volum. 3* 1. idem est si curreret suspicio fu-
23 gæ, vel si esset periculum in mora, tunc
enim potest etiam omitti citatio, *Felin.
in cap. cum non ab homine de Iudicijs,
& Innocentius in cap. significauit de te-
stibus.*

Aduerte quintò, in Regno nostro
ex Constitutione, quæ incipit, *Citatio-*
24 *nis literæ*, hāc dari praxim pro citationi-
bus, quod scilicet si non possit quis inue-
niri, vt citetur personaliter, apponatur
nota citationis in valuis suæ domus, ho-
die vero relinquitur pagella continens
nomē tabellionis, seu actuarij, apud quem
lis, pro qua citatur est actitata, vel est ci-
tatio per edictum, puta pro conseruatione
possessionis alicuius prædij, cuius timet
quis turbationem, tunc enim de mandato
superioris monētur partes, & qui interesse
prætendunt super tali re, vt compareant
coram tali iudice competente ipsius pos-
sessoris, neque contrarium faciant sub
poena, &c. *Afflict. decis.* 2. & vt plurimum
25 hæc citatio per edictum fit in bonis Cle-
ricorum, vt manuteneantur in possessio-
ne suorum bonorum, & tunc ordinarius
ipsius Clerici signat tale edictum com-
minando etiam pœnam excommunica-
tionis contra præsumentes pacificam pos-
sessionem perturbare. alia est citatio ad
26 capitula, per quam cogitur reus respon-
dere capitulis, siue articulis, qui contra
ipsum proponuntur.

27 Aduerte vltimò, quod non potest in
qualibet die fieri citatio, sed debet esse
dies negotiorum, non festiuus, nec feria-
28 rum alias nulla est citatio, *cap. vltimo de
ferijs* & debet multa continere, vt vide-
re est apud *Marantam, par. 6. iudiciali,
membro, 1. num. 2 ex Speculatore in tit. de
29 citatione.* & Primò debet continere no-
men Iudicis, coram quo fit iudicium.
30 Secundò causam, per quam quis citatur.
31 Tertiò, ad cuius instantiam. Quartò, vbi
citatus comparere debeat, & infra quod
32 tempus, nuncius autem, qui citat rela-
tionem facere debet, apponendo diem,
& locum, vbi fecerit citationem, si domi
fecerit, vel exprimere personam, quam
citauit, si personaliter fecerit, *Bal. in l. fin.
de ferijs, Felin. in cap. gradum de offic. de-
legat.* pro his autem vsus te plura docebit,
certum tamen est, quod si vnum his de
ficiat, citatio est nulla, hæc enim sunt es-
sentialia.

In §. Fit tamen;

SVMMARIVM.

1 *Citatio est fundamentum* Iudicij, *& si-
ne ipsa Iudicium nullum est, tamquam
fundatum in principio nullo.*
2 N*ullum producit effectum quod nullum
est.*
3 *Incompetentia Iudicis, est maxima cau-
sa nullitatis Iudicij.*
4 *Citatio à Iudice incompetente est nulla,
nec Iudicium subsequens valet.*
5 *Incompetentia Iudicis si non sit ma-
nifesta, debet pars comparere, & in-
competentiam docere; secus si mani-
festa.*
6 *Prætoris est æstimare, an sua sit iuris-
dictio.*
7 *Iudice citante decedente non completo
Iudicio, iterum est facienda citatio à
Iudice superueniente.*
8 *Iudex licet numerum citationum com-
pleuerit, si decedat, debet superueniens
iterum citare saltem semel.*
9 *Iudex successor poterit numerum cita-
tionum complere, si ab antecedente non
fuerit completus.*
10 *Citatione facta ratione personæ, vel di-
gnitatis, non potest condemnari eius
loco*

loco successor, sed iterum est citandus.

11 *Successor alicuius loco, nisi citetur potest, causam allegare ignorantia.*

12 *Citatione facta ad sententiam pro certo die peremptoriè debet ipsemet Iudex sententiam dicere, nec alteri id committere, nisi & aliam faciat citationem ad sententiam ab illo audiendam.*

1 ADuerte primò, hic requisita posita adeo esse necessaria, vt si non adhibeantur, nullum sit iudicium deinde superueniens, quia fundatur in principio nullo, citatio enim est principium, & fundamentum iudicij, vt hic in §. *omnium*, quod autem nullum est, nul-
2 lum producit effectum, sed maxima causa
3 nullitatis est incompetentia Iudicis, nulla enim est citatio à Iudice incompetente,
4 nec iudicium subsequens subsistere potest, si ipsa incompetentia sint manifesta,
5 secus autem debet ipsa pars competere, & allegare incompetentiam, quod non est in primo casu, & rationem dat *glos. hic*
6 *verbo manifestum*, nam prætoris est extimare, an sua sit iurisdictio, *l. 2. & l. si quis aliena. ff. de iudicijs.*

7 Aduerte secundò, quod si Iudex citans decedat nō completo iudicio, Iudex superueniens debet iterum citare, *l. edi-*
8 *ctum, ff. de iudicijs.* extende dictum primo etiam si Iudex compleret iam numerum citationum, quia adhuc superueniēs iterum partes citare debet, saltem semel,
9 vel si numerus citationum non fuerit cōpletus, compleri poterit coram ipso Iudice successore, colligitur ex *l. oratione in*
10 *fine, ff. de ferijs, vbi etiam notatur.* quod si quis fuit citatus, vel ratione personæ, vel ratione dignitatis, successor in eius loco non potest condemnari ex tali cita-
11 tione, sed iterum citari debet, ne allegaret causam ignorantiæ, notat *Abb. in cap. licet de accusationibus in fine ex Clementina Romani de electione.*

12 Extende secundò, quando Iudex citauit pro tali die peremptoriè ad sententiā à se audiendam, tunc enim debet ipse sententiam dicere, nec potest alteri committere dicendam, nisi faciat etiam aliam citationem, vt partes compareant ad sententiam audiendam ab illo, notat *Io. de Imola in d. Clementina, ne Romani, Archidiaconus consil. 407.*

In §. Si tamen.

SVMMARIVM.

1 *Citatio firmat iurisdictionem Iudicis delegati, vel ordinarij.*

2 *Citatio præualet impetrationi litterarum.*

3 *Citatus coram vno Iudice non potest ab illo diuertere, & quare.*

4 *Iurisdictio non debet reddi elusoria.*

5 *Citatio perpetuat iurisdictionem, & num. 7.*

6 *Citatio induit præuentionem.*

1 IN citationibus firmatur iurisdictio Iudicis delegati, vel ordinarij, & sic
2 citatio præualet impetrationi litte-
3 rarum, *glos. hic verbo præuentus*, & ideo citatus coram vno Iudice non potest ab illo diuertere cōparendo corā alio Iudice,
4 nam redderetur elusoria iurisdictio, nec perpetuaretur, nec præuentionem indu-
5 ceret, *Io. Andr. & Abb. in cap. proposuisti*
6 *de foro competenti, l. si quis postea, ff. de iudicijs*, ex quo habes etiam per citatio-
7 nem perpetuari iurisdictionem Iudicis, *glos. d. verbo præuentus.*

In §. Idem iuris.

SVMMARIVM.

1 *Citari non possunt multæ personæ.*

2 *Spoliator non potest citare spoliatum, nec comparere tenetur, nisi restituatur in pristinum.*

3 *Impubes sine authoritate Tutoris citari non potest.*

4 *Infantes quamuis liberi, sed ante septennium citari non possunt.*

5 *Magistratus durante tempore officij citari non potest.*

6 *Pater, vel Dominus ad instantiam filij, vel liberti citari non possunt, nisi petita venia.*

1 HIc est videndum, quando reddatur nulla citatio ratione personæ citatæ, quare sciendum est, quod multæ sunt personæ, quæ citari non possunt, & Primo sic sunt spoliati de dominio alicuius rei, isti enim citari non possunt
2 à spoliatore, & citati non tenentur comparere, nisi prius restituantur in pristinum statum, *cap. primo, & cap. prius 3. quæst. 2.*

Se-

3 Secundò, impuberes absque anctho-
ritate tutoris citari non possunt. item in-
4 fantes, quantumuis liberi, sed ante sep-
tennium, *l.neque,ff. de ius vocando*.
5 Tertiò, magistratus pro tempore, quo
funguntur officio, *l 2 & 3. ff.citato*.
6 Quartò, Dominus ad instantiam li-
berti, vel pater ad instantiam filij non
petita venia, *l. venia, C. citato & pro alijs
patet ex d.l.2.& 3.*

In §. Locus.

SVMMARIVM.

1 *Loci inhabilitas facit, vt citatus comparere non teneatur.*

2 *Loci inhabilitas oritur ex illius incertitudine. quia fortè in citatione non fuit appositus.*

3 *Locus licet apponatur, tamen aequiuocè non obligat ad comparendum.*

4 *Loci incertitudo, si ex consuetudine citationum certificari possit, non excusat à comparendo.*

5 *Citatio facta ad comparendum in loco pestilenti, non obligat ad comparendum.*

6 *Citatus, non tenetur comparere in loco vbi habet inimicitias, licet ipse inimicitiae fuerit causa.*

7 *Citatus, si propter inimicitias nolit ibi comparere, tenetur per procuratorem respondere, & hanc proponere excusationem.*

8 *Citatus ad nihil tenetur inimicitia excusatione probata.*

9 *Citatus in loco inimicitia, nec tenetur ibi Iudicium facere per procuratorem.*

10 *Priuilegium litigantium est posse comparere per se, vel per procuratorem.*

11 *Fauore alicuius introductum, non debet in eius odium retorqueri.*

12 *Citationi facta in loco inhonesto, non tenetur quis parere.*

1 ADuerte hic aliam causam, propter
quam citatus non tenetur com-
parere, esse loci inhabilitatem,
2 quę loci inhabilitas ex multis oriri potest.
Primò, si locus est incertus, quia forsan
non fuerit appositus in citatione, *l. de
3 atate, §. nihil, ff. de interrogatorijs actio-
nibus*, quod si locus apponatur, sed sit
aequiuocus, itaut nec possit explicari,
tunc neque obligat ad comparendum, vt
4 notatur ex *cap. fin. de rescriptis*, dixi si nō
possit explicari, posset enim sumere cer-
titudinem ratione consuetudinis, vt si
quis citetur in banca, & fuerit pluties ci-
tatus in aliqua certa banca pro eadem
causa, ibimet comparere tenetur, *l si lo-
cus, ff de iudicijs*. Secundò, ex incompe-
tentia Iudicis, vt supra dixi, & patet ex
l.fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum.
5 Tertiò, quando locus, in quo quis citatur
est pestilens, *Clement. quamdiu de appell.
& cap. communis dist. 3 verbo Moral.*
6 idem dic si tali loco quis habeat inimi-
citias, licet ipse inimicitiae causam dede-
rit, *Abb in cap de caetero de sententia ex-
communic. & cap. veniens de accusatio-
nibus*.
7 Nota tamen, quod ille, qui habet
inimicitias tenetur saltem respondere per
procuratorem, & allegare hanc causam
8 suae excusationis, qua excusatione pro-
bata ad nihil tenetur, *Innocent & Io.
Andr. in cap. ex parte de appellat.* non te-
9 netur tamen iudicium prosequi per pro-
curatorem, nam posse comparere per se,
10 vel per procuratorem est priuilegium
concessum litigantibus, vt supra diximus,
in *tit 1. § possunt, cum seq. ex l. 1 ff. de pro-
curat. l praesenti, §. cum autem, C. de his
qui ad Ecclesiam confugerunt* nec facit
si dicas, quod hic potest, quando vult
comparere per procuratorem, ergo tene-
11 tur, quando est impeditus, nam hoc es-
set inducere in obligationem id, quod in-
troductum est in priuilegium, contra *text.
in l. quod fauore, C. de legib.* idem etiam
12 est, si locus, in quo quis citatur, non
esset honestus, puta si citaretur ad com-
parendum in meretricio tunc enim nullo
modo tenetur, *Speculat. in tit. de citatio-
nib. §. 1. vers. item*.

In §. Sed & si cum sequentibus.

SVMMARIVM.

1. *Citatio facta tempore feriarum ad honorem Dei, vel Sanctorum non valet.*

2 *Citatione facta ad comparendum infra quatuor dies, verbi gratia, si vltimus dies, esset feriatus, etiam ad honorem Dei, nec excusaretur quis à contumacia non comparendo, poterat enim anteà.*

3 *Citatus infra certum tempus, si vltimus dies esset feriatus, potest sequenti*

die comparere, si sint dies vtiles, secus si continui.

4 *Feriarum tempore etiam ad honorem Dei, vel Sanctorum, ex quibus causis procedatur.*

5 *Feriarum tempore ob hominum necessitatē potest Iudex de voluntate partium procedere.*

6 *Citatio facta, vt quis comparēat intra tempus angustum, redditur inanis.*

7 *Angustia temporis apposita in citatione, reddit illam suspectam, & malum inde præsumitur.*

1 ADuerte primò hic, quod si citatio fiat tempore feriarum, quæ inductæ sunt ad honorem Dei, & Sanctorum non valet, secus autem si fieret

2 citatio, vt quis compareat infra quatuor dies, verbi gratia, tunc enim si vltimus quartus dies esset feriatus etiam ad honorem Dei, non comparens esset cōtumax, quia debebat in alijs præcedentibus die-

3 bus comparere, *Abb. in cap. fin. de ferijs*, quod intellige, quando dies connumerantur continui, secus autem vbi dies sunt vtiles.

Aduerte secundò, hoc limitari in pluribus casibus necessitatis, vel pietatis, vt colligitur, ex *l. 1. & sequentib. ff. de ferijs, & ex glos. hic habes versus.*

4 *Hæ faciunt causas festis tractare diebus,*
Pax, scelus admissum, manumissio, res peritura.
Terminus expirans, mora, testis abesse volentis,
Cumque potestatis patriæ ius filius exit.

Limita secundò, quando sumus in ferijs

5 inductis ob necessitatem hominum, sic sunt feriæ pro vindemia, messe, &c. tunc enim potest Iudex ordinarius, vel delegatus de voluntate partium procedere in negotio litis vt notatur hic in §. *aliud tamen. ex l. sed & si per prætorem, ff. qui bus ex causis maiores*: alia pro ferijs videte apud *Speculatorem*.

6 Aduerte tertiò, Reddi etiam suspectam, & inanem citationem, si Iudex inter temporis angustias aliquem citet, *cap. 1. 5 quæst. 2.* & ratio est, quia nimia angu-

7 stiatio causam suspicionis excitat, & malum inde præsumitur.

In §. Iam verò.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus citans debet inserere tenorem suæ delegationis in citatione, secus ordinarius.*

2 *Delegatus debet in citatione sibi destinare locum pro sententia ferenda, secus ordinarius.*

3 *Iudex delegatus non debet distare præter dietam legalem, ne partes cogantur adesse cum magno dispendio; non autem ordinarius.*

1 ADuerte hic multas esse differentias inter citationem non faciendam ab ordinario, vel à delegato, & Primò, quod delegatus debet in sua citatione inserere tenorem suæ commissionis, seu delegationis, *cap. præterea de dilationibus.* & notat *Speculat. in tit. de citat. §. sequitur, vers. vtrum autem.* Secundò,

2 delegatus debet in tali citatione locum sibi destinare, vbi vult, quod partes compareant pro sententia ferenda, nec locus talis debet esse, vt longe distet à parte, nō

3 enim potest Iudex distare præter dietam legalem, ne cum magno dispendio cogerentur partes adesse, *cap. statutum, §. cum vero de rescriptis in 6.* Iudex autem ordinarius his non indiget, vt notat, *glos. hic verbo necessitas & de alijs circa hoc videte Speculatorem loco cit. & Marantam parte 6. membro 1. cap. 4. dist. 5.*

In §. Item in delegato.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius, licet peremptoriè citauerit, potest tamen terminum prorogare, vel iterum citare, sed non cogitur.*

2 *Iudicis potestati non quid quid submittitur, id etiam iuris necessitati subditur.*

3 *Delegatus cum taxato tempore neque volens poterit suam extendere iurisdictionem.*

4 *Delegatus, si dies peremptorius citationis, fit etiam peremptorius iurisdictionis, potest hora competenti iudicium facere, licet partes non comparuerint.*

Dele-

5 *Delegatus finito tempore delegationis, non potest iudicium resumere, nisi nouiter fiat commissio.*
6 *Hora competens ad iudicium faciendum quæ dicatur.*
7 *Hora in qua citatus tenetur comparere, est illa, in qua iudicium ferri solet.*
8 *Iudex non potest remittere interesse litis, & expensas in præiudicium partis, & id faciens de suo soluit.*
9 *Iudex an dilatando terminum parti præiudicet.*
10 *Quod differtur, non aufertur.*

HIc datur modus seruandus in citationibus præceptorijs pro quibus.
1 Aduerte primò, quod si Iudex, qui citauit peremptoriè sit ordinarius, tunc non obstante citatione peremptoria, potest tamen pro suo libito terminum prorogare, vel citare iterum, vt notatur hic ex *l. si finita, ff. de damno infecto, l. 1. C. quomodo, & quando Iudex, l. si cum dies, ff. de arbitris*, verum tamen est, quod non tenetur ad hoc ex necessitate, sed ex
2 sola æquitate, ita vt si velit, facere possit, quia non quicquid iudicis potestati committitur, id etiam iuris necessitati subijcitur, *l. non quicquid, ff. de iudicijs*.

Aduerte secundò, non sic esse dicendũ,
3 quando Iudex, qui citauit est delegatus, qui habet taxatum tempus suæ iurisdictionis, hic enim neque volens poterit suam iurisdictionem extendere, ac proin-
4 de si dies peremptorius citationis sit etiã peremptorius suæ iurisdictionis, poterit tamen hora competenti, iudicium facere, licet partes non compareant, secus cadit
5 à Iure, nec potest iterum iurisdictionem resumere, nisi nouiter committitur, vt per *DD. in rubrica, ff. de officio eius*, hora
6 autem competens ea extimatur, quæ saltem sit vltima hora diei apta ad iudicium, *Abb. in cap. consuluit de offic. delegati*, vel
7 melius dic cum *Innocent. & Abb. ibidem*, quod hora, in qua citatus comparere tenetur est hora, in qua Iudex iudicium ferre solet, *l. quod si nolit, § quia assidua ff. de edilitio edicto, l. penult. ff. de iustitia, & iure*.

Dices, contra extensionem iudicij or-
8 dinarij non potest Iudex in præiudicium partis remittere interesse litis, & expensas, & id faciens, soluet de suo, *l. sancimus, C. de iudicijs*, ergo neque potest dila-
9 tare tempus, & extendere illud in præiudicium partis.

Respondetur negando consequentiam, & disparitas est, quia verè remittendo interesse præiudicat parti, & dilatando ter-
10 minum, non sic, quod enim differtur, non aufertur.

In §. Discretus.

SVMMARIVM.

1 *Discretio non datur, cui datur officium, vt dici solet.*
2 *Iudex non debet partes coarctare, vt non possint se defendere, & sua iura proponere.*
3 *Prætor non debet festinare ad decernendum.*
4 *Citati si suas defensiones ratione breuitatis temporis proponere non possent, frustraretur citatio sine suo.*
Citationis finis est, vt partes possint se defendere.

CVi datur officium non datur discretio, vt dici solet, ideo Iudex in
1 tali termino dando non debet
2 maximè coarctare partes, vt non possint sua iura proponere, & excusationes adducere, *l. non tantum, ff. de excusat. tutor. vel curat. cap. reprehensibiles de appellat.*
3 nec prætor festinare debet ad decernendum, vt notat, *glos. in superiori verbo æquitate, ex l. si finita, §. in forte, ff. de damno infecto*, alias enim citatio frustra-
4 retur fine suo, dum nõ possent citati suas defensiones adducere;

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Citatus euitat contumaciam proponendo excusationes, propter quas non comparet.*
2 *Citatus euitat pœnam, & quandocumque venit est audiendus, licet termino elapso, si fuerit à parte deceptus, quia forsan ampliationem termini afferebat.*
3 *Restitutio in integrum etiam post sententiam maiori conceditur, si à parte fuerit deceptus, propter, quod non comparuit.*
4 *Citatus in Tribunali maiori, ibi tenetur comparere, non obstante alia citatione anteà facta ad Tribunal inferius.*
5 *Citatus si sit in vinculis, vel infirmus, non comparendo, non efficitur contumax.*

6 *Regia legationis munus alicubi exercens, citatus non efficitur contumax.*

7 *Persona Ciuilis, quæ non habet vestes, vt honestè compareat citata non efficitur contumax, nec aliquod inde pati potest præiudicium.*

8 *Impeditus à comparendo debet impedimenti mittere fidem, ne videatur contemni Iudicis iurisdictio.*

9 *Impedimentum Iudici certioratum ipsius ligat manus, nec si al.quid per ipsum fiat valebit.*

10 *Impeditus statim tenetur comparere sublato impedimento.*

1 SOlet citatus se releuare à contumacia proponendo excusationes, per quas non comparet, ideo.

Aduerte primò, quod per multas causas quis non comparens, nec pœna dignus est, sed quandocumque veniens est audiendus; imò quid quid fiat contra ipsum nullum est.

2 Primò, quando ex facto partis aduersæ, vel alterius fuit deceptus colligigans ex suggestione, quod terminus fuerat ampliatus, vt expresè in *cap. ex literis de*
3 *in integrum restitutione*, vbi pro tali causa (etiam post latam sententiam) maioribus conceditur restitutio in integrum.

4 Secundò, quando fuit quis citatus ad Tribunal maius, quam sit illud, in quo primo citatus fuit, tunc enim ibi comparere tenetur, non in primo, *l. contra pupillum, §. 1. ff. si quis cautionib. & DD. in l. 2 ff. eodem.*

5 Tertiò, si sit in vinculis, vel in infirmitate detentus, *l. succurritur, ff. ex quibus causis maiores, cap. si Episcopus distinct. 18. cap. quarelam de procuratoribus.*

6 Quartò, si quis munus Regiæ legationis alicubi exercear, *dicto cap. si Episcopus, & cap. cum parati de appellationibus*, notatur hic, & videre est per *Speculatorem in tit. de cit. §. 1. & per Felin. in cap. cum olim de re iudicata.*

7 Quintò, idem dic de persona ciuili, quæ non habet vestes, vt honestè compareat, excusatur enim, nec efficitur contumax, nec aliud ex hoc patitur præiudicium, *cap. si qui testium 8. extra de testibus*, sed de hoc dic modo, quo dicemus infra *lib. 4. de furt. de restitut. circa eum, qui cedit bonis.*

8 Aduerte secundò, quod qui habet hæc impedimenta, debet de ipsis mittere fidem, ne alias videretur contemnere præceptum Iudicis, hæc tamen certiora-
9 tio facta Iudici operatur, vt quid quid ludex faciat imposterum nullum sit, *Abb. & DD. in cap. quarelam de procurat.* liberatus tamen ab impedimento, tenetur deinde comparere, vt notatur hic in fine.

DE DOLO, ET CONTVMACIA, & in possessionem missione.

TITVLVS SEXTVS.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia, est erga Iudicem vel Prælatum commissa inobedientia.*

2 *Pœna est addicenda, qua præceptis superioris non obediens puniatur.*

3 *Superioris iustis præceptis, qui obedire non vult, peccat.*

4 *Citatus, vt contumax efficiatur, multa, & quæ concurrere debeant: & deinceps.*

5 *Contumax non dicitur, nisi pars instet, & accuset, & debet esse elapsus terminus.*

6 *Contumacia prima elapsa, proceditur ad aliam, & sic deinceps.*

7 *Citatus, vt à contumacia se releuet, debet impedimentum proponere, ad quod etiam per iuramentum admittitur.*

8 *Dolus est crimen cum calliditate delinquentis.*

9 *Dolus in bonam partem accipitur, & sic propter sagacitatem, & dicitur dolus bonus.*

10 *Missio in possessionem, est pœna contumacis.*

11 *Missio in possessionem differt à possessione simpliciter, & quæ sit differentia.*



MVLTOTIES partes citatæ non comparent, ex quo incidunt in contumaciã, & alia pars mittitur in possessionem, merito cum viderimus de citatione, erat videndum de contumacia, & de alijs, ad cuius tituli, & §. 1 intelligentiam.

1 Aduerte primò, quod contumacia est erga Iudicem, vel Prælatum commissa in obedientia, vt notatur hic in §. 1. *ex Ho-*

Hostiensi in summa eod. tit. & ex Abb. in
praxi tit. qui sit contumax ex quo habes,
2 quod debeat addici pœna, qua qui præ-
ceptis Superioris obedire non vult, puni-
tur. & *Abb. in cap. 1. vers. nota contuma-*
3 *ciam. extra de iudicijs ait*, quod qui iustis
præceptis Superioris obedire non vult,
peccat.

Aduerte secundò, quod ad hoc, vt ci-
tatus sit contumax multa requiruntur, sci-
4 licet, quod fuerit iuridicè citatus ab eo
qui facultatem haber, item quod nullam
habeat legitimam causam non comparē-
5 di, Tertiò, quod pars aduersa insistat, &
accuset, alias quis non dicitur contumax,
l. proponendum. § & si quidem, C. de Iudic.
Quartò, debet esse elapsus terminus da-
tus ad comparendum, *l. ad peremptoriam,*
6 *ff. de re iudicata*, & post primam contu-
maciam procedendum est ad aliam, & sic
deinceps modo, quo videbimus infra.

7 Aduerte tertiò, quod ad hoc, vt quis
se releuet à contumacia, debet impedi-
mentum proponere, & admittitur adhoc
etiam per iuramentum, *cap. ex literis ex-*
tra de in integrum restitutione, dolus au-
8 tem, de quo in nostra rubrica, idem est, ac
crimen cum culpa, seu calliditate delin-
quentis, *l. 1. ff. de dolo*, solet autem ali-
9 quando suscipi in bonam partem, & si-
gnificat sagacitatem operantis, ac dicitur
dolus bonus.

10 Alius terminus, de quo hic, est missio
in possessionem & hæc est pœna contuma-
cis, pars enim aduersa ex decreto Iudicis
11 mittitur in possessionem rei causa custo-
diæ, non autem ad simpliciter possiden-
dum, habemus totum titulum decreta-
lium de *sequestr. possess. & fructuum*, est
enim magna differentia inter possidere
simpliciter, & mitti in possessionem.

In §. Hoc autem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in pœnam contumaciæ potest prædijs contumacis interdicere culturam, & colonis, vt contumaci non correspondeant.*
2 *Contumax condemnatur ad interesse reficiendum.*
3 *Contumax punitur multa, & pœna pecuniaria.*
4 *Excommunicatio est in subsidium pœnæ pecuniariæ.*
5 *Episcopus non debet statim excommunicare, sed prius in bonis excussionem facere, & personam habere.*
6 *Excommunicatio afficit animam, & ideò vltimo loco ad illam est deueniendum.*
7 *Contumax punitur pœna sequestrationis fructuum, & redditnum.*

ADuerte hic pro contumacia varias
esse pœnas introductas, & sic po-
1 test Iudex in pœnam contumacię
interdicere culturam in agris contuma-
cis, & præcipere colonis, vt de fructibus
non correspondeant illi, *Abb. in cap. gra-*
uem de sententia excommunicat. Secunda
2 pœna est damnum litis, nam damnatur ad
interesse refaciendum, *l. contumacia, ff. de*
re iudicata. Tertia est pœna multæ, item
3 pœna pecuniaria, & hæc per sententiam
4 declarari debet, *l. 1. ff. si quis in ius vo-*
catus non ierit, & in subsidium pœnæ pe-
cuniariæ est excommunicatio, *cap. consti-*
tutus de sententia excommunicat. in 6.
5 non debent tamen Episcopi esse adeo
procliui ad pœnam excommunicationis,
sed prius debent facere excussionem in
bonis, & personam habere, vltimo verò
6 loco deuenire ad hanc sententiam, quæ
animam etiam afficit, *glos. hic ex Trident.*
sess. 25. cap. 3. de reformatione. Quarta
7 pœna est sequestratio fructuum, & redditum,
cap. 2. extra eodem.

In §. Illud quoque.

SVMMARIVM.

1. *Contumacia facit aduersarium mitti in possessionem rei prætensæ, & nisi infra annum suam purget contumaciam, constituit illum verum possessorem saluo iure proprietatis.*
2 *Actio intentatur dupliciter, realis scilicet, vel personalis.*
3 *Agens actione reali contra iniustum possessorem rei suæ petit possessionem, quia dominus iam est.*
4 *Agens actione personali quid petat.*
5 *Hæres conuentus, si non compareat efficitur contumax ex decreto Iudicis.*
6 *Herede contumace declarato, actor mittitur in possessionem rerum, primò mobilium, posteà stabilium secundū quantitatem crediti.*
7 *Hæres si post annum non purget contumaciam, missus in possessionem efficitur verus possessor, & fructus facit suos, sed saluo iure proprietatis.*
8 *Actione reali agens, in quo differat ab agente personali, quoad missionem in possessionem bonorum contumacis.*

In

HIc de maxima pœna contumacis,
quæ est partem aduersam mitti in
1 possessionem rei prætensæ, ita vt
si contumax per annum non purget suam
contumaciam, & procuret expeditionem,
aduersarius efficiatur verus possessor, sal-
uo iure pro proprietate, sed pro hoc.
2 Aduerte primò, quod dupliciter po-
test intentari actio, scilicet vel realis, vel
3 personalis, qui agit actione reali cõtra in-
iustum possessorem rei suæ, petit posses-
sionem, quia Dominus iam est, *l. officium,*
4 *ff de rei vindicatione.* actio personalis est,
per quam quis petit aliquid sibi dari ab
aliquo, qui dare tenetur, sic est actio, quã
habet legatarius in genere contra hære-
dem, *l. 1. ff ad Trebellianum*, & idem ha-
betur, *ex l. 3. ff pro socio.*
5 Aduerte secundò, quod intentata
actione contra hæredem, si hic non com-
pareat, efficitur contumax, & ex decreto
6 Iudicis actor mittitur in possessionem pri-
mo rerum mobilium, deinde stabilium
iuxta quantitatem sui crediti, vt per *DD.*
in cap. quoniam frequenter, vt lite non
contextata, si verò post annum neque
7 contumax compareat, tunc actor effici-
tur verus possessor talium rerum, ita vt
fructus faciat suos, *l. si finita*, §. *Iulianus*,
ff. de damno infecto. intelligo tamen sem-
per cum limitatione posita, scilicet salno
jure proprietatis Domino principali, *dicto*
8 *cap. quoniam frequenter*, & hæc est diffe-
rentia inter eum, qui intentat actionem
realem, & eum, qui intentat actionem
personalem, nam hic non efficitur pos-
sessor simpliciter, neque post annum sed
efficitur verus possessor vsus, non proprie-
tatis, ille verò fit simpliciter possessor
absque alia limitatione, vt patet ex *l. in*
rem ff. de rei vindicatione.

In §. Sed si missus.

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem ob contumaciam non comparentis, infra annum fructus non facit suos, sed sequestrari possunt, ne distrahantur.*
2 *Missus in possessionem, si infra annum fructus dilapidauerit, tenetur restitue- re purgata contumacia.*
3 *Contumax si intra annum purget suam contumaciã, & soluat, rem, & fructus recipit, deductis expensis necessarijs pro illorum collectione.*
4 *Contumax, qui intra annum non purgauit contumaciam, amittit omnes fru- ctus, & fiunt missi in possessionem.*
5 *Sequester dicitur, qui rem detinet seque- stratam, non depositarius.*

1 ADuerte, quod quando pars mitti-
tur in possessionem, ex contuma-
cia non comparentis, tunc ante
annum neque habet Dominium fructuũ,
sed sequestrari possunt, ne distrahantur,
cap. dilectus de sequestratione possessionis,
& fructuum, & si aliqui causa fuerint di-
2 lapidati, tenetur ipse restituere, vt nota-
3 tur hic, quod ideo est, vt si Dominus in-
tra annũ purget suam cõtumaciam, & sol-
uat, & rẽ, & fructus recipiat, deductis tamẽ
expensis necessarijs factis pro collectione
fructuum, *l. fundus in principio, ff. fami-*
liæ erciscundæ, quod si infra annum
non recuperauerit, tunc seruandum est
4 id, quod diximus, & possessor omnes fru-
ctus percipit, *cap. contigit extra eodem*,
& notat *glos. hic verbo reuocandum*, ille
5 autem, qui res detinet sequestratas, non
dicitur depositarius, sed sequester, *l. seque-*
ster, ff de verb. signific.

In §. Si tamen.

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem efficitur verus Dominus fructuum post annum, licet non capiat realem possessionem, quia forsan non potuit, vel quia fuit eie- ctus.*
2 *Possidere dicitur per animum, qui ex potentiori vi aduersarij fuit à posses- sione exclusus.*
3 *Contumax non debet esse melioris con- ditionis, quam obediens.*
4 *Contumax, vt quis declaretur, & fru- ctus amittat, sufficit si ab ipso fuerit petita declaratio, an rem velit recupera- re nec ne.*

1 ADuerte primò, quod elapso anno,
is, qui fuit missus in possessionem,
efficitur verus Dominus fructuũ,
vt supra diximus, quamuis non capiat
realem possessionem, quia forsan non
2 potuit, vel quia cum acceperit, fuit ab
ea exclusus ex potentiori vi aduersarij,
hic enim diceretur possessor per animum,
cap. contigit extra eod. vbi Abb. & patet
ex l. 1. ff de acquir. poss. hoc antem ideo
sancitum est, ne contumax fit melioris
conditionis, quam obediens, vt ibidem
notat *Abb. & patet hic ex l. 3. ff. de donat.*
inter virum & vxorem.

Ad-

4 Aduerte ſecundò, quod ad hoc, vt
dictum procedat verè, non requireretur
neceſſariò nouum decretum, ſed tantum
ex æquitate fieri poteſt, vt reus declaret,
an velit ſuam rem recuperare, nec ne,
ſic notat, *Abb. in d. cap. contigit, num. 3*.

In §. Hoc tamen cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Cauens de ſtando iuri, & de ſoluendo iudicatum excludit miſſum in poſſeſſionem.*

2 *Excluſionis à poſſeſſione iuſtam cauſã non probans mulctandus erit.*

3 *Poſſeſſor verus elapſo anno non efficitur actor, ſi per ipſum ſteterit quod non fuerit miſſus in poſſeſſionem.*

4 *Poſſeſſor verus efficitur actor, licet in poſſeſſionem elapſo anno non fuerit miſſus, ſi abſens fuerit legitimo impedimento.*

5 *Fideiuſſor in actibus iudicij conuenitur primò, vt principalem præſentet.*

6 *Fideiuſſor in contractibus poteſt opponere exceptionem, quod anteà cum principali agatur.*

7 *Fideiuſſor etiam in contractibus primò conuenitur, ſi principalis commodè haberi non poſſit.*

8 *Facere quis dicitur, quando per ipſum non ſtat quo minus fiat.*

9 *Contumax ſi dum velit à contumacia ſe liberare, non habet copiam Iudicis, habetur vt liberatus.*

10 *Miſſus in poſſeſſionem non facit fructus ſuos, & expelli poteſt ſi per contumacem non ſtetit quin offerret cautionem, & ſe liberaret.*

1 QVi dedit cautionem de ſtando iuri
& de ſoluendo iudicatum, vt in
l. 1. ff. iudicatum ſolui, hic licet
excludat miſſum in poſſeſſionẽ
2 ſi tamen non probet iuſtam cauſam talis
excluſionis, mulctandus erit, *cap. cum
veniſſet de eo qui mittitur in poſſeſſionem*,
ſi tamen per actorem ſteterit, quod non
3 fuerit miſſus in poſſeſſionem, tunc ſibi imputare
debet, nec elapſo anno efficietur
4 verus poſſeſſor, quod limita ſi fuerit abſens
ex legitimo impedimento, tunc
elapſo anno mittitur in poſſeſſionem, *c. 2.
de eo qui mittitur in poſſeſſionem, & e tamen
pro his §§.*
5 Aduerte primò, quod in actibus iudicij
fideiuſſor conuenitur in primis vt
principalem præſentet, nec poteſt fideiuſſor
opponere exceptionem quod an-
6 tea cum principali iudicium diſcutiatur,
at in alijs contractibus fideiuſſor
conuentus hanc exceptionem opponens
7 auditur, dummodo principalis commodè
haberi non poſſit, *l. 1. ff. de fideiuſſoribus,
§. 1. auth. cit. tit. & diximus, lib. 3.
ciuili eod. tit.*
8 Aduerte ſecundò, quod idem eſt aliquem
facere, ac per ipſum non ſtare, quo
minus fiat, *cap. imputari de reg. iur. in 6.
cap. anteriorum, §. ad hoc 2. quaſt. 7.* ideo ſi
paſſus miſſionem in poſſeſſionem, dum
9 vellet infra annum dare cautionem, & ſe
liberare à contumacia, non habuit copiã
Iudicis, qui cautionem acciperet, tunc
10 idem eſt, ac ſi verè dediſſet, ac proinde
miſſus in poſſeſſionem non efficitur verus
poſſeſſor, ſed expelli poteſt, conſtito,
quod non ſteterit per paſſum miſſionem
in poſſeſſionem qui cautionem offerret, vt
expreſſe habetur, *in cap. ſicut extra de
eo, qui mittitur in poſſeſſionem*, & notant
*Abb. & gloſ. ibidem in figuratione caſus,
& gloſ. hic in §. idem iuris, verbo non
ſteterit.*

In §. Quæri cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Contumaci, duplex poteſt imponi pœna.*

2 *Iudice delegato decedente, cui Reus offerat cautionem, vt à pœnis contumaciæ ſe liberet.*

3 *Iudex Ordinarius non poteſt ſe intromittere in excommunicatione lata, vel alio actu facto per delegatũ à Principe.*

4 *Delegatus à Papa eſt maior ordinario, in cauſa delegata.*

5 *Superioris in actibus nemo ſe intromittere poteſt.*

6 *Excommunicatus à delegato poteſt abſolui à ſuperiore delegati, vel à ſucceſſore in eodem officio.*

7 *Excommunicatio lata ab homine poteſt, remitti à ſuperiore, vel ſucceſſore officij, non obſtante reſeruatione ſibi facta, non ſic ab ordinario.*

8 *Iudex excommunicare videtur ad puniendam contumaciam erga ſe commiſſam, & ideò ipſe punire debet delinquentem.*

9 *Excommunicatio iuris licet lata per Põtificem à quolibet ordinario abſolui poteſt, niſi ad ſit clauſula (nobis reſeruantes) &c.*

Con-

10 *Confessarius quilibet habet plenimodam potestatem in articulo mortis.*

11 *Absolui an possit à quolibet casu & censura is, qui vult transfretare, vel qui est ingressurus prælium campestre.*

12 *Contumax, qui vult se liberare à contumacia, & pœnis, & non habet copiam Iudicis, &c. debet infra annum se protestari paratum coram ordinario, & si hic non adsit, poterit fieri coram publicis, & honestis viris, & sic coram Notario & testibus.*

13 *Contumax facta protestatione, non debet esse negligens ad recuperandam possessionem.*

14 *Contumax si per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes non recuperauit possessionem, cadit à iure, & possessor præscribit.*

15 *Titulus fit ex decreto Iudicis.*

1 Duplex solet imponi pœna pro contumacia, scilicet missio in possessionem, & excommunicatio, ideo quæritur, si Iudex delegatus à Papa de-
2 cesserit, cui possit reus offerre cautionem, vt alius excludatur à possessione, & ipse ab excommunicatione absoluatur.

3 Aduerte igitur primò; quod in excommunicatione lata per delegatum à Principe, vel in alio actu per ipsum celebrato non potest ordinarius se intromittere, vt per *DD. in c. pastoralis*, 4. §. *præterea de*
4 *offic. ordin.* nam delegatus à Papa in isto casu est maior ipso ordinario, ac proinde
5 nemo potest in actibus sui superioris se intromittere, *cap. sane de offic. delegat.* & ideo iste talis à Superiore ipsius delegati,
6 absolui potest, vel à successore in eodem onere, & officio, *cap. quoniam Abb. de offic. deleg. l. mortuo Iudice, & l. proponebatur, ff. de iudi. ijs.*

7 Aduerte secundò, quod in excommunicatione lata ab homine, quantumuis hic sibi reseruauerit tamen eius Superior, vel successor absoluere potest non autem ordinarius, *Abb. in d. c. pastoralis*, § *præterea, & colligitur, ex cap. nuper de sen-*
6 *tentia excommunicationis*, ipse enim Iudex videtur excommunicasse ad puniendam contumaciam erga se commissam,
ac proinde Ipse punire debet delinquen-
9 tem in se, non sic autem excommunicatione iuris, hæc enim licet fuerit lata per Pontificem, nisi tamen apposuerit clausulam (nobis reseruantes &c.) potest absolui à quolibet ordinario, colligitur ex *d. cap. nuper*, sit tamen quomodocumque,
10 hæc omnia limitantur in articulo mortis, tunc enim quilibet confessarius habet plenimodam potestatem, *cap. de his de sententia excommunicationis.*

Quæres ex *glos. hic* an ead. ratione pos-
11 sit absolui à quolibet casu, & censura is, qui vult transfretare, vel est ingressurus prælium campestre.

Respondetur affirmatiuè, si adsit in his casibus probabile periculum mortis, sic colligitur, ex *glos. in cap. pastoralis*, § *præterea.*

Ex *d.* §. *præterea*, habes, quod pars, quæ propter mortem delegati non habet,
12 cui offerat cautionem, & recuperet possessionem, vel absoluatur ab excommunicatione (ne cadat à Iure) debet infra annum se protestare coram Iudice ordinario, quod ipse est paratus satisfacere, & quamlibet dare idoneam cautionem, vt rem suam recuperet, & id faciens facillimè obtinet à Sede Apostolica, vt notatur in fine *d. cap.* quod si nec copiam ordinarij habeat, id faciet coram publicis, & honestis viris, vt notatur hic ex *l. sancimus, C. de Episcopali audient.* & sic poterit id fieri coram publico Notario cum congruo, numero testium, sic notat *Abb. in d. cap. pastoralis.*

13 Aduerte vltimò, quod facta hac protestatione, non poterit pars sic stare in perpetuum, sed habet tempus taxatum ad recuperandam possessionem, quod si fiet per ipsum, & per spatium 10 annorū
14 inter præsentes, & 20. inter absentes id non fecerit, cadit à iure, & possessor ex
15 decreto Iudicis (ex quo fit iustus titulus) præscribit rem, vt notat, *Abb. in d. cap. præterea.*

In §. Sed ista quidem cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Missio in possessionem, & contumacia absentis, non dantur in causis beneficiorum.*

2 *Iudex debet finem debitum imponere in causa beneficijs absente parte, nec aliam mittere in possessionem.*

3 *Absentis contumaciam in beneficio Diuina replet præsentia.*

4 *Ingressus in beneficijs non datur nisi per collationem, vel institutionem, & alio modo ingrediens dicitur intrusus.*

Ad-

1 ADuerte, hic non procedere huc vsq;
dicta in causis beneficiorum, quia
in ipsis ex contumacia absentis,
2 alius non mittitur in possessionem, sed
potius debet Iudex negotio finem debi-
tum imponere, *cap pro vt extra eodem*, &
notat *glos. hic verbo fine debito*, nam
contumaciam absentis Diuina replet præ-
3 sentia, vt habetur hic in *§. licebit, ex cap.
quoniam frequenter*, §. 1. *extra vt lite nõ
contextata & cap. 1. de eo qui mittitur in
possessionem*, tum quia in beneficijs non
4 datur ingressus, nisi per collationem, vel
institutionem, & qui alio modo ingredi-
tur, potius dicitur intrusus, *cap. vnico de
eo, qui mittitur in possess. in 6.* & sic pos-
sessio diceretur vitiosa.

In §. Quod interdum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex aliquando profert sententiam etiam contumace absente.*
2 *Iudex potest ferre sententiam diffinitiuam, etiam contra actorem contumacem, ad instantiam rei comparentis.*
3 *Contumacia actoris maior est, quam sit illa rei.*
4 *Actore non probante contra ipsum præsumitur.*
5 *Actori contumaci debent dari dilationes de iure* Ciuili, *secus de Iure Canonico.*

1 ADuerte, hoc ipsum dictum de ab-
sentia contumacis habere locum
etiam in rebus temporalib. mul-
toties enim Iudex iudicio imponit finem
ferendo sententiam etiam contumace ab-
sente, *cap. causam extra eodem*, & notat
Bart in l. consentaneum, C. *quomodo, &
quando Iudex*, quod currit, etiam acto-
2 re contumace, potest enim Iudex sen-
tentiam ferre diffinitiuam ad instantiam
rei comparentis, vt habetur hic, & ra-
3 tionem dant, *DD. in dicto cap. causam*,
nam maior est contumacia actoris, quã
4 rei. actore enim non probante, contra
ipsum præsumitur, *cap. fin. de iure iuran-
5 do*. & licet actori contumaci deberẽt da-
ri dilationes de iure Ciuili, tamen de iure
Canonico denegantur, vt notat *Abb. in
dicto cap causam.*

In §. Idem quoque.

SVMMARIVM.

1 *Actor, si non compareat infra tempus, infra quod petijt reum comparere, si reus infra illud compareat, condemnatur ad expensas illegitimè factas à Reo.*
2 *Actor non comparens, neque in posterum auditur etiam ad citationem, nisi de cautionem per pignora, vel fideiussiones.*
3 *Actor, qui idoneam cautionem per pignora, vel fideiussores dare non potest tenetur saltem ad cautionem Iuratoriam.*
4 *Actor contumax ad expensas tenetur, cum reus legitimè comparuit, aliàs non.*
5 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*
6 *Contumacia vnius compensatur cum contumacia alterius.*

1 ADuerte primò, quod punitur actor,
si non compareat infra tempus à
se petitum, infra quod reus com-
parere debebat, tunc enim si hic compa-
reat facit actorem condemnari in expen-
sis illegitimè factis, vt notatur hic ex
cap. in primis secunda, quæst. prima,
cap. 1. de except. in 6 Item alia pœna pu-
2 nitur ipsemet actor non comparens,
quod si in posterum comparere velit,
neque ad citationem admittatur, nisi
prius dederit idoneam cautionem per
pignora, vel fideiussiones, *l. si mandato*,
§. fin. ff. mandati, & si neque, hanc da-
3 re poterit, saltem iuratoriam cautio-
nem dare tenetur, *in cap. primo, eodem
tit in 6.*
4 Aduerte secundò, quod pœna inte-
ressis soluendi ipsi reo, tunc locum ha-
bet, quando reus verè comparuit, si
enim nec ipse comparuerit, actor ad
nihil tenetur nam paria delicta mutua
5 compensatione tollitur, *l. de viro, ff. so-
luto matrimonio*, & sic contumacia
6 vnius compensatur cum contumacia al-
terius, *l. si duo, ff. de dolo, l. si ambo, ff.
de compensationibus.*

1 *Iudex non debet cuilibet contumaci, quamlibet infligere pœnam.*
2 *Pœna crescit crescente culpa.*
3 *Pœna non sunt multiplicanda, nisi id velit delicti grauitas.*
4 *Pœna, quæ timorem mali inducit imposterum, potiùs est infligenda.*

1 NOn debet superior, seu Iudex cuilibet cōtumaci quaslibet pœnas infligere, & sic crescēte culpa,
2 pœna crescere debet, sed non plures pœnas simul infligere debet, nisi grauitas cul-
3 pæ id ex postulet; *cap. fraternitatis dist. 33. Abb. in cap. inter catera de rescriptis, l. quicumque, C. de de seruis fugitiuis,*
4 illa tamen potius infligi debet, quæ timorem mali inducant imposterum, *cap. prodest 24. quæst. 5.*

DE LIBELLI CONCEPTIONE, & oblatione.

TITVLVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Reo comparenti, est præsentanda petitio actoris.*
2 *Libelli materia est fundamentum boni Iudicij.*
3 *Libellus ante præsentationem tandiù debet legi, & considerari, vt labefactetur, & sordescat.*
4 *Libellus quid, & dupliciter definitur.*
5 *Libellus non debet esse verbosus.*
6 *Scriptura libelli necessariò requiritur in rebus alicuius momenti, secus in vilioribus.*
7 *Iudex delegatus cum ampliori delegatione, potest sine solemni oblatione libelli procedere, sufficit petitio notata per actuarium.*
8 *Libellus debet esse clarus, & non continere verbū æquiuocum, seu pragnans.*
9 *Libellus non debet continere verbum conditionale.*
10 *Conditio nihil ponit in esse, & suspendit actum.*
11 *Libellus regulariter, est de substantia, & fundamentum iudicij.*
12 *Libelli oblatio non est necessaria, si agatur coram Principe absoluto.*
13 *Libellus non est necessarius vbi agitur de plano, & sola facti veritate inspecta.*
14 *Libellus non requiritur in notorijs, quando sententia est danda oretenus, & in alijs casibus remissiuè.*
15 *Libellus potest etiam die feriata offerri, sed non intimari.*
16 *Libellus tot habet species, quot sunt materiæ distinctæ, de quibus agitur.*
17 *Gratiæ petitio, vel commissionis à Principe dicitur supplicatio.*
18 *Reconuentio actionis in maiori Tribunali dicitur appellatio.*
19 *Reclamatione facta dicitur porrigi libellus reclamatorius.*
20 *Prima conuentio dicitur libellus conuentionalis.*
21 *Supplicationi debet imponi titulus, & qui ad Papam, qui ad Regem.*
22 *Libellus generaliter quas debeat habere partes.*
23 *Narratio facti in libello, quid debeat continere.*
24 *Causa conuentionis in libello debet assignari proxima non remota.*
25 *Petitio est conclusio libelli, debet enim in fine exprimi quod petatur.*
26 *Petitio in actionibus realibus quomodo concludere debeat, & quomodo in personalibus.*
27 *Clausula salutares apponi debent in libello, quia satis iuuant.*
28 *Clausula salutares varia assignantur, & de eius effectibus.*
29 *Libello continente verbum asperum, debet in eo dici cum reuerentia.*
30 *Libellus præsentatus, & signatus debet parti intimari.*
31 *Copia est danda parti si ipsam petat, & expensis comparentis dari debet.*



1 VISVM est supra de in ius vocando, verum quia reo comparente ipsi præsentanda est petitio actoris, meritò de ista petitione, quæ per libellum fit, erat agendum, cuius materia est fundamen-
2 tum cuiuslibet boni iudicij, & dicebat *Manganellus de Manganellis apud Socin. in 2. decretalium*, in hac met rubrica,
3 quod libellus antequam præsententur, tandiù debet legi, & inter manus versari, vt labefactetur, & sordescat, igitur ad huius tituli, & paragraphi primi intelligentiam.

Ad-

Aduerte primò, quod libellus est bre-
4 uis scriptura, clara, cōtinens intentionem
actoris, vel accusatoris, contra reum ne-
cessario concludens, sic *DD. cum Paulo
in Clement. sæpe de verb significat. sed So-
cinus loco citato in principio huius ru-
bricæ* ait, quod libellus est breuis scriptu-
ra legitimè concepta, in iudicio produ-
cta, per quam speciem futuræ litis osten-
ditur, tamen ne recedamus à Lancel-
lotto hic debemus primam substinere de-
finitionem, ostendit enim magis clarè vim
libelli, & eius formam indicat. Dicitur
5 breuis scriptura, quia non debet esse
verbosus libellus, *l. fin. C. de precibus
Imperatore offerendis, l ampliorem, §. in
reputatorijs, C. de appellat.* vbi dicitur ca-
ueant libellorum dictatores verbosis as-
6 sertionibus vti, Scriptura autem requiri-
tur necessariò, maximè in rebus alicuius
momenti, secus autem in rebus viliori-
bus, in quibus nulla scriptura requiritur,
*cap. offeratur. 3. quæst. 3. & auth. offeratur,
C. de litis contestatione*, quod limita in de-
7 legationibus amplioribus, vt supra dixi-
mus, in quibus quando Iudex habet fa-
cultatem, potest etiam non accepto li-
bello, sed tantū notata petitione per actua
rium procedere. Dicitur Clara, continens
8 intentionem, &c. ad ostendendum, quod
libellus, non debet habere verbum præ-
gnans, seu æquiuocum *cap fin de rescrip-
tis, l. si quis ducenta, ff. de reb dubijs, In-
nocent. & Abb. in c 1. extra eod* & eadem
9 ratione non debet continere verbū con-
ditionale, § *ex conditionali de verb. oblig.*
10 quia conditio suspendit actum, & nihil
ponit in esse.

Aduerte secundò, libellum regulariter
11 esse de substantia iudicij, & fundamentū
eiusdem, patet ex *cap. quoniam contra
de probationibus, & glos. in cap. pro vt de
dolo, & contumacia, cap. si quis cum Cle-
rico 11. quæst. 3.* dixi regulariter, quia
in pluribus casibus potest Iudex procede-
12 re etiam sine libello præsentato, sic si
agatur coram Principe absoluto. Item
13 si agatur de plano absque figura iudicij,
sola facti veritate inspecta, item in noto-
14 rijs, quando sententia est danda orete-
nus, vt in alijs casibus, quorum 84. ponit
*Soc. in cap. 1. cit. tit colligens, ex Ioanne
de Brancis, Baldouino, & ex Speculatore
hoc eodem titulo in § nunc dicendum, &
Socinus diffuse explicat dictos casus, vt
apud ipsum videre est.*

15 Aduerte tertiò, quod libellus potest
qualibet die etiam feriata offerri, sufficit
tamen si eadem die non intimetur, *Alex.
& Bart in l. 1. § enunciatio, ff. de noui ope-
ris nunciatione. l. ne quidquam §. de pla-
no, ff de offic. pro consulis*, habet tamen
16 plures species hoc genus libelli, & tot
sunt species, quot sunt materiæ distinctæ
de quibus agitur, vel enim est petitio gra-
17 tiæ, seu compromissionis, quæ petitur à
Principe supremo, & dicitur supplicatio,
18 vel est reconuentio actoris in maiori tri-
bunali, & dicitur appellatio, vel est re-
19 clamatio, & dicitur libellus reclamato-
20 rius, vel est prima conuentio, & dicitur
21 libellus conuentionalis, quando autem
fit supplicatio, debet in primis poni titu-
lus, sic si dirigatur ad Papam dici debet
Sanctissime Pater, vel si dirigatur ad Re-
gem, dici debet S R. M. & deinde ap-
ponuntur verba per hoc caput, suppli-
cat, &c.

22 Aduerte quartò, quod libellus ge-
neraliter has debet habere partes, scili-
cet narrationem facti, causam conuen-
23 tionis, petitionem, & demum clausulas
salutares. Narratio facti debet continere
nomina, & cognomina actoris, & rei Pa-
triam, titulum, dignitatem, & rem de
qua agitur. Causa debet esse proxima,
24 non autem remota, & sic non debet dici
volo mihi Titium soluere centum, quos
debet, sed debet etiam exprimi causa
proxima, quare debeatur, & sic ex dam-
25 no infecto, ex mutuo, commodato, &c.
Petitio est conclusio libelli, debet enim
in fine exprimi, quid petatur, quæ peti-
26 tio est diuersa, in actionibus realibus dici
debet peto rem restitui, in actionibus
personalibus, peto condemnari ad inte-
resse, ad legatum prestandum, vel simi-
lia verbi gratia. Clausulæ salutares apponi
27 debent, multum enim operantur, & ad-
iuuant etiam pro aliquo accidentali defe-
cto commisso in libellando, vt per *Bart.
in l. diuus. ff de re iudic. l. properandum,
28 § fin autem, C de Iudic.* Alia igitur est
clausula amplians, puta, non se astrin-
gens, &c. saluis iuribus, &c. Alia est cor-
rigens, vt isto, & omni alio modo me-
liori, &c. Alia est vrbana, seu officiosa, vt
cætera suppleat religio iudicantis, & eo-
29 dem modo semper quando apponitur
aliquod verbum asperum, puta indebitè,
iniustè, &c. dici debet cum reuerentia
30 ipse tamen libellus præsentatus, & signa-
tus per actuarium intimatur parti, quæ
si petat sibi copiam dari, ipsius compa-
rentis expensis dari debet, *glos. in Clem.
2. de appell. verbo oblatis, vbi id probat ex
cap. afferat. 3. quæst. 3.* formulas autem li-
bellandi per vos concipere poteritis his
inspectis.

In §. Porrò.

SVMMARIVM.

1 *Libellus alius accusatorius, alius conuentionalis.*
2 *Libellus accusatorius quid,*
3 *Libellus Conuentionalis quid.*
4 *Ciuiliter agens potest actionem realem intentare, vel personalem.*
5 *Actione reali agens, quid petat, & quid actione personali.*

1 DVæ sunt species libellorum in ge-
nere, alius est libellus accusato-
rius, alius est conuentionalis, Ac-
2 cusatorius, seu potius criminalis est, quo
quis aliquem apud Iudicem reum crimi-
nis defert, patet ex *l. libellorum, ff. de ac-
cusat.* de hoc, & de eius particularibus re-
quisitis videbimus infra in *lib. 4. Canon.*
3 *tit. 1.* Conuentionalis seu potius ciuilis est,
quo rem nostram, aut quod nobis deberi
putamus petimus, vt notat. in præf. §. ex
4 qua definitione intelligimus, quod potest
quis ciuiliter agens, vel intentare actionē
realem, & per hanc petit rem suam sibi
restitui, vel intentare actionem persona-
5 lem, & per hanc petit rem sibi debitam
ex contractu donationis, stipulationis, &c.
sibi tradi, vt hic ex *capit. finali extra
eodem.*

In §. Exprimet.

SVMMARIVM.

1 *Libellus vt sit firmus, & obliget intimatum ad comparendum debet esse clarus, & exprimens nomen actoris.*
2 *Agens nomine dignitatis, vel officij, id exprimere debet in libello.*
3 *Libellus debet continere nomen rei, & Iudicis per distinctiuum, non generaliter.*
4 *Neap. non sufficit dicere in libello comparet in S. R. C. sed debet etiam dici coram Regio Consiliario, N. alias esset æquiuocum, cum plures sint Consiliarij.*
5 *Libellus debet exprimere factum, actionem, & obligationem, & causam, alias non obligat ad comparendum.*
6 *Libellus ineptus, & non habens essentialia potest à Iudice reijci.*
7 *Libelli necessaria posita in disticon.*

1 LIbellus vt firmus sit, & obliget in-
timatum ad comparendum, debet
esse clarus, & essentialiter expri-
2 mens nomen actoris, quod si agat no-
mine dignitatis, vel officij, hoc ipsum
3 exprimere debet, puta procurator talis
loci, vel Episcopus. &c. item nomen
Rei, Iudicis, & huius nomen exprimere
debet per distinctiuum, non autem gene-
4 raliter, vnde Neapoli non sufficeret di-
cere comparet in S. R. C. sed debet etiã
dici coram Spectabili Regio Consiliario
N sunt enim plures in eadem dignitate,
merito ad tollendum æquiuocum, speci-
ficum nomen exprimi debet, item debet
5 exprimere factum, seu actionem, & obli-
gationem, & demum causam vt supra di-
ximus, quod si vnum ex his deficiat, ci-
tatus non tenetur comparere, & Iudex
libellum ipsum reijcere potest, *cap. sacer-
6 dotib. 11. quæst. 1. vbi glos. verbo incedit*,
& has omnes conditiones libelli ponit,
*glos. hic ex Hostiensi, Abb. & Specul. per
illos versus.*

7 *Quis, quid, coram quo, quo iure petatur,*
Rectè compositus, quisq. libellus habet.

In §. Sunt tamen cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Libelli solemnis oblatio vbi non exigitur, non negat libellum saltem per viã petitionis simplicis, sed tantum solemnem oblationem.*
2 *Petitio simplex in quibus casibus sufficit.*
3 *Iudex potest negotium terminare absq; strepitu, absque solemnitatibus, absq; tela iudiciaria, &c. & hoc reducendo partes ad concordiam etiam præcipiendo.*
4 *Veritas negotij potiùs à partibus proponentibus, quam ab alijs est cognoscenda.*

1 SVnt aliqui casus, in quibus potest Iu-
dex procedere absque solemni ob-
latione libelli, sed de his supra di-
ximus remissiuè, dicitur tamen hic (absq;
solemni libelli oblatione) per quod datur
nobis intelligi, quod non omninò re-
spuitur libellus, sed benè eius oblatio so-
lemnis, & sic saltem ore tenus oblata de-
nunciatio est redigenda in scriptis, per
acta-

actuarium, vt supra diximus, ex *Clem. sæpe de verb. significat.* & potest id seruari
2 in causis, in quibus proceditur absque strepitu, vel figura iudicij, & etiam in causis summarijs, vel lenioris momenti, quæ cito sunt expediendæ, vt in *Clement. dispendiosa de iudicijs*.

Aduerte pro §. *in his*, quod quando
3 Iudex lites terminare potest absque strepitu, & absque solemnitatibus iuris, nec non omissa tela iudiciaria, vt dicitur hic, & debet id facere concordando partes etiam per præceptum, ipsas reducendo ad concordiam, & vt seruent, quod iustum est, notat *glos. hic verbo terminare*,
4 verum tamen est, quod potius à partibus proponentibus, quam ab alijs quibuscumque debet Iudex veritatem negotij cognoscere, *Abb. in cap pastoralis de iudicijs glos. & DD. in l. 2. ff. de iuramento calumniæ*.

In §. Oblato cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non statim præsentato libello Iudicium facere debet, sed debet dare inducias ad probandum, & exceptiendum.*

2 *Induciæ de iure communi sunt tempus viginti dierum, nisi consuetudo aliud velit.*

3 *Terminus solitus dari non est coarctandus, nisi alium casus vrgentia velit.*

4 *Reus potest appellare, si ei sit datus terminus satis breuis.*

5 *Reus non potest appellare de districtiori termino, si in illius datione causa breuitatis assignetur.*

6 *Iudex quando pœnam iuris communis auget, vel minuit debet causam exprimere.*

7 *Induciæ multæ dantur, quæ nomine terminorum veniunt præter inducias ad probandum, & quæ sint vsque ad finem.*

1 ADuerte hic, quod non statim præsentato libello, debet Iudex iudicium facere, sed intimato libello parti dandæ sunt induciæ, vt possint suas probationes, & exceptiones proponere
2 quæ induciæ de iure communi sunt tempus viginti dierum *authentica offeratur, C. de litis contestatione*, debet tamen attendi potiùs consuetudo locorum, nec potest terminus solitus coarctari, nisi ne-
3 cessitas, vel vrgentia casus id expostulet
4 alias potest reus appellare de districtiori termino antequam tota lis expediatur, *Abb. in cap dilecti filij de dilat. num. 2. & seqq.* quod limita quãdo causa ta is coar-
5 ctationis temporis exprimitur in ipsamet assignatione termini, vt notat idem *Abb. num. 9.* tunc enim non datur locus appellationi, verum potest pars appellare, vt supra diximus notat *Paulus de Castro, cons. 277.* vbi etiam addit, quod quando
6 Iudex auget, vel minuit pœnam à Iure statutam debet exprimere causam.

Nota etiam hic, quod dantur aliæ in-
7 duciæ, quæ nomine terminorum appellãtur, vt videre est per *DD. in rubrica de dilationib.* & sic terminus ad deliberandũ, & est de quo diximus, & dicitur etiam terminus ad probandum; item terminus ad denunciandum principali, qui datur quãdo fuit citatus absens; item terminus ad percurrandum acta, seu ad reuidendum Processum, qui datur, quando conclusũ est in causa, quo termino possunt partes, seu procuratores ipsarum processum relegere, & sic se præparant ad sententiam, & alij dantur termini, vt videre est per *Speculatorem in tit. de dilationib. §. 1. & per Abb. loco citato*.

DE EXCEPTIONIBVS, & Replicationibus.

TITVLVS OCTAVS.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, & replicationes possunt etiam in alijs temporibus, quam post libellum oblatum proponi, sed magis post oblationem illius proponi solent.*

2 *Materiam eandem diuersis diuidere locis est inconueniens.*

3 *Lex versatur ad ea, quæ frequentius accidunt.*

4 *Exceptio quid sit.*

5 *Exceptio est de Iure Diuino, quia in genere defensionis.*

6 *Exceptio quare dicatur, exclusio actionis, & quando id operetur.*

7 *Exceptio quare dicatur exclusio intentionis, & quando id operetur.*

8 *Exceptio soluti excludit actorem stante vera solutione.*

9 *Exceptiones, alia dilatoria alia peremptoria.*

Ex-

10 *Exceptiones dilatoriæ, quæ dicantur, & quid oppoſita operentur.*
11 *Exceptiones dilatoriæ, quæ diff.runt iudicium in accidentalibus, quæ?*
12 *Exceptionum dilatoriarum multæ ſunt ſub ſpecies, & quæ.*
13 *Exceptio Velletani eſt perſonalis, & intranſitiua.*
14 *Exceptio Velleiani quid, & de eius effectibus.*
15 *Exceptio Velleiani ſemper viget, quando bona fuerunt obligata à fœmina ad quaſcumque manus tranſeant.*
16 *Exceptio reſtitutionis in integrum eſt perſonalis, & intranſitiua, & ſolis minoribus datur.*
17 *Exceptio reſtitutionis in integrum ſi ad alios tranſire inuenitur, eſt quia minores repræſentant.*
18 *Exceptiones reales tranſeunt cum ipſa re, ad quoſcumque perueniat; & quæ ſint.*
19 *Exceptiones quæ reis dantur, dantur etiam fideiuſſori, & quare.*
20 *Replicatio quid, & quid operetur.*
21 *Excipienti de ſolutione, obſtat replicatio ſoluti ex alio capite.*



VIDIMVS iam de libelli oblatione, verũ
quia poſt ipſum libellum oblatum ſolent partes opponere exceptiones, meritò de ipſis in præſenti, & licet excep-
tiones, & replicationes poſſint etiam in
1 alijs temporibus litis proponi, quia tamẽ
primus locus, in quo opponi ſolent, eſt
poſt oblatum libellum, ideò magis congruum eſt de ipſis nunc videre, ne-
2 que conueniens eſt diuerſis locis eamdem materiam diuidere, ait enim author
noſter in §. *fin.* *Superioris tit.* quod huiuſmodi diſcretio obſcuritatem parit, ideo de
3 ipſis nunc generaliter, tum quia lex verſatur ad ea, quæ frequentius accidunt,
iuxta regulam *tex. in l. nam ad ea*, & frequentius accidit opponi exceptiones poſt
libellum præſentatũ, merito igitur de ipſis
hic, ad cuius *titul.* & §. *primi intelligentiam*.

4 Aduerte primò, quod exceptio eſt
actionis, vel intentionis excluſio vt per
DD. communit. in hanc rubrica, & eſt exceptio de Iure Diuino, nam eſt in genere
5 defenſionis, vt per *DD. in l. defenſionis*,
C. de Iure fiſci lib. 10. & defenſio de omni iure eſt, ex *d. Clementina paſtoralis*,
dicitur excluſio actionis, quod tunc eſt,
6 quando quis fecit obligationem, vel ſcripturam ex metu, vel dolo, tunc enim ſi
vigore talis ſcripturæ conueniatur, per
exceptionẽ doli, vel metus, eliditur actio,
7 quæ de iure ciuili verè extabat, dicitur
excluſio intentionis, quando is, ad cuius
inſtantiam quis citatur, verè non habet
actionem, ſed tantùm prætendit habere,
vt ſi petat ab eo, qui verè ſoluit, tunc
8 enim per exceptionem ſoluti eliditur eius
intentio, *gloſ. in l. 2. verſ. intentionem*,
ff. eodem.

9 Aduerte ſecundò, quod ſumma diuiſio exceptionum hæc eſt, quod ſcilicet
omnes exceptiones, vel ſunt dilatoriæ,
vel peremptoriæ, vel ad has reducuntur
10 (de peremptorijs infra.) Dilatoriæ ſunt,
quæ rẽ, & iudiciũ differunt quæ differunt
rem, differũt potius eſſentiã, ſeu ſubſtantiã
iudicii (hoc enim importat res in præſenti) & tales ſunt, quando partes fecerunt
pactũ de nõ petendo infra certũ tempus,
tunc enim ſi vnus alium citet hic citatus
opponit exceptionem pacti de non petendo, per quam exceptionem deficit in totum iudicium pro tali tempore, notat
11 *Abb. in cap. exceptionem, verſ. ſecunda dilatoria extra eodem*: quæ differunt iudicium, quo ad accidentalia, ſunt declinatoriæ iudicis, obſcuritas libelli, &c.

Aduerte tertiò, quod plures ſunt ſub-
12 ſpecies exceptionum dilatoriarum, quædam ſunt perſonales, & intranſitiuæ, vt
13 exceptio Velleiani, & eſt, quam habent
fœminæ, quæ non poſſunt pro alijs obliga-
14 re bona ſua, quod ſecus eſt, quando bona tranſeunt ad alienas manus tunc enim
poſſunt iſti obligare dicta bona, at ſi fue-
15 rint obligata à fœmina, ad quæcumque
perueniant, ſemper viget exceptio Velleiani, *l. hæc actiones, ff. ad Velleianum*,
l. exceptiones, §. 1 *ff. eod. l. ſi mulier eod. tit.*
ſic etiam perſonalis, & intranſitiua eſt ex-
16 ceptio reſtitutionis in integrũ, hæc enim
ſolis minoribus datur, *l. minor, §. penultimo, l. 3 §. fin. & l. 4. ff. de minoribus*,
17 quod ſi ad alios tranſeat, non eſt, niſi
quatenus minores repræſentent; aliæ ſunt
exceptiones reales, & hæc tranſeunt cum
18 ipſa re ad quoſcumque perueniat, ſic eſt
exceptio rei iudicatæ, metus, doli, iuris
iurandi, pacti de non petendo, &c. de
quibus omnibus currit regula, quod om-
19 nes exceptiones, quæ reis dantur, fideiuſſori etiam cõpetunt, *l. omnes, ff. de except.*
non enim reſpiciunt perſonam, ſed ipſam
rem, ſeu ſubſtantiam, in qua fundatur
actio, *Decius in rubrica, ff. eod. & Couar. in cap. malæ fidei de regulis iuris in 6.*

Aduerte vltimò, circa aliam partem

20 nostræ rubricæ, quod replicatio est etiam exceptio qua actor elidit exceptionem propositam à reo, *l. 2. ff de exceptionib.* cuius rei hoc potest esse exemplum, debet Titius Caio mille ex mutuo, & mille ex
21 legato, soluit mille, quos debet ex mutuo, petit deinde Caius mille ex legato, ille apponit exceptionem soluti, replicat hic solutum ex alio capite, & sic discurre pro alijs.

In §. Personam.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis incompetentia, est exceptio declinatoria fori, sicut suspicio contra eundem.*
2 *Iudicis incompetentia ex quibus capitibus oriri possit.*

1 ADuerte, quod vna ex exceptionibus declinatorijs est incompetentia Iudicis, *cap. si delegati de foro competenti*, vel suspicio, quæ contra Iudicem proponitur, *cap. suspicionis de offic. delegati*, potest autem incompetentia Iu-
2 dicis ex pluribus capitibus oriri. Primò; si nullam habeat Iudex iurisdictionem, *l. priuatorum, ff de iurisdict. omnium iudic.* Secundò, si excedat fines suæ potestatis delegatæ, vel tempus ad quod habuit delegationem, *l penult. C si à non competente Iudice, l. eum qui, ff. de iurisdict. omn. iudicum*. Tertiò si ratione conditionis personæ, vel loci non habeat iurisdictionem, puta si vellet laicus de Clerico cognoscere, *cap. Eccles. Sanctæ Mariæ de Constit.* & ratione loci, textus est expressus in *l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum*.

In §. Actoris partem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, quæ descendunt ex persona actoris.*
2 *Exceptiones, quæ descendunt ex persona procuratoris assignantur.*
3 *Exceptio falsi procuratoris, etiam post sententiam opponi potest.*
4 *Exceptio illegitimitatis personæ obstat contra illum, qui nullam habet connexionem, nec dependentiam cum principali.*
5 *Miles non potest esse procurator, nec ille, qui defert arma, & exceptione repelluntur illegitimitatis.*
6 *Doctores non deferunt arma, ne à Iudicijs repellantur per exceptionem illegitimitatis.*
7 *Doctores ratione nobilitatis possunt portare ensem.*

1 ADuerte primò, quod aliæ sint exceptiones, quæ descendunt ex persona actoris, vel ex persona procuratoris, ex Persona Actoris, vt si sit pupillus, vel fæmina, vel furiosus, &c. quibus interdicitur agere in iudicio per proprias personas, *Speculat in tit. de actore* §. 1. & si agant contra ipsos opponitur exceptio illegitimitatis personæ, ex
2 persona procuratoris si sit seruus, vel Monachus, &c. vt diximus supra de *Procurat. in* § *sed nec omnes*. Secundò, si non sit talis qualem se ostenditur, vt si se fingat tutorem, vel procuratorem, *Bart. in l. defendendi, ff ex quibus causis in possess. eatur.* & hæc exceptio falsi procuratoris
3 etiam post sententiam opponi potest, vt ibi diximus ex *Abb. in cap. in nostra de*
4 *procuratoribus*. Tertiò, si esset extraneus, & nullam habens connexionem, nec facultatem ad agendum, *Bart. in l. possimus,* §. *de bis, ff. de in offic testam & Abb. in cap. ex parte de testib.*
5 Aduerte secundò, simili ratione opponi hanc eandem exceptionem contra militem, qui non potest esse procurator, sicut nec ille, qui defert arma, *l vnica C. ne liceat potentioribus*, & ideo DD.
6 non deferunt arma, ne hac exceptione repellerentur à iudicijs, alias ratione
7 nobilitatis possent gladium deferre, & esse ense procincti, vt diximus in rubrica, *ff. de officio eius*.

In §. Ex persona Rei.

SVMMARIVM.

1 *Reus potest excipere, de spolio contra actorem.*
2 *Reus conuentus potest petere cautionem pro expensis.*
3 *Reus potest excipere quod vult domum petere, vt possit sua iura proponere, & habilitatur præstita cautione de sistendo in iudicio.*

1 POtest reus multas exceptiones proponere contra actorem. Primò, potest opponere de iniusto spolio ab ipso actore, diximus supra ex *cap. cum dilectus de ordine cognitionum*. Secundò, po-

2 potest petere pro expensis cautionem, *l qui proprio*, §. *qui alios ff. de procurat. l exigendi, C eit. tit.* Tertiò, potest excipere, quod vult domum petere, forsan, vt iura sua producere valeat, & tunc debet habilitari præstita cautione desistendo in iudicio, *capit. final. de foro compctenti*,

In §. Actionem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones oriri possunt ex ipsamet actione, & quando inde oriantur.*
2 *Actio quando proponatur inualidè, & quando ineptè.*
3 *Libellus obscurus debet ab actore declarari in partibus obscuris.*
4 *Actio dicitur ineptè proponi si eadem lis in alio tribunali, vel banca vertatur.*

1 Posunt etiam oriri exceptiones ex ipsa met actione, quæ vel inualidè, vel ineptè proponitur. Inuali-
2 dè si quis conueniretur pro debito illiquido, *l. 2. in fine, ff. quando dies vsus fructus cedat, & Abb. in c exceptionem loco citato*. Ineptè, puta si libellus sit ob-
3 scurus, tunc enim tenetur actor libellū in partibus obscuris declarare, *DD. in l. edita C. de edendo, Afflict. in Constitutione Regni dilationes, num 36.* idem est
4 quando de eadem causa vertitur lis in alio tribunali, vel in alia banca, *glos. bic ex Felin. in cap. exceptionem eodem tit & Bal. in l. peremptorias, C. sententiam rescindi non posse, l senatus, C. accusare non possunt.*

In §. Hæc verò cum duobus sequentibus,

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones dilatoriæ opponi debent ante litem contestatam.*
2 *Exceptiones dilatoriæ opposita post litem contestatam non impediunt lites facti, dummodo sit iuridicè factum.*
3 *Approbatum semel tacitè vel expresè, non potest amplius reprobari.*
4 *Exceptiones dilatoriæ, quæ possint quādocumque opponi etiam post latam sententiam.*
5 *Exceptiones superuenientes post inceptum iudicium possunt tunc opponi, licet essent dilatoriæ.*
6 *Reo non est imputandum, quod antea exceptiones non opposuit, dum antea non erant natæ.*
7 *Exceptio nullitatis sententiæ potest etiā post sententiam opponi.*
8 *Exceptio declinatoria fori debet opponi ante omnē aliam exceptionem, & actū coram tali Iudice celebratum.*
9 *Iudex cogit Reum coram se comparere non obstante declinatoria opposita, si hæc non fuerit opposita ante omnia.*
10 *Reus per exceptiones propositas & actus celebratos coram Iudice, videtur in ipsum consentire.*
11 *Exceptiones quatuor temporibus opponi solent, vsque ad num. 13.*
12 *Exceptiones quæ proponuntur ante litis ingressum.*
13 *Exceptiones quando opponi possunt, si pactum sit inter partes, de illas opponendo quandocumque.*

1 Aduerte primò pro his §§. quod exceptiones dilatoriæ regulariter proponi debent ante litis contestationem, sic habetur in præsenti, & notat Socin in 2. *decretalium in cap. olim inter deltis contestatione num 47.* si enim
2 proponantur post litis contestationem, vel quandocumque tunc non impediunt quid quid antea actum est, dummodo alias iuridicè factum sit, nam vt norat,
3 *glos. bic in 2. notabili id quod tacitè*, vel expresè semel approbatum est, non potest postea reprobari. Dixi regulariter,
4 nam multæ sunt exceptiones, quæ possunt quandocumque opponi, etiam post latam sententiam, sic est exceptio falsi procuratoris. *Abb. in cap. in nostra de procuratoribus in 6.* vel quod exceptiones
5 superueniunt post inceptum iudicium, puta si principalis incidat in furorem nec antea constituerit procuratorem, & in similibus, *Felin. in cap. postulasti eod. tit.*
6 nec potest imputari reo, quod antea non opposuerit dictas exceptiones, dum antea non erant natæ, notant *DD. in cap.*
7 *insinuante, de offic. deleg. ex l. 1. ff. de ventre inspiciendo*, exceptio autem nullitatis actionis potest quandocumq; opponi etiā post latam sententiam, vt per *Abb. loco citato*.

Aduerte secundò, non sic esse dicen-
8 dum de exceptione declinatoria fori, hæc enim proponi debet ante omnem aliam exceptionem, & ante quodlibet oppositum, vel actum celebratum coram tali Iudi-

9 Iudice, aliás serò declinare conatur à Iudice, in quem consensisse videtur, vt notatur hic ex §. *item si quis testibus quarta, quæst. 3. l. sed, & si susceperit, ff. de iudicijs.*

Aduerte tertiò, ex *gloss. hic verbo ergo,* quod quatuor temporibus opponi solent
11 exceptiones. Primò, ante litis ingressu, & sic sunt exceptiones declinatoriæ Iudi-
12 cis, vel dilatoriæ temporis eligendi. Secundò, post ingressum litis, sed ante contestationem, & tunc proponuntur aliæ dilatoriæ, vt diximus. Tertiò, post litem contestatam, sed ante sententiam, & tunc solent opponi peremptoriæ. Quartò, etiam post sententiam, & tunc omnes illæ proponuntur, quæ reddunt iudicium nullum, vt incompetentia actoris, nullitas citationis, falsitas Instrumēti, &c. vt notatur hic ex *Speculat. in hoc tit. & ex Bald in l. 1. C de iur. & facti ignorantia.* idem etiam erit dicendum, si partes
13 conuenerint inter se quandocumque exceptiones opponere, tunc enim poterunt etiam post litem contestatam opponere dilatorias, *cap. pastoralis eod tit. Felin in cap. exceptionem extra eod. & DD. in l. licet, C de procurat.*

In §. Ducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio oritur ex loco, & tempore, & quando à loco, & quando à tempore ortum habeat.*

HAbent exceptiones varios fontes, vt in tit. amplissimis, tam in iure Pontificio, quam Cæsareo, hic autem alia duo capita proponuntur,
1 & sunt locus, & tempus, ratione loci quis potest excipere, vt si citetur ad soluendum in loco, vbi non debet, vel si citetur in loco non tuto. idem dic de tempore, vt si dies festiuus esset, vel curreret tempus feriarum, siue pro Deo, siue pro hominibus, vt supra diximus in §. *sed & si de in ius vocando.*

In §. Hic enumeranda.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis, non obstante quod sit dilatoria, potest opponi post litem contestatam, currit enim fauor animæ.*

2 *Excommunicati notitiam quotiescumque quis habet, ipsum tenetur vitare, & expellere.*

3 *Terminus præfixus datus ad aliquid faciendum simpliciter, non claudit viam in ijs, quæ si mitterentur, inferrent animæ præiudicium.*

4 *Reus malitiosè differens opponere exceptionem excommunicationis, tenetur ad expensas legitimè factas.*

5 *Reus differens opponere exceptionem excommunicationis ex rationabili causa, non damnatur ad expensas.*

1 ADuerte primò, exceptionem excommunicationis, quamuis dilatoriam esse tamen priuilegiatam, vt scilicet possit etiam post litem contestatam opponi, quod est fauore animæ,
2 nam quotiescumque, quis habet notitiam excommunicati, ipsum euitare tenetur, & expellere, vt habetur hic ex *cap. exceptionem eodem titul. in 6. & notat gloss. hic verbo minime,* vbi ponit principium ge-
3 netale, quod scilicet terminus præfixus simpliciter ad aliquid faciendum, seu proponendum non præcludit viam ad id, cuius omissio infert animæ periculum, & hoc principium extendi potest ad plures casus.

Aduerte secundò, secus esse dicendum, quando malitiosè reus distulit opponere
4 hanc exceptionem, vt scilicet actor excommunicatus, quam plures faceret expensas, & deinde remaneret elusus. tunc enim ipse reus, qui antea potest opponere, non opposuit, damnatur ad dictas expensas legitimè factas ab actore, *Abb. in cap. exceptione, hoc tit.* dixi malitiosè,
5 quia si distulit opponere eo, quod non habuit in promptu probationem excommunicationis, tunc non est condemnandus ad hæc, vt notat *gloss. hic verbo, vt actor, & l. argētarius, § penult. ff. de edendo, Abb. loco cit. ex cap. plerumque 2. quæst. 7.*

In §. Sed cum per malitiam.

SVMMARIVM.

1 *Excipiens de excommunicatione habet octo dies ad probandam excommunicationem, extra diem, in quo illam proponit.*

2 *Excipiens de excommunicatione, debet exprimere, an sit maior, vel minor, excommunicatio.*

3 *Excommunicatus excommunicatione minori, non repellitur à iudicio.*

4 *Excipiens de excõmunicatione, si illam non probet damnatur ad interesse; nec acta pro excommunicato facta eliduntur.*
5 *Excipiens de excommunicatione, si elapso termino velit in effectu de excommunicatione probare, est audiendus, non sic autem post secundum terminum.*
6 *Exceptio excommunicationis, non debet, esse causa differendarum litium.*
7 *Excipiens de excommunicatione in secunda instantia, seu in appellatione non auditur, & de ratione.*
8 *Exceptiones, quæ extabant in prima instantia, si in illa non fuerint opp sita, nec in secunda opponi poterunt.*

NE exceptio excommunicationis sit potius dilatio litium, remedium introductum est, quare,
1 Aduerte primò, quod in *c. 1 de except. in 6.* Sancitum est, quod opponens hanc exceptionem habeat (præter diem, in quo proponit exceptionem) alios octo dies
2 ad hoc probandum, & quando opponit dictam exceptionem debet exprimere an sit excommunicatio maior, an minor, si
3 enim sit excommunicatus excommunicatione minori an repellatur à iudicio, &
4 videbimus *lib 4. de sententia excommunicationis,* quod si infra tale tempus non probauerit exceptionem, à Iudice damnatur ad interesse illatum alteri parti, neque acta pro ipso excommunicato eliduntur, sed firmitatem habent, quod si idem
5 opponens, velit deinde in effectu probare dictam excommunicationem, est au-
6 diendus, sed post hunc secundum terminũ non debet iterum audiri, ne talis exceptio esset potius occasio diferendarum litium.
7 Aduerte secundò, quod exceptio opponi potest tantum in prima instantia, non autem in secunda, nam si completo primo iudicio, & lata sententia, facta deinde appellatione per actorem, reus vellet opponere exceptionẽ excommunicationis, tunc non erit audiendus, quia potius videretur velle actorem repellere à prosecutione sententiæ, quam nolle ipsi communicare, vt notatur hic ex *Abb. in c. significauerunt & c. fin extra eod.* & ex hac
8 eadem ratione, hoc quod diximus extendi debet ad omnes alias exceptiones, quæ extabãt pariter in prima instãtia, si enim non fuerint tunc oppositæ, neque in secũda opponi poterunt *l. ita demum, C. de procurat. Abb. in c. pastor. eod. tit. & c. eorum de integrum restitutione.*

In §. Reus cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Rei alij sunt necessarij, alij voluntarij, & qui sint rei necessarij, & qui volũtarij.*
2 *Excommunicato excommunicatione minori, possumus communicare*
3 *Rei necessarij excommunicati audiuntur ad confessionem, quæ est de iure naturæ.*
4 *Defensio est supra excommunicationẽ, quia hec est de iure positiuo.*
5 *Excommunicatus reus non potest reconuenire actorem.*
6 *Reconuenire excommunicatum, esset ipsum habere cõmodum, non defensione.*
7 *Defensio sola excõmunicatis indulgetur.*

1 REi sunt in duplici differentia, alij sunt necessarij, qui scilicet vocati in iudicio, quasi necessitari comparent, alij sunt voluntarij. & sunt, qui citantur pro suo commodo, vt citari solent creditores per edictum, isti enim licet veniunt, vt rei citati, verè tamẽ sunt actores item quando citantur omnes, qui interesse prætendunt in aliqua hæreditate *authentica si omnes, C. si minor se ab hæreditate abstinuerit.*
2 Nota igitur pro his §§. 1. quod loquimur de excommunicatis excommunicatione maiori non autem de excõmunicatis excõmunicatione minori, cum his enim cõmunicare possimus, *c. engeltrudã 3. q. 4.*
3 Nota secundò, quod intelligimus de reis necessarijs, isti enim audiuntur ad defen-
4 sionẽ. quæ est de iure naturæ, & supra excõmunicationem quæ est de iure positiuo,
5 *c. inter extra eod. c. intelleximus de iud.* nõ potest autẽ reus excõmunicatus citatus
6 reconuenire actorem, nam hoc esset potius habere cõmodum, quam se defende-
7 re, defensio autem sola excommunicatis conceditur, vt notatur hic in fine *§. reus,* ibi: *reconuentionis autem potestas ei minimè permittitur.*

In §. Peremptoriè cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio peremptoria quid.*
2 *Exceptio peremptoria semper obstat agentibus.*
3 *Exceptiones aliæ sunt omnino peremptoriæ, aliæ dicuntur potiùs elisoria.*

Ex-

4 *Exceptiones peremptoria nullam suppo-
nunt actionem, & impediunt omnem
litis ingressum, & qua.*
5 *Exceptio non dicitur, vbi non est actio,
sed potius defensio.*
6 *Exceptiones elisoria supponunt aliquam
actionem, contra quam, & ad ipsam
elidendam opponuntur, & qua.*
7 *Exceptio rei iudicata est peremptoria,
& impedit litis ingressum.*
8 *Sententia, si fecerit transitum in rē iudi-
catam, non potest ampliùs iterum pro
eadem causa agi.*
9 *Exceptiones qua impediant litis ingres-
sum, & progressum, & quando ingres-
sum impediant, quando progressum.*
10 *Exceptiones peremptoria qua possint op-
poni post litem contestatam, sed non
ante sententiam, qua post sententiam,
& qua etiam in secunda instantia.*

1 ADuerte primò, pro alio membro
diuisionis exceptionum, quod ex-
ceptio peremptoria est, quæ ius
actoris perimit, & semper agentibus ob-
2 stat, vt notatur hic & *glos.* ponit sub diui-
sionem harum exceptionum, & *Abb. in
3 praxi cap.* 16. quod scilicet aliæ sunt om-
ninò peremptoriæ, aliæ potiùs dicuntur
4 elisoriæ. Primi generis sunt, quæ nullam
actionem supponunt, & sic omninò om-
nem ingressum litis impediunt, sic est ex-
ceptio solutionis, qui enim soluit, habet
exceptionem soluti, quæ nullam supponit
obligationem, neque actionem de iure
naturali, vel ciuili, ac proinde, vt notat
5 *glos. hic* debet dici potius vera defensio,
quam exceptio, hæc enim opponitur con-
tra actionē, & hic nulla supponitur actio,
ergo non debet dici exceptio. idem dic
6 de acceptilatione, & de similibus, eliso-
riæ sunt, quæ supponunt aliquam actionē,
& contra ipsam, seu ad elidendam ipsam
opponuntur, sic est exceptio metus, vel
doli in contractu. item exceptio pacti
conuenti, & similes exceptiones, vt de
mente *Speculat. videre est apud glos. hic.*
Aduerte secundò, quod sunt aliquæ
7 exceptiones peremptoriæ, quæ impediūt
etiam ingressum litis, vt diximus, & vna
talis nobis proponitur hic in § *harum*, &
est exceptio rei iudicatæ, non enim
potest quis, postquam sententia fecerit
8 transitum in rem iudicatam, iterum pro
eadem causa velle agere, & notant *DD.
in cap. 1 de litis contestatione & Maranta
membro 9. iudiciali, num. 13. patet ex l.
non putauit, § non quauis, ff. de bonorū
possessionibus contra tabulas*, idem dic de
exceptione transactionis, *cap. 2. de trans-
9 fact. & de exceptione iuris iurandi, de non
petendo, Perus. in cap. 1. de litis contestatio-
ne in 6. & cap. veniens de accusationibus.*
idem dic de exceptionibus notorijs, &
publicis. istæ igitur exceptiones si propo-
nantur ante ingressum litis impediunt in-
gressum, & progressum, si post ingressum
impediunt progressum in ipsa, dummo-
do tamen proponens sit promptus pro-
bare, notat *Perus. loco citato, ex l. nam
postea, ff. de iure iurando*,
Aduerte tertiò, quod vt possint dictæ ex-
ceptiones proponi etiam post litem con-
10 testatam, sufficit si proponantur ante
sententiam, alias si proponantur post sen-
tentiam, non elidunt illam nisi in aliqui-
bus casibus, sic. Primò, est exceptio falsi,
hæc enim potest quandocumque opponi,
*Abb. in cap. cum venerabilis extra eod. &
in cap. licet de probationibus*. Secundò,
exceptio minoris ætatis, *l. peremptorias,
C. sententiam rescindi non posse*. Tertiò,
ratione militiæ, *l. miles, C. de iur. & facti
ignorantia*. Quartò, nullitatis procurato-
ris exceptio, *cap. cum venerabilis extra
eod. & Abb. in dicto cap. licet*, istæ autem
possunt opponi etiam in secunda instan-
tia, secus autem aliæ, quas si quis ex do-
lo malo omisit opponere in prima instan-
tia, si velit deinde in secunda proponere,
non auditur, hoc colligitur à simili ex su-
pra dictis ex *cap. exceptionem extra eod.
& est Doctr. communis Io. Andr. Butrei,
Hostiensis, & aliorum, vt videre est per
glos. hic verbo denegatur*, vbi refert com-
munem etiam Canonistarum sententiam.

In §. Sunt etiam cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio praiudicialis qua dicatur.*
2 *Exceptio consanguinitatis opposita con-
tra mulierem petentem virum, est an-
tea cognoscenda, quam iudicetur, an
ei sit vir dandus talis petitus.*
3 *Exceptio natalium, opponitur contra
agentem petitione hareditatis, scilicet,
quod non sit legitimus illius, cuius ha-
reditatem petit tamquam filius.*
4 *Exceptio spolij est praiudicialis, quia
anteà de spolio, quam de causa prin-
cipali cognoscitur.*
5 *Exceptio praiudicialis in causa proprie-
tatis impedit fructuum applicationem
à parte petitam, & de ratione.*
6 *Indicijs concurrentibus pro eodem facto*

ciuili, & criminali, prius de criminali, quam de ciuili cognoscitur.

7 *Iudicium ciuile & criminale pro eadem causa simul intentari potest in Magna Curia Neap.*

8 *Exceptio præiudicialis expensarum opponitur contra agere volentem de proprietate coram vno Iudice, & de interesse eiusdem coram alio, & cogitur coram vno vtrumque petere.*

1 ADuerte primò, pro his §. § quod
sunt aliæ exceptiones, quæ ad hãc
summam diuisionem teduci pos-
sunt; & dicuntur etiam exceptiones præ-
iudiciales, quasi cognitioni alterius cau-
sæ præiudicium afferentes, sic est excep-
2 tio consanguinitatis in petitione facta à
muliere de aliquo in suum virum, si enim
excipiatur de consanguinitate, prius est
cognoscendum de consanguinitate, dein-
de an debear haberi pro viro, *Abb. in cap.*
3 *1. de ordine cognitionum*, idem est in pe-
titione hæreditatis, potest enim contra
petentem opponi exceptio natalium, quia
forsan non sit legitimus eius, cuius hære-
ditatam petit, vt filius, *c. 3. eit. tit. l. 2. C. de
ordine cognitionum, l. prefes, C. de pla-
giarijs.*

Aduerte secundò, esse etiam alias excep-
tiones præiudiciales, & prima est excep-
4 tio spolij, si quis enim citatus pro aliqua
causa respondeat se fuisse iniustè spoliatũ
ab actore, antea de causa spolij videndum
est, deinde de causa principali videbitur,
*cap. 1 de restitut. spoliat. in 6. Abb. in cap.
cum dilectus de ordine cognitionum, cap.
venerabilis de offic. delegati.* Secunda est
præiudicialis in causa proprietatis, in qua
5 non potest procedi ad fructus alteri parti
applicandos simpliciter, vnde si quis pe-
teret dictam fructuum applicationem, ex-
cluderetur per exceptionem proprietatis,
quia talis fructuum concessio est signum
possessionis, & proprietati præiudicat.
6 Tertia est in causa præcedentiæ iudiciorũ,
vnde concurrente pro eodem facto iudi-
cio criminali, & ciuili, prius de iudicio
7 criminali erit videndum, hic autem in
M.C. vtrumque iudicium intentatur in
curia criminali, & ciuili. Quarta est præ-
iudicialis ratione expensarum, vt si quis
8 coram vno Iudice velit agere de proprie-
tate alicuius rei, & coram alio de interes-
se eiusdem, tunc potest pars opponere
exceptionem præiudicialem expensarum,
& cogere vt coram vno Iudice vtrumque
petatur, *l. à Iudice, C. de Iudicijs, & alia
sunt similes.*

In §. Sed quia cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio spolij tunc obstat actori, quando ab eodem actore reus illud passus est, secus si ab alio.*

2 *Spolij exceptio non obstat actori, etiam si fuerit commissum à suo procuratore, nisi procurator nomine principalis spoliasset.*

3 *Spolij exceptio non obstat actori, licet res spoliati ad eũ peruenerit, sed aliud subest remedium.*

4 *Actor non excluditur per exceptionem spolij, dum non culpatur.*

5 *Spoliatus ab vno, si ab alio conueniatur in causis criminalibus opponit exceptionem spolij, quæ differet processum per quindecim dies.*

6 *Spolij exceptio vt obstet tertio agenti in criminalibus, quid requiratur.*

7 *Spoliatus si tempore Iudicij recuperauit bona, vel maiorem partem non potest contra tertium de spolio excipere.*

8 *Spoliatus semper excipit de spolio contra spoliãtem, donec omnia recuperet vsque ad minimum quadrantem.*

9 *Iudicium criminale requirit litigantem cum pecunia, vt hic possit se defendere, & ne luat in corpore, si in are non habeat.*

10 *Spoliatus de bonis suis, non excipit de spolio cõtra Ecclesiam agente de rebus Ecclesiasticis.*

11 *Ecclesiastica res sunt priuilegiata & habent prarogatiuam contra res priuatas.*

ADuerte primò, hic dari limitatio-
nem circa exceptionem spolij, &
sic ex *Constit. Innocent. in cap. 1.*
1 *de restit. spoliat. in 6.* sancitum est, quod
tunc reus possit hanc exceptionem ap-
ponere contra actorem, quando ab ipso
actore passus est spolium, secus autem
si ab alio, vnde licet fuerit spolium à Pro-
2 curatore actoris, non nomine illius, sed
nomine proprio, tunc nec potest reus de
spolio opponere, *Perus. in dicto capit. 1.*
licet res spolij commissi ab alio peruene-
3 rit deinde in manus actoris, quia tunc
nec contra actorem opponi potest ex-
ceptio, licet detur aliud remedium, *cap.
sæpe de restitut. spoliatorum*, nec potest
4 actor per dictam exceptionem excludi, cũ
non culpauerit, *l. non debet, ff. de regulis
iuris, & l. sancimus, C. de pœnis.*

Ad,

Aduerte secundò, ex §. *in criminalibus*, quod in laicis criminalibus si quis fuerit
5 spoliatus ab alio, vt deinde à tertio conueniatur potest opponere exceptionem spolij, quæ differt processum in lite per
6 quindecim dies, *cap. 1. de restitut. spoliatorum*, dummodo fuerit spoliatum omniũ bonorum, vel maioris partis per violentiam expulsiuam, vel ablatiuam, vnde nõ sufficit, quod fuerit spoliatio tantum dolosa, vt notant *Io. Andr. & Perus. in dicto cap 1. in 6.* debet etiam non recuperasse
7 bona, vel maiorem partem tempore quo fit iudicium, si enim recuperauerit par-
8 tem bonorum nõ auditur opponens spolium à tertio, secus autem quando fuit ab ipso actore, tunc enim licet receperit partem, bene excipit, donec omnia recuperit, & fuerit integre restitutus; *Perus. dicto cap. 1.* disparitas autem inter iudicia
9 ciuilia, & criminalia hæc est, nam in criminalibus non potest quis sine substantia litigare, & sic requiruntur bona, & pecunia pro tali lite expedienda pro defensionibus, &c. ne non habens in ære luat in corpore, *cap. sæpe de restitutione spoliatorum*.

Aduerte vltimò, exceptionem spolij rerum priuati non facere in litem contra
10 ipsum motum de rebus Ecclesiasticis, hæc enim sunt priuilegiatæ, & nullo modo processus pro ipsis impedir potest,
11 *dicto cap. 1. § fin. in 6.* quia res Ecclesiasticæ debent habere prærogatiuam, *l. vt inter diuinum; C. de Sacrosanctis Ecclesijs*.

In §. Inter Scholares.

SVMMARIVM.

1 *Scholari, studiosi bona est conditio.*
2 *Consultatio scholaris studiosi, est authorabilis.*
3 *Merita sunt astimanda non dignitates.*
4 *Causa attendi debet, non persona.*
5 *Spolij exceptione opposita, debet dari terminus ad probandum de illo.*
6 *Terminus, qui non inuenitur de Iure expressus, remittitur arbitrio Iudicis.*
7 *Spolio infra terminum non probato, lis debet suum finem habere.*

1 HIc §. probat bonam esse conditionem scholarium studiosorũ, eorum consultationem esse authorabilem, ipsiq; respondendum cum
2 sit probabilis authoritatis, *l. quæsitum in principio, ff de fundo instructo*, me-
3 rita enim sunt extimanda non dignitates, *l. annonas, C de annonis, lib. 12.* & causa,
4 non persona attenditur, *cap. ex literis de probationibus* hoc posito, scholaribus cõ-
5 sultantibus responsum est hic, & statutũ, quod proposita exceptione spolij contra actorem, debet dari tempus, infra quod in effectu probetur spolium, quod tem-
6 pus cum non appareat expressè in iure arbitrio iudicijs, statui debet, *l. 1. ff. de iure*
7 *deliberandi*, quo tempore elapso, & spolio non probato, lis debeat habere suum finem, *Io. Andr. in cap. 1. §. solent, de restitut. spoliat. in 6.*

In §. Sunt & aliæ cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones quæ contra testes opponi possunt.*
2 *Bigami, irregulares, &c. repelluntur à testificando semper enim præsumuntur criminosi.*
3 *Exceptiones contra testes, bigamia, vel irregularitatis, &c. an sint dilatoria, vel peremptoria.*
4 *Testis reiectus à testificando, vt criminosus, debet de crimine ei imposito conuinci.*
5 *Testis criminosus alias conuictus de crimine sine alia probatione, statim à testificando repellitur.*
6 *Testis criminosus vt admittatur, debet probare plenam emendationem, & absolutionem.*
7 *Testis criminosus, contra quem noniter est probatum de crimine, non punitur alia pœna, nisi quod repellatur à testificando in illo iudicio, de crimine vero in alio iudicio punitur.*
8 *Testis committens falsum coram Iudice, coram eodem de falsitate illa puniri poterit.*
9 *Concesso principali conceduntur omnia ea, sine quibus negotium principale haberi non potest.*

1 ADuerte primò, quod sunt aliæ exceptiones, quæ contra testes opponi possunt, sic si testes essent excommunicati, vel alio modo exclusi à testificando propter infamiam, vel irre-
2 gularitatem, &c. sic etiam si essent bigami, isti enim semper præsumuntur criminosi

nosi

3 noſi; iſtæ tamen exceptiones cum per ſe non differant iudicium, nec ſint neceſſario proponendæ ante litis conteſtationē, videtur, quod nō ſint annumerandæ inter dilatorias, tum quia per ſe tendunt ad elidendam actionem actoris, quatenus ſi actor nō habet alium modum probandi, extinguitur eius ius, merito inter peremptorias connumerari debent, patet ex *l. duo ſunt ff. de teſtamentaria tutela, & cap. ſæpe de reſtit. ſpoliat.*

Aduerte ſecundò, quod eſt adhibenda regula pro exceptionibus contra te-
4 ſtes, ſi enim opponatur crimen, de quo teſtis numquam fuit conuictus, debet prius conuinci de tali crimine, & deinde
5 expellitur à teſtificando, vel alias fuit conuictus de tali crimine, & tunc ſtatim, expellitur abſque alia noua proba-
6 tione, nec auditur teſtis, donec ſe innocentem oſtenderit, probando emendationem, & plenam liberationem à tali crimine, notat *gloſ. hic verbo innocentem circa finem, ex text. in cap. in capite, diſtinct. 50 & ex Abb. in cap 1. eodem tit. noſtro*.

7 Aduerte tertiò, quod quando de nouo opponitur crimen contra teſtes, tunc licet probetur, tamen ratione talis iudicij, in quo ipſi deponunt, non puniuntur alia pœna, niſi quod excludantur à teſtimonio ferendo, de crimine vero in alio iudicio puniri poterunt, *cap. 2. de*
8 *ordine cognitionum*, niſi eſſet crimen falſi commiſſum in eodem met iudicio, tunc enim quia ſe habet admodum incidentis circa negotium principale, poterit idem Iudex de tali crimine cognoſcere, qua-
9 tenus conceſſo principali, ea omnia videntur conceſſa, ſine quibus negotium principale haberi non poteſt, *cap. prætera, & cap. prudentiam, § ſi vero de offic. delegati*.

In §. Cauebit cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Excipiens de eo, de quo contra ipſummet excipitur, nihil conſequitur.*
2 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*
3 *Exceptio quæ obſtat procuratori non autem principali, nō compenſatur cum procuratore excipiente nomine principalis.*

1 Aduerte, quod ſi quis opponat exceptionem talem, quæ contra ipſummet opponi poteſt, nihil cōſequitur, quia paria delicta mutua com-
2 penſatione tolluntur, *cap. fin. de adulterijs*, non ſic autem quando exceptio militaret contra procuratorem, non contra
3 principalem, tunc enim bene poterit procurator nomine ſui principalis excipere, & contra ipſum replicari non poterit, vt habetur hic in §. *hoc tamen*.

In §. Poſtremò cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Excipiens non acceptat actionem, dum excipiendo illam remouet.*
2 *Exceptiones poſſunt multiplicatè proponi, ita vt vna deficiente, de alijs habeatur ratio.*
3 *Iudex debet legitimas exceptiones admittere, alias appellari poteſt.*
4 *Iudex non acceptans exceptiones, eſt puniendus.*
5 *Exceptio eliditur replicatione, & ſic de duplicatione, &c.*
6 *Eadem repetere eſt ſuperuacaneum.*

1 Aduerte primò, quod excipiens non videtur acceptare actionem intentatam à ſuo principali, dum enim excipit, vel directè, vel indirectè intendit ipſum ab actione remouere, *cap. cum venerabilis extra eod. l. non vtiq; ff. eodem*

2 Aduerte ſecundò, quod poſſunt etiam plures exceptiones proponi, ita vt ſi vna deficiat, aliæ firmæ ſint, *l. nemo, ff. eod.* & vtilius erit plures ſic ſimul proponere, ita tamen, vt de ipſis habeatur ratio alternatiuè, puta propono exceptionem illegitimitatis perſonæ, & ſi hæc non ſufficiat, oppono exceptionem falſi, in cuius ſubſidium oppono exceptionem temporis illiquidi, & ſic deinceps; debet
3 tamen Iudex exceptiones legitimè propoſitas admittere, alias releuatur reus per appellationem ſententiæ, à qua fuit grauatus, & Iudex, qui noluit acceptare
4 exceptiones propoſitas, meritis pœnis coercendus erit, vt habetur hic, & pœnas diffusè commemorat. *Speculat. in §. fin hoc titulo*.
5 Pro § finali hic aduerte, quod exceptiones replicationibus contunduntur, nam exceptiones, replicationes, & duplicationes eodem modo ſe habent, meritò dicta pro exceptionibus extendite
ad

ad alias, *l.1.ff. quod metus causa*, *& l.1. §.finali. ff. de ventre inspiciendo*, superuacaneum enim est eadem reperere.

DE MVTVIS petitionibus.

TITVLVS NONVS.

SVMMARIVM.

1 *Mutua petitio quid sit.*
2 *Mutua petitio dicitur etiam contra petitio.*
3 *Reconuentio debet fieri incontinenti, ita vt possit per eandem sententiam cum negotio principali terminari.*
4 *Reconuentio opposita prope expeditionem causa dicitur vera conuentio, & de ea non cognoscitur, nisi negotio principali terminato.*
5 *Prior appellans prior agit.*
6 *Reconuentio non datur in criminalibus, nisi ad recompensationem interessis.*



VISUM est de exceptionibus, quæ proponuntur à reo citato, quia tamen hic habet aliam viam, per quam potest etiã ius suum proponere contra actorem, & facere ipsum reum, meritò de tali modo erat videndum hic, ad cuius *tit. & S.1. intelligentiam.*

1 Aduerte primò, quod mutua petitio est conuentio ex parte actoris, & reconuentio ex parte rei, vt notat *glos. hic in explicatione tituli*, & patebit ex eius effectu formali, *Abb. vero in rubrica extra eod. ait*, quod mutua petitio poterit etiã
2 dici contra petitio.

Aduerte secundò, quod vt verè dicatur reconuentio, debet fieri incontinenti, facta conuentione, itaut possit per ean-
3 dem sententiam terminari conuentio, & reconuentio, secus autem si reconuentio intentetur, quando lis est prope expedi-
4 tionem, tunc potius diceretur vera conuentio, & sic prius erit expediendum negotium primæ conuentionis, deinde erit videndum de hac secunda conuentione, patet ex *l. qui prior, ff. de iudicijs*, vbi qui
5 prior appellat, prior agit, *cap. 2. vers. nos autem de ordine cognitionum.*

6 Aduerte tertiò, in criminalibus non dari reconuentionem, nisi ad recompensationem interessis illati ex delicto, vel in actione in iuriarum, secus autem in alijs criminibus, vt disponitur hic in Regno *Pragmatica legis latores titul. de accusatore.*

In §. Præposita.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio quando debeat opponi.*
2 *Confessionem in præiudicium respondentis non operatur responsio obiectioni per exceptionem.*

1 HIc notatur, id quod supra diximus in explicarione definitionis, quod scilicet reconuentio debet statim fieri, qua facta, actor cogitur statim respondere, & vicissim, seu ordine successiuo proponi debeat, continuatiuè tamẽ, & antequam vna actio sit plenè fundata in iudicio, vt diximus, & patet hic ex *Abb. in cap. 1. extra eod.* notatur etiam
2 hic ex *glos. verbo responsione*, quod responsio obiectioni per exceptiones non operatur confessionem in præiudicim respondentis.

In §. Nec solum.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio etiam coram delegato opponi potest absque impetratione nouarum litterarum.*
2 *Reus, qui posset suum expedire negotium sumptibus actoris, esset fatuus si illud proprijs sumptibus expediret.*
3 *Reconuentio non potest opponi coram delegato, si non sit aqualis conuentioni, pro qua fuit delegatum, sed requireret speciale mandatum.*
4 *Reconuentio tunc potest opponi coram delegato de negotio, quod requirit speciale mandatum, cum ampliationem facultatis pro tali negotio impetrauit à Principe delegante.*

1 HAbet locum reconuentio etiam coram Iudice delegato absque impetratione nouarum litterarũ, vnde facta delegatione ad petitionem actoris certo Iudici, tunc poterit reus coram eodem reconuenire actorem, patet ex *cap. dispendia, S. reus de rescriptis* in

6 *in* 6. Stultus enim esset reus, si dum posset expedire suum negotium rescripto actoris, veller proprijs sumptibus aliud impetrare, *glos. hic verbo maluerit ex dicto cap. dispendia.* Limita hoc, quando causa reconuentionis non esset equalis
3 causæ conuentionis, pro qua fuit facta delegatio, & sic requireret speciale man-
4 datum, tunc enim non posset reus recõuenire coram eodem delegato, nisi ampliationem facultatis pro tali negotio peteret à Sede, vel à Principe delegante, *cap. penult. de in integrum restitut. cap. si Episcopus 6. quæst. 1.*

In §. Vtriusque.

SVMMARIVM.

1 *Actoris, & Rei par esse debet ratio in iudicijs.*
2 *Actori non licet, quod denegatur reo, nec in iudicijs fit exceptio personarum.*
3 *Actor intentans iudicium appellatione remota, si reconueniatur proceditur etiam sine appellatione, & quando id procedat, num. 5.*
4 *Actor intentans iudicium appellatione remota ex priuilegio impetrato, appellat in causa reconuentionis, nec reo priuilegium communicat.*
5 *Delegatio facta de motu proprio delegantis appellatione remota, vel si sic de iure communi procedatur in causa reconuentionis etiam sine appellatione proceditur.*

1 Aduerte, hic quod in iudicijs, actoris, & rei par debet esse ratio ex *l. fin. C. de fruct. & litium expensis*, non enim fit in iudic js acceptio
2 perforarum, *cap. nouit de iudic.* nec actori licere debet, quod reo non permittitur, *l. non debet, ff. de re iudic. l. 1 ff. quod quisque iuris*, ac proinde, vt notatur hic,
3 si actor intentet iudicium cum conditione, vt a tali iudicio appellatio remota fit, tunc si reconueniatur à reo, eodem modo procedendum est, scilicet etiam sine appellatione, verum tamen est, quod
4 hoc limitari debet, si pars sibi impetrauit tale priuilegium, tunc enim si reconueniatur, priuilegium non debet esse ei nociuum, ac proinde potest appellare in causa reconuentionis, vt notatur hic ex *Abb. in cap. fin. extra eodem* ac proinde supra dictum procedit de iure communi, & quando talis conditio apposita est de
5 motu proprio delegantis, vel committentis, vt notat *glos. hic verbo appellationis.*

In §. De Arbitris.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter differt à Iudice ordinario.*
2 *Reconuentio non procedit coram arbitris.*
3 *Reconuentio potest habere locum coram arbitris quando hoc est expressum de voluntate partium eligentium.*
4 *Iudex ordinarius iurisdictionem exercet in inuitum.*
5 *Arbiter eligitur de communi voluntate partium.*
6 *Actor, & reus sibi debent imputare, si in danda iurisdictione arbitro, etiam non dederint pro reconuentione, & nu. 12. in fine.*
7 *Delegatus impetratus de voluntate partium non cognoscit de reconuentione, nisi partes in impetratione id expresserint.*
8 *Reconuentio opponitur coram delegato Principis, vel Iudicis ordinarij, quia ius eis succurrit.*
9 *Delegatione facta à Principe, vel à Iudice ordinario iurisdictio procedit à iure.*
10 *Exceptiones proponuntur coram quolibet Iudice, siue arbitro, siue delegato, etiam petitione partium.*
11 *Reconuentio an sapiat naturam exceptionis, & quatenus possit dici exceptio.*
12 *Reconuentio per se petit peculiare iudicium. nec ab eo tractari potest qui non habet facultatem, vel à partibus, vel à Principe.*
13 *Reconuentio est valdè diuersa ab exceptione.*

1 Ex *glos. hic* habes in multis differre arbitrum à Iudice ordinario, vt patet ex dictis, & videre est apud ipsam, tamen pro materia nostra.
2 Aduerte hic primò, quod reconuentio non procedit coram arbitris ac proinde, qui conuenitur coram arbitro, non potest coram eodem reconuenire, nisi
3 hoc expressum sit de voluntate ipsarum parrium, quando arbitrum elegerunt. ratio diuersitatis pro isto casu inter Iudicem ordinarium, & delegatum est. nam
4 Iudex ordinarius iurisdictionem exercet etiam in reum inuitum, *l. inter stipulantem,*

tem. §. si stichum, ff. de verb. obligat. at
5 in arbitrio non sic, nam tam actor, quam reus de communi voluntate adeunt arbitrũ.ac proinde sibi imputet, qui in danda
6 facultate, & iurisdictione ipsi arbitro non fecit mentionem etiam de causa reconuentionis.
7 Aduerte secundò, eodem modo etiam esse dicendum in delegato impetrato de voluntate partium, nam nisi partes expresserint etiam eum velle pro reconuentionibus, non poterunt alias reconuenire coram il'o, *Bart. in authentica consequenter, C. de sententijs. Abb. in cap. cum*
8 *dilectus extra de arbitris*, secus autem in delegato dato à Principe, vel à Iudice de motu proprio, tunc enim ius ei succurrit, & coram ipso valet conuentio,
9 quia in delegatis sic datis iurisdictio procedit à iure, merito iuris succedit dispositio edita in materia reconuentionis, *cap. cum olim & cap. de causis extra de offic. deleg.*
10 Dices possunt partes coram quolibet Iudice sæpe arbitro, siue delegato etiam ex proprijs petitionib. exceptiones pro-
11 ponere, sed mutua petitio, seu reconuentio, vt supra diximus sapit naturam exceptionis, ergo potest coram quolibet Iudice proponi.
Respondetur distinguo minorem, sapit naturam exceptionis omninò, & nego aliquatenus, & concedo, ac proinde licet possit dici exceptio, quatenus est replicatio citari, tamen causa replicationis,
12 seu reconuentionis per se peteret peculiare iudicium, ergo non potest tractari ab eo, qui ad tale iudicium non habuit facultatem à partibus, vel à Principe, tum quia, vt diximus sibi imputet, qui hoc non expressit, vel non petijt tum
13 quia ista reconuentio est valde diuersa ab exceptione, vt notat *glos. bic in figuratione casus circa med,*

In §. Interdum.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio coram Iudice ordinario quandoque non currit, sic si esset de causa spirituali coram laico.*
2 *Laicus non iudicat in causis spiritualibus.*
3 *Causæ spirituales quæ.*
4 *Laicus conuentus coram suo Iudice, potest eodem tempore clericum conuenire de re spirituali coram Ecclesiastico, & ille respondere tenetur.*

1 MVltoties nec coram Iudice ordinario poterit fieri reconuentio, hoc autem tunc est, quando
2 quis conuentus coram Iudice laico vult coram eodem reconuenire de causa spirituali, de hoc enim non indicat laicus, *cap. ex tenore, & cap. si diligenti de foro competenti*, sic est causa matrimonij, *cap.*
3 *fin. de consanguinitate, & affinitate*, vel causa iuris patronatus, *cap. quanto de iudicijs*, & in similibus, verum tamen est,
4 quod pendente conuentione coram Iudice laico de re laicali, poterit laicus eodem tempore coram Iudice Ecclesiastico conuenire Clericum pro causa spirituali, & tunc cogitur hic in duplici tribunali assistere, vti actor, & reus, *Abb. in cap. 1. extra eodem.*

In §. Idem iuris.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus citatus potest respondere, & se defendere, secus autem reconuenire.*
2 *Defensionis in remedium quod substinetur, non debet ad impugnationem deseruire.*
3 *Excommunicatus conuentus, potest compensationem opponere si pars acquiescat, secus si resistat, quia tunc esset excommunicatum agere.*
4 *Excommunicatus adducendo compensationem soluit, si pars acquiescit.*
5 *Excommunicatus non potest compensatione vti, quando pars se debere negat, nam tunc deberet probare, & sic agere, quod ei non permittitur.*
6 *Excommunicatus passus missionem in possessionem, si compareat vt se purget à contumacia, & possessionem recuperet, auditur.*

ADuette, hic id, quod diximus de excommunicato limitari, quod
1 scilicet quamuis excommunicatus citatus in iudicio possit respondere, & seipsum defendere, cum defensio sit de iure naturæ, *Clement. pastoralis de iudi-*
2 *cijs*, non tamen potest reconuenire, nam quod in defensionis remedium substinetur,

tur,

tur, ad impugnationis materiam deseruire non debet, *DD. in cap.1.de rescript.*
3 *tis in 6.* limita tamen hoc in causa recompensationis; tunc enim potest excommunicatus audiri, si actor acquiescat tali recompensationi, quam prætendit excommunicatus conuentus, secus autem non sic, nam esset propriè agere, quod ei negatur, at quando pars acquiescit vi-
4 detur potius soluere, dum compensationem adducit, vt notatur hic ex *l. si debitor, ff. qui potiores in pignore habeantur*, sit exemplum, Titius conuenit Caium excommunicatum, vt sibi soluat tantum ex legato, Caius reconuenit ipsum, vt soluat centum, quos debet sibi ex mutuo, tunc si Titius consentit, valet iudicium recompensationis propositæ etiam ab excommunicato, vt per *DD. in dicta l. si debitor*, quia videretur tunc potius facta solutio, secus autem si Titius id neget, & esset probandum, tunc enim ipse ex-
5 communicatus ageret potius, & vt talis non audiretur, idem ait *glos. hic verbo non auditur*, esse dicendum, si excommunicatus passus sit missionem, in posses-
6 sionem si enim compareat, vt se purget à contumacia & possessionem recuperet, est audiendus, *Abb. in cap. cum inter extra eod. num.* 14. vbi contra Bartolum, *in l. de pupillo*, §. *finali*, *ff. de noui operis nunciatione*, hoc ita distinguerem: scilicet vel hic excommunicatus venit vt reus principaliter pro sui defensione contra ea, quæ opposuit, & obtinuit actor in illa causa, & per consequens venit pro recuperatione possessionis, & tunc audiendus est per textum *in l. si pupillus*, § *primo, ff. de priuilegijs creditorum*, & *cap. 1. extra vt lite non contestata*, vel hic excommunicatus principaliter petit rescissionem eius, quod factum est contra se, & possessionis restitutionem quia in isto casu consideraretur tamquam actor argumento textus in *l. si tribus, ff. de iudicijs*, ex quo probatur quod omnia, quæ dicuntur de actore locum habent etiam in hoc, & sic non est audiendus, dum supra diximus excommunicatum agere non posse; sed reprobat *Abbas in fine* hanc distinctionem, nam hic in isto secundo casu diceretur etiam reus nedessarius ex facto Iudicis à quo venit stimulatus ad id petendum, & dat exemplum in reo grauato per appellationem se defendere aduersus sententiam; ita etiam potest comparere grauatus per missionem, & petere reuocationem grauaminis restitutione possessionis, ne lapsu anni missus in possessionem efficiatur verus possessor.

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Depositum neque exceptionem, neque compensationem contra se admittit.*
2 *Depositi causa est priuilegiata.*
3 *Depositum ante omnia est restituendū, & de inde si quid habeat in contrariū conueniat de nouo reus.*

1 HIc præter supra posita vnum occurrit notandum, quod si quis sit citatus ratione depositi, neque exceptionem, neque compensationem opponere potest, causa enim depositi est priuilegiata, & contra depositum
2 nemo auditur, nisi prius restituto depo-
3 sito, & deinde si quis habeat aduersus reconueniat, seu potius nouum incipiat iudicium, *l. si quis pecunias, ff. depositi, c. fin. hoc eod. tit. nostro.*

DE

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

TITVLVS DECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Spolij in causa non habet locum reconuentio.*
2 *Spoliatus est restituendus; nec ad vlteriora proceditur, nisi spolij sequatur restitutio.*
3 *Continuatio tituli ad praecedentia.*
4 *Spolij restitutio vt procedat requiritur, quod spoliatus possidebat.*
5 *Restitutio quid sit, & qui dicatur restitutus.*
6 *Vis consideratur duplex ablatiua in mobilibus, & expulsiua in stabilibus.*
7 *Spolij restitutio vt procedat, & impediat omne aliud iudicium intentatum, requiritur, quod fuerit ab eodem expulsus, à quo nunc conuenitur.*

1 DIXIMVS supra, quod in causa spolij non datur reconuentio,
2 & sic prius esset restituendum spolium, & deinde haberet locũ
3 reconuentionem, ideo videndum erat, quid sit ista restitutio spoliatorum, & de eius adminiculis.
4 Aduerte igitur primò, quod restitutio est in pristinum statum repositio, *l. restituere. ff de verb. signif.* ille autem dici-
5 tur restitutus, qui antea aliquid possidebat, & per vim ablatiuam (vt est in mo-
6 bilibus) vel expulsiuam (vt est in stabilibus) ab eo fuit expulsus, à quo nunc
7 conuenitur; & restitui debet ante omne aliud iudicium intentatum, vt patet ex rationibus adductis.

In §. Is quoque.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus non comparendo non efficitur contumax.*
2 *Quid sufficiat vt praedictum priuilegium procedat.*
3 *Spoliatus non tantum rem principalem, sed etiam fructus, vel interesse si inde ortum sit recuperat.*
4 *Qui causam damni dat damnum dedisse videtur.*

1 ADuerte primò, pro hoc §. quod spoliatus hoc habet priuilegium, vt non aestimetur contumax non
2 comparendo, sed sufficit si proposuerit exceptionem spolij, *Abb. in cap. fin. de ordine cognit. & Speculat. in tit. de reconuentione, §. 2. vers. quid si conuentio, & c. reintegranda 3. quaest. 1.*
3 Aduerte secundò, quod is, qui restituit spoliatum, non tantum sortem principalem cogitur restituere, sed etiam fructus, vel interesse, inde ortum, qui cau-
4 sam damni dat, damnum dedisse videtur, meritò cogitur reficere, *l. 1. C. de vi, & vi armata.*

In §. Vnde.

SVMMARIVM.

1 *Spolij priuilegium quam maximum demonstratur.*
2 *Excipienti de iniusto spolio beneficij, non obstat replicatio electionis non canonicè factae, sed eius cognitio restituto spolio reseruari debet.*

1 IN hoc §. quam maximè ostenditur priuilegium spolij, enim verò si quis conuentus, opponat se iniustè fuisse
2 spoliatum beneficio, licet pars replicet, non fuisse canonicè electum, & ideo non debere gaudere priuilegio restitutionis, hoc nõ obstante in primis restitui debet, & deinde cognitio fiet, an fuerit canonicè electus, nec ne vt dispositum notatur *hic ex cap. literis extra eodem.*

In §. Sed & si.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus duplicem habet viam ad spolij recuperationem.*
2 *Spoliatus non tantum de iniusto spolio excipere potest, sed etiam ad ipsum cõsequendum actionem habet.*
3 *Spolium pro positum pro viam actionis superat suam naturam; & etiam vim exceptionis habet.*
4 *Spolij restitutio etiam contra criminaliter agentem obstat.*

5 *Non debemus nudi contendere, nec cum inimicis nos inermes opponere.*

1 ADuerte, hic dati duplicem viam spoliati, vt restitutionem in primis impetret, & sic vel potest
2 excipere, dum est citatus, vel potest intentare actionem spolij. quando igitur
3 proponitur admodum actionis, superat
4 suam naturam, & habet etiam vim exceptionis, quæ etiam criminaliter agentem, excludit, notat *glos. hic ex cap. 1. eod. tit. in 6.* nam nec nudi contendere, nec iner-
5 mes inimicis nos opponere debemus.

In §. Fructus.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator iniustus fructus etiam perceptibiles restituere cogitur.*
2 *Spoliator condemnatur ad expensas litis, & damnum illatum post spolium.*
3 *Expensæ pro alendis amicis, seu militibus, vt ab iniusto spolio desisterent, à spoliante petuntur.*
4 *Fructus non solum naturales; sed & industriales perceptos, & perceptibiles spoliator reddit.*
5 *Fructuum perceptibilitas consideratur non ex industria spoliandi, sed ex industria spoliati.*
6 *Dictum in fructibus per spoliantem extenditur ad quamlibet malæ fidei possessionem, etiam sine violentia, & spolio.*
7 *Malæ fidei possessor, &c.* Expensas *necessarias, quas etiam dominus fecisset de æquitate canonica recuperat.*
8 *Nemini cum aliena iactura locupletari permittitur.*

1 DIximus supra, quod spolians, & rem, & interesse, & fructus perceptos, & perceptibiles restituere tenetur, patet ex *Doctoribus in cap. accedens extra vt lite non contestata,* tamen circa hos fructus.
2 Aduerte primò, quod spolians damnatur in primis ad omnes expensas in lite, & damnum illatum post spolium, vt notatur hic, imò tenetur etiam refice-
3 re expensas factas pro alendis amicis, vel militibus, vt in iustum spolium faciendo deuerterent, *l. 1. §. vim vi, l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi armata.*
4 Aduerte secundò, quod debet etiam restituere tam fructus naturales, quam industriales perceptos, & perceptibiles, *Abb. in cap. grauis extra eodem,* & fru-
5 ctus perceptibiles iudicari debent secundum industriam petentis, non autem secundum facultatem iniusti possessoris, vnde hic damnatur ad omnes fructus, quos ipse petitor ex sua industria percipere potuisset, notat idem *Abb. num. 14. ex Bart. & Guglielmo de Cuneo in l ex diuerto, & l. domum, C. de rei vendicatione.*
6 Extende etiam hoc ad alios malæ fidei possessores etiam sine violentia, vel spolio, vt hic, nam & isti fructus industria-
7 les restituere tenentur, & ad hoc summũ ex æquitate Canonica, expensas necessarias, & quas etiam Dominus fecisset, recuperare potest, ne locupletetur cum
8 aliena iactura, *Couar. in cap. possessor eod. tit. ex c. locupletari de reg. in 6.*

In §. Nec restitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Verba sine factis nihil valent.*
2 *Iudex licet condemnauerit spoliantem ad restitutionem, non propterea in lite procedere potest, nisi facta vera & reali restitutione.*
3 *Spolians licet pignora offerat non auditur sed spolium omninò reddere cogitur, vt procedi possis in lite.*
4 *Valor rerum ablatarum conscientiæ; & solo partis iuramento probatur.*

1 VErba sine factis nihil operari valent, ideo si Iudex fecerit sen-
2 tentiam restitutionis pro iniusto spolio, non potest tamen per hoc procedere in lite, donec fuerit facta vera, & realis restitutio spolij, licet spolians
3 pignora offerret, neque per hoc est audiendus, nisi spolium restituat, *cap. cum aliquibus de sententia excommunicationis, cap. Episcopi, §. primo, 3. quæst. pri-*
4 *ma,* & quod magis est, vt notat *glos. hic* valor rerum ablatarum ex spolio remitti debet conscientiæ, & iuramento spoliati, *cap. fin. de his, quæ vim metusue causa fiunt,*

In

In §. Quod si ciuiliter.

SVMMARIVM.

1 *Spolij exceptio est exceptio dilatoria.*
2 *Spolij exceptio opponi debet ante litis contestatione. vt intentatum iudicium impedire possit.*
3 *Spolij exceptio vt litem impediat per modum exceptionis est opponenda non per viam reconuentionis.*
4 *Spolij exceptio opposita per viam reconuentionis vnico & eodem iudicio, & sententia terminari potest.*
5 *Spolij oppositio post litem contestatam per viam actionis, non impedit iudicium, sed eo completo super spolio cognoscitur.*

1 Aduerte hic, quod exceptio spolij est in genere dilatoriarum, quæ
2 debet ante litis contestationem opponi, vt possit impedire iudicium, secus autem non impedit, & tunc opponens ante litis cõtestationem debet illud
3 opponere admodum exceptionis, secus autem si opponat admodum reconuen-
4 tionis, tunc enim vnica sententia terminari potest conuentio, & reconuentio, *cap. eum dilectus*, §. *nos autem de ordine cognitionum, l. scire debemus, ff. de verb.*
5 *signif.* vel opponitur post litem contestatam, & tunc si admodum exceptionis opponatur, procedit, quod diximus, si vero admodum actionis non auditur, quis nisi completo primo iudicio, *glos. hic ex Abb. in d. cap. dilectus.*

In §. Sed hæc quidem cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Spolium oppositum per viam exceptionis, & spolium oppositum per viam reconuentionis differunt inter se.*
2 *Iudex non potest ferre sententiam super re de qua non agitur coram se sed tantum per exceptionem proponitur.*
3 *Potestas iudicandi secundum libellum limitationem recipit, & restrictionem.*
4 *Spolium pati possumus, nõ solum à priuato, sed etiam à Iudice.*
5 *Iudici, qui non processit secundum ordinem Iuris, vel nulliter protulit sententiam obstat spolij exceptio.*
7 *Sententia à Iudice nulliter super possessione pro lata, si pars eum ilia possessionem accedere velit potest alia pars resistere.*
8 *Sententia lata parte non audita, si eum ea ingrediatur quis prædium alterius ius suum amittere debet.*
9 *Ingrediens alterius prædium de facto punitur.*
10 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*
11 *Spolij exceptio obstat contra principalem, licet ab eius procuratore sit commissum, vel omni ab alio factum ratum habuit principalis.*
12 *Spolij restitutio, licet non adsit mandatum, seu ratihabitio; intentatur tamen contra eum qui spolium penès se definet.*
13 *Spoli, vt contra detinentem obstet exceptio, requiritur, quod sciat bona fuisse iniustè occupata.*
14 *Spolij iniusti, si tempore intentatæ restitutionis; quis notitiam habeat, licet anteà ignorauerit tamen contra eum obstat exceptio.*
15 *Spoliati fauore extenditur scientia ad quodlibet tempus detentionis.*
16 *Quoad animæ periculum idem iniustè possidere, quam iniustè alienum ingredi.*

1 Aduerte primò, quod si quis proponat spolium admodum reconuentionis, tunc per sententiam condemnatur pars ad restitutionem, si autem proponatur per exceptionem, tunc absque alia sententia non proceditur in lite, nisi iniustè spoliato in integrum restituto, modo, quo supra diximus, patet hic ex
2 *cap. quanti de accusationibus*, non enim potest Iudex ferre sententiam in rem, de
3 qua non agitur coram se, sed tantum per exceptionem proponitur, potestas autem iudicandi secundum libellum præsentatum limitatur, vel ampliatur, *l. vt fundus, ff. communi diuidundo.*
4 Aduerte secundò, quod potest etiam quis pati spolium à Iudice, & ideo debet restitui in integrum, quod tunc est, quando Iudex non processit secundum ordinẽ
5 iuris vel erat incompetens, vel demum nulliter protulit sententiam, nam in omnibus his casibus valet exceprio spolij, & datur restitutio, vt notatur hic ex multis iuribus, & signanter ex *cap. conquerente*
6 *extra eodem*, qui enim sententia nulliter prolata vti vult, reijci debet, vnde si quis
7 ex sententia Iudicis nulliter prolata vellet

let ingredi prædium alterius, vt ibi pos-
sessionem caperet, potest possessor sic
nulliter condemnatus resistere, vt notat
Abb. in cap. cum causam extra eodem in
quarto notabili. imò si quis ex sententia
8 nulliter prolata ingrediatur prædium al-
terius, priuatur iure suo, vt notatur hic
ex *l. meminerit, C. vnde vi, ex Bart. & DD.*
9 *in l. iuste possidet. ff. de acquir. poss.* hic
esset puniendus, sicut punitur, qui ingre-
ditur prædium alterius de facto.
10 Aduerte tertiò, ex § *Is quoque*, quod
qui per alium facit, per se ipsum facere
videtur ex *regula qui facit*, per conse-
11 quens facto spolio per procuratorem, cō-
tra principalem intentatur restitutio, *cap.*
cum ad sedem extra eod. idem dic si quis
ratum habeat spolium suo nomine factū,
12 *Acurs. in l. 1. § sed & cum quis. ff. de vi,*
& vi armata, similiter contra eum, qui
non mandauit spolium, nec ratum ha-
buit, sed tamen rem spolij retinet pe-
nès se, nam contra ipsum intentatur etiā
restitutio, *cap. quod sedem, & cap. sape*
13 *extra eodem* requiritur tamen, quod di-
cta bona spolij susceperit scienter, scilicet
sciens fuisse bona iniustè occupata, *dicto*
14 *cap. quod sedem, & cap. sape*, sufficit
tamen, si tempore quo intentatur, resti-
tutio ille, qui detinet, habeat notitiam
in iusti spolij, licet antea id non nouerit,
vt notat *glos. hic verbo scienter in fine*,
& rationem dat, nam sumus in fauorabi-
15 libus pro spoliato, & sic debet extendi
scientia ipsius detentoris ad quodlibet tē-
pus, & huius dicti rationem dat *Lancel-*
lottus hic, dicens, cum quoad periculum
16 animæ, non multum intersit, vtrumquis
in iustè detineat, an alienum inuaserit,
dicto cap. sape, & cap. si quid inuenisti 14.
quæst. 5. l. falsus, §. qui alienum, ff. de
furtis.

In §. Illud quæsitum.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationis non obstante replicatione, excipiens de spolio est restituendus.*

2 *Renunciatio spolij non præsumitur quod sit spontaneè facta.*

3 *Renunciationi facta ex metu, si de inde libera subsequatur ratificatio, non conceditur restitutio; cum renunciatio libertatis habeat præsumptionem.*

4 *Pactum ante spolium quod spoliatus de spolio non aget nullius est momenti.*

5 *Pactum, per quod delinquendi datur occasio firmitatem non habet.*

6 *Renunciatio si coram superiore non legitimo fiat non valet, nec per talem renunciationem ius agentis deperit.*

7 *Ratificatio legitimi Iudicis, renunciationem coram illegitimo Iudice sanare non potest.*

8 *Iudex non potest in odium renunciantis operari.*

ADuerte primò, hic ex *cap. sollicitè*
extra eod. vbi etiam *Abb. & Io.*
1 *Andr.* quod si quis intentaret
restitutionem spolij, & contra ipsum op-
poneretur exceptio renunciationis, tali
exceptione non obstante excluditur à re-
2 stitutione, nam renunciatio non præsu-
mitur spontanea, *Abb. ibidem, & patet ex*
l. transactionem, C. de transactionibus,
3 *l non est verisimile ff quod metus causa*,
secus autem dicendum est, quando ille
qui ex metu fecit talem renunciationem,
deinde liberè ratificauit, tunc enim præ-
sumitur libera, vt notat *Abb. in dicto cap.*
sollicitè.
4 Aduerte secundò, id intelligi, quan-
do dicta renunciatio fit post spolium se-
cutum, non autem quando quis ante spo-
lium fecit pactum de nō agendo pro spo-
lio, hoc enim pactum non subsistit, ne
5 detur delinquendi occasio, contra *tex. in*
l. si vnus, §. illud, ff. de pactis, & eodem
modo nec valet dicta renunciatio si fuerit
6 facta coram superiore non legitimo, nam
per talem renunciationem, non deperit
ius renunciantis, *cap. quod in dubijs de*
renunciatione, neque legitimus superior
7 volens deinde potest, ratam habere dictā
renunciationem nulliter factam, quia
8 esset operari in odium renunciantis, vt
notat *Abb. loco cit.*

In §. Testes.

SVMMARIVM.

1 *Causa restitutionis spolij fauorabilis.*

2 *Spoliator licet clarus habeat probationes, testes iuramentum, &c. pro renunciatione liberè facta, attamen restituere debet, antequam vlterius procedatur, & posteà de renunciatione doceat; Nec releuatur quod renunciatio sit facta spolio sequuto.*

3 *Renunciatio sequuto spolio ius spoliatori non accrescit.*

Re-

4 *Renunciationis vera libertas si probetur, non datur restitutio.*

5 *Renuncians dum manet in possessione suæ rei, ipsam cedere; & donare videtur.*

6 *Spolij vt restitutio denegetur omnimoda est probanda renunciationis libertas, licet sit renunciatio spolio non sequuto.*

7 *Factum infectum fieri non potest.*

1 ADeo est fauorabilis causa renunciationis, vt licet quis habeat te-
2 stes, & claras probationes de renunciatione liberè facta, & de iuramento super ipsam præstito, tamen hoc non obstante prius debet fieri restitutio, quã vlterius procedatur, & postea fieri debet probatio renunciationis, sic notatur in præsenti, nec obstat talem renunciatio-
3 nem fuisse factam post spolium iam secutum, nam renunciatio secuto spolio nõ accrescit ius spoliatori, *Bart. in l. naturaliter, § nihil commune, ff. de acquir. poss. & Abb. loco cit.*
4 Aduerte tamen huius casus limitationem, quod scilicet si probetur vera libertas renunciationis, non potest dein-
5 de peti restitutio, nam qui manens in possessione suæ rei renunciat, videtur omninò cedere, & donare, *l. si quis vi, §. dif-*
6 *ferentia, ff. de acquir. poss.* si verò fuerit post spolium, nec reconualescit ex noua renunciatione, nisi omninò probetur de libertate, patet à simili ex *l. 2. ff. quod me-*
7 *tus causa*, aliàs spolium remanet in suo esse, & quod factum est, infectum fieri non potest.

In §. Sunt & alij, vsque ad §. plures.

SVMMARIVM.

1 *Generaliter tradita, vt ante omnia fiat spolij restitutio, limitationem recipiunt.*

2 *Spoliatus excipiens de spolio non est restituendus; si contra ipsum de alio spolio replicetur.*

3 *Spolij de causa, & proprietatis in eodem iudicio agere spoliato permittitur.*

4 *Volenti, & consentienti non fit iniuria.*

5 *Spoliatus, qui semel in spolij impetratione succubuit opponens imposterum non auditur.*

6 *Spoliante legitimè absente non ex contumacia causa Reip. v. g. vel legato à Pontifice, non conceditur spoliato restitutio.*

7 *Spolij non datur restitutio, si excipiatur de inhabilitate personæ respectu spolij.*

8 *Laicus petens restitutionem beneficij, vel constitutus in sacris restitutionem vxoris, vel clericus beneficium, cuius collatio Papæ reseruatur, non audiuntur.*

9 *Restitutio illi datur, cui & ante competere possessio poterat.*

10 *Iuris præsumptio contra spoliatum spoliantem excusat.*

11 *Excipienti de spolio collationis decimarum intra limites alienæ parochiæ non datur restitutio.*

12 *Pro decimis vnusquisque fines habet præfinitos.*

13 *Spoliatus vt audiatur, & de possessione docere debet; & de spolio.*

1 REgula generaliter tradita, quod spoliatus ante omnia restituendus est, limitatur in pluribus casibus, ideò
2 Aduerte primò, quod spolium non habet locum, quando contra ipsum de alio spolio opponitur, *cap. fin. de ordine cognitionum*. Secundò, si ipsemet spo-
3 liatus velit in eodem iudicio agere de
4 proprietate, & de spolio, *cap. 1. extra eodem.* tunc enim volenti, & consentien-
5 ti non fit iniuria. Tertiò, si spoliatus semel impetrans restitutionem succubuerit, nam tunc exceptionem imposterum opponere non potest, *l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss.* Quar-
6 tò, si spoliator contra quem intentatur restitutio sit absens causa reipublicæ, vel legatus à Pontifice, vel aliter legitimè impeditus, & non absit ex contumacia, *cap. consultationibus de offic. delegati.*
7 Quintò, si contra agentem pro spolio opponatur numquam fuisse ipsum in possessionem per inhabilitatem, puta si laicus
8 petat restitui in beneficio, vel constitutus in sacris petat sibi restitui Bertam in vxorem, vel Clericus petat restitutionem beneficij, cuius collatio est Papæ reser-
9 uata, vt videre est per *glos. hic*, Is enim restituitur, qui antea potuit possidere, quod non est in casibus positis, *cap. causam de præscriptionibus, cap. si eo tempore de elect. in 6. & Abb. in cap. ex parte*
10 *extra eod.* Sextò, quãdo iuris præsumptio excusat spoliatorem, vt hic in §. *quintò*,
11 puta si quis excipiat se fuisse spoliatum collatione decimarum, quam dicebat habere

bere intra limites alienæ Parochiæ, tunc non debet statim dari restitutio, nam præsumptio stat pro spoliatore, vnusquisque
12 enim pro decimis fines limitatos habet, *cap. demum de decimis, & cap. fin. eodem titulo in 6.*

13 Aduerte secundò, quod intentans restitutionem non auditur, nisi probet se possedisse, & fuisse spoliatum, *glos. in §; item verbo de electione ex cap. olim extra eodem & c. consultationibus de officio delegati.*

In §. Plures cum finali:

SVMMARIVM.

1 *Hæretico exceptio spolij non est cõcedenda.*
2 *Periculum interitus salutis æternæ facit restitutionem cessare.*
4 *Spoliato non est restituenda vxor, si consanguinea infra quartum gradum est.*
3 *Petitorio, & possessorio iudicio ex petiri potest spoliatus.*
5 *Spolij in odium suspenso petitorio potest agere spoliatus possessorio.*
6 *Petitorio pendente non potest agi possessorio, si iam sit conclusum in causa.*
7 *Iudici si rationabile, & æquum videatur, potest suspendi petitorium, & possessorium intentari non obstante quod sit conclusum in causa.*
8 *Spoliatoris ex fraude, si spoliatus quod non potuit agere possessorio, potest petitorium suspendi, & possessorium intentari etiam post conclusionem in causa.*
9 *Iudicium possessorium commodius, & vtilius est.*

1 Aduerte primò, præter casus supra positos delegari etiam spolium, ei, qui deprehensus est in hæresi, *cap. quo iure distinct. 8.* idem est si ex te-
2 situtione immineret animæ periculum, puta si quis peteret vxorem sibi restitui,
3 quæ tamen consanguinea est, & in similibus, vt per *DD. in l. naturaliter, §. nihil commune. ff de aequi poss. c. ad petitionem de accusat.*

4 Aduerte secundò, ex §. *fin.* quod spoliatus potest agere iudicio petitorio, & iudicio possessorio, ideo si causam intentauit petitorio nulla facta mentione
5 de possessorio, potest in odium spolij suspenso petitorio proprietatis rei intentare possessorium contra spolium eiusdem
6 nisi tamen fuerit iam cõclusum in causa tunc enim iudicio petitorio lis est finien-
7 da, dummodo etiam Iudici non appareat rationabiliter contrarium, vt notatur in *dicto §. fin in l. naturaliter*, & ex alijs iuribus, & ibidem notatur, quod potest Iudex etiam post conclusum in causa audire agentem pro possessorio suspenso pe-
8 titorio, quod maximè esset si Iudex cognosceret ex fraude Spoliatores non po-
9 tuisse actorem primo agere iudicio possessorio, quod commodius, & breuius est.

DE LITIS contestatione.

TITVLVS VNDECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli ad præcedentia.*
2 *De præparatorijs descendimus ad præparatum.*
3 *Litis contestatio fundamentum iudicij est.*
4 *Citatio, & litis contestatio non eodem modo sunt fundamentum iudicij.*
5 *Citatio est præambulum necessarium ad iudicium.*
6 *Litis contestatio est primus actus iudicij.*
7 *Litis contestatio quid?*
8 *In Regno nostro Neapol. quando dicatur facta litis contestatio.*
9 *Contestationem litis non operatur factũ propositum Iudici, non tamen animo contestandi litem.*
10 *Factum simpliciter proponens, nihil ab aduersario petere videtur.*
11 *Condemnatio non potest subsequi super eo pro quo non fuit actum.*
12 *Litis ad contestationem an aliud requiratur præter petitionem actoris, congruam Rei responsionem, & animum contestandi litem.*
13 *Iudice incompetente iudicium non habet robur.*
14 *Litis contestatio ad hoc vt facta dicatur, responsio Rei debet esse petitioni congrua.*
15 *Reus, qui contra propositam actionem, peremptoriam exceptionem opponit, litẽ non facit contestari.*
16 *Litis contestatio per procuratorem, tutorem, & similes potest fieri.*
17 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*

In



1 IN §. 1. *huius tituli* ait: *Lancellott.* quod cum visum sit de 2 præparatorijs ad iudicij, meritò ad præparatum erat descẽ- 3 dendum; verum, quia fundamentum iudicij est litis contestatio, meritò de ipsa erat videndum hic, ad cuius tit. & trium §.§. intelligentiam

4 Aduerte primò, quod litis contestatio dicitur fundamentum iudicij non eo modo, quo citatio est primum principiũ,
5 quasi substratum, & præambulum necessarium ad illud, at litis contestatio est
6 primus actus iudicij, *cap. ex parte de verbor signif. cap. relatum de officio delegati*,
7 potest autem sic definiri. Est coram Iudice petitio proposita, & responsio subsecuta animo contestandi litem facta, patet ex §. *ea verò infra eod.* at in Regno dici-
8 tur facta litis contestatio, quando per Iudicem terminus in causa est assignatus, ex *dicto §. ea verò* collige, quod si quis
9 proponat factum coram Iudice non animo contestandi litem, lis non erit contestata, *cap. vnico extra eodem*, & ratio est,
10 quia factum simpliciter proponens, nihil petens ab aduersario non videtur id facere ad principium iudicij, sed potius vt
11 Iudici notum faciat, vnde nec potest fieri condemnatio pro eo, pro quo non est actum, *c. cum dilectus de ordine cognit.*

12 Aduerte secundò, quod ad hoc vt fiat litis contestatio, non tantum requiritur actoris petitio, & congrua responsio Rei animo contestandi litem, vt diximus, sed
13 etiam competentia Iudicis, alias iudiciũ non firmatur, quia non dicitur lis contestata *Hostiensis in summa. §. quod si litis contestatio, de litis contestatione.* Dixi
14 quod responsio debet esse congrua, nam si sit impertinens, neque lis dicitur cõtestata, vt notat *glos. hic ex Hostiensi loco citat. §. 1.* vnde si actore proponente
15 actionem contra reum, iste respondere proponendo aliquam exceptionem elisoriam, vel peremptoriam, lis non diceretur contestata.

16 Aduerte tertiò, quod litis contestatio nõ tantum potest fieri per personã ipsius principalis, sed etiam per procuratorem, actorem, tutorem, & similes personas, vt patet hic ex *c. cum ad sedem de restit spol. l. pro urat. & l. neq; C. de procurat. l. licet, ff. de iudicijs* & huius rei ratio esse potest commune principium, nam sumus in fa-
17 ctis, in quibus, qui per alium facit, per se ipsũ facere videtur, ex *c. qui per alii in 6.*

In §. An Aduocati.

SVMMARIVM.

1 *Contestatur lis per responsionem proprij Aduocati.*
2 *Aduocatus non est dominus litis ad instar procuratoris.*
3 *Aduocati responsio præiudicium parti afferre potest, nisi statim per partem renocetur.*
4 *Aduocati respõsio ad hoc vt non præiudicet, debet subsequi renocatio antealium actum ad ipsam contestationem, alias approbata censetur.*
5 *Plus est facto laudare, quam verbis.*
6 *Aduocati dictum ad libitum est principalis reuocare.*
7 *Aduocatus cum non sit dominus litis, principali non præiudicat.*
8 *Responsio Aduocati, quæ ostendit aliquo modo culpam sui clientis, sic si partem debiti confiteretur, poterit annullari; & pars de errore Aduocati docere.*
9 *Pars quandocunque de errore Aduocati docere potest, non tamen sequuta sententia.*

1 ADuerte pro hoc §. quod etiam per responsionem proprij aduocati fit litis contestatio, licet hic non fit
2 Dominus litis, quia non habet mandatum, vt habet procurator, *cap. cum causã de appellationibus, Perus. l. 1. §. 1 ff. de postulando*, vnde aduocato dicente pro ali-
3 quo, fit litis contestatio, & potest etiam esse præiudicialis, nisi statim principalis responsionem ipsius aduocati reuocet,
4 *Abb. in cap. pastoralis de iudicijs*, debet autem fieri reuocatio antequã alius actus subsequatur ad ipsam cõtestationem iam factam, tunc enim videtur potius appro-
5 bata, plus enim est facto laudari, quam verbis, *c. dilecti de appell* potest antẽ prin-
6 cipalis pro suo libito responsionem aduo-
7 cati reprobare, nam aduocatus, cum non esset Dominus litis, non poterat in præiudicium ipsius principalis sic loqui, *d. l. 1 ff. de postulando.* si autem confessio aduocati
8 præiudicet meritis causæ, puta si aduocatus confiteretur partem debiti, quod prætendit pars aduersa, vel ex damni refectione, quam prætendit pars, ostenderet ipse aduocatus aliquo modo culpam sui Clientis aduenisse, tunc tali responsione
9 non obstante, ex eadem ratione posita potest principalis docere de errore aduocati, & responsionem annullare, quod po-

 terit

terit facere quandocumq; dummodo non sit prolata sententia, vt colligitur ex *l. vt. ditor, §. iussus, ff. de appellat.*

In §. Nec solum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex procedere potest ex officio, & maximè in actionibus bonæ fidei si actiones deficiant.*
2 *Iudex vt pater in lite procedit.*
3 *Litis contestatio an sit necessaria quando agitur officio Iudicis.*
4 *Iudicis officium duplex.*
5 *Iudice agente ex officio, seu motu proprio, non exigitur litis contestatio.*
6 *Iudicis officio implorato requiritur litis contestatio.*
8 *Iudicis officio implorato, iudicium est ordinarium.*

SOlet multoties. Iudex deficientib'
actionibus iudicare ex officio suo *c.*
1 *fin de offic. iudic del.* quod maximè
locũ habet in actionib. bonæ fidei; sẽper
enim Iudex, vt patet procedit, *l. pater tuus*
C qui bonis cedere possint, l. in causa ff de
3 *minorib.* ideò hic dubitatum est, an quã-
do agitur officio Iudicis sit necessaria litis
4 contestatio, ad cuius solutionem sciendũ
est, quod cũ duplex sit officiũ Iudicis aliud
ex se omninò, quando scilicet Iudex agit
de motu proprio, aliud quãdo agit ad pe-
titionem partis, sic quando imploratur
officium Iudicis ad executionẽ sententiæ,
quando quis petit alimenta à patre, quan-
do patitur restitutio in integrum, & in si-
milibus vt notat *glos. his verbo nec solũ.*
5 igitur primo casu procedens Iudex, pote-
rit id facere etiam lite non cõtestata, *Abb.*
in c fin de ord cognit. vel agit secũdò mo-
6 do, & sic ad instantiam partis, & tunc re-
quiritur cõtestatio, vt notatur in *d. §.* quia
tunc est verum iudicium ordinarium.

In §. Igitur cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestationis assignantur quamplures effectus.*
2 *Litis contestatio operatur consensu in Iudicem, nec est locus incompetentiæ.*
3 *Reus si semel liberè in aliquo loco cõparuit ab actore vocatus, ipse sequitur forum actoris.*
4 *Quod semel placuit amplius displicere non debet.*
5 *Lite contestata exceptiones dilatoriæ opponi ampliùs non possunt.*
6 *Litis contestatio perpetuat actionem personalem, vt præscribi non possit, nisi spatio triginta, vel quadraginta annorum.*
7 *Lite con'estata non potest procuratorium reuocari, & re'assiue.*
8 *Lite non contestata testes examinari non possunt.*
9 *Lite etiam non contestata, si periculum sit in mora, vt mors testium, vel diuturna absentia, &c. testes examinari possunt.*
10 *Casus in quibus testes ante litem contestatam examinari possunt remissiuè.*
11 *Lite non contestata non omnes testes recipiuntur quando periculum est in mora, &c. sed tantum illi in quibus viget ratio moræ, &c.*
12 *Testes taliter ante litem non contestatã examinati post litis contestationem publicari debent.*
13 *Iudex non potest procedere ad sententiam, ex depositionibus talium testium, nisi & litis sequatur contestatio.*
14 *Multa permittuntur ad veritatem elucescendã, quæ alias nõ permitterentur.*

1 PRoponuntur hic effectus litis con-
testationis, & quam plures assignan-
tur, ideò.
1 2 Aduerte primò, quod litis contestatio
operatur. Primò, consensum in Iudicẽ, ac
proinde excludit exceptionem incõpeten-
tiæ *c. inter monasteriũ de sententia, & re*
iudic. & Speculat. in tit. de recusat. Iudicis,
3 *§. sit autem.* Secundò debet reus sequi fo-
rum actoris, si semel ibi liberè comparue-
4 rit, nec debet amplius displicere. quod se-
5 mel placuit. Tertiò, exceptiones dilatoriæ
in posterũ intentari non possunt, vt supra
6 diximus & patet ex *l. Pomponius. §. rati,*
ff de procurat. Quartò, perpetuatur actio
personalis, vt scilicet possit reũ conuenire
pro tali causa, *l. si causa, § qui iniuriam, ff.*
si quis cautionib. l ordinata. ff de liberali
causa, vnde non potest deinde præscribi
actio, nisi per spatium 30. vel 40. annorũ,
vt in tit. C. de præscript. triginta, vel qua-
draginta. Quintò, non potest reuocari
7 procuratorium, *l. post litem, ff de procu-*
rat. sed de hoc dic modo quo supra dixi-
mus Sextò, interumpitur præscriptio, vt
fit etiam per arbitrium, *l naturaliter, ff.*
de vsu capionibus, & Bal. in l. sicut, C.
de præscriptionibus 30. vel 40. & alij
plures sunt effectus.
8 Aduerte secundò, ante litis contesta-
tionem non posse testes examinari, vt pa-
9 tet ex dictis, hoc autem limitari debet,
quando sumus in periculo mortis testiũ,
vel

vel diuturnæ absentiæ, vel si eutrat suspi-
eio sugæ tei, si citetur, tunc enim potest
id fieri etiam lite non contestata, vt paret
ex *cap.quoniam frequenter extra eod.* vbi
10 aliæ etiam ponuntur casus propter quos
id fieri possit, *Speculat. tamen in tit.de te-
stibus,§.tunc tractemus 36.* ponit easus in
11 quib' sic proeedi potest, quando auté te-
stes propter talẽ rationẽ recipiuntur, illi
tantũ tecipi debent pro quib' viget dicto
ratio, & sic illi tantùm de quotum mor-
te, vel alio periculo dubitatur, *Abb.in
dicto c.quoniam frequenter*, sumus enim
in odiosis pro reo, verum tamen est quod
quando testes sic fuetunt teeepti, non
possunt dici propriè examinati ante litem
12 contestatam, quia publicantur quando
lis est iam contestata, & non antea, vt
13 notat *glos.bic verbo contestata*, tum quia
ex ipsis Iudex non potest procedete ad
sententiam, nisi post litem eontestatam,
& hoc totum sauore veritatis, & ne ipsa
14 occultetur permissum est, *cap.quamquã
14.quæst.25. & d c.quoniam frequenter.*

In §. Debet tamen.

SVMMARIVM.

1 *Testes receptos ante litis contestationem pars retinere nõ potest, sed infra annũ litis contestationem procurare debet, vel parti denunciare.*
2 *Testes ante litem contestatam recipiuntur, & infra annum litis contestatio non fuit procurata à parte, possunt attestationes annullari, per exceptionem aduersarij, vel per sententiam Iudicis.*
3 *Depositiones taliter receptæ damnũ alterius partis nec fraudem operari debẽt.*
4 *Partis citatio requiritur, vt suas commodè possit adducere probationes, & defensiones.*

1 ADuette ptimò, supra dictum limi-
tari, vt non possit pars in perpe-
tuum sic manere cnm talibus de-
positionibus ita teceptis, sed debet infra
annnm, vel procutare litis contestationẽ,
vel dictas depositiones parti aduersæ de-
nunciare, vt notatut hie in *cap.quoniam
vt lite non contestata*, & si infra annum
2 id non fiat, attestationes annullari pos-
sunt per exceptionem pattis, & per sen-
tentiam Iudicis, *Bart in l.1.ff. de testib.
& patet ex l.vniuersa, C.de precibus Im-
perat. offerendis.*
3 Aduette secundò, hoe rationabiliter
introductum esse, ne scilicet depositiones
sic receptæ opetarentut damnum alterius
partis, & videtentur receptæ in eius frau-
4 dem, potest enim esse, quod si pars fuis-
set e itata perduxisset suas ptobationes,
vel attestationes contra, quod elapso
tali tempore facere nequit, vel quia for-
san testes petierint, vel si absint ad longã
distantiam, patet ex *l.in lege, ff. ad leg.
aquiliam, & l quidam, ff. de furtis*, peri-
tent etiam intetim aliæ exceptiones,
quas neque posset pars propopere post
tale tempus, *cap.ex tenore, & cap. præ-
sentium de testib.*

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quotiescumque sine libelli oblatione procedere potest, tunc etiam sine litis contestatione procedit.*
2 *Litis contestatio quando non agitur contra certam personam non exigitur.*
3 *Litis contestatio non est necessaria Iudex iudicium faciat voluntarium de voluntate partium, nec in inuitos iudicium fiat.*

DIximus supra varios esse casus, in
quibus agi potest lite non eon-
testata, vt videte est per *Specul.
1 loc.cit.* generaliter autem quotiescumque
Iudex procedere potest absque libelli ob-
latione, & quando iudicinm non ditigi-
2 tur contra certam aliquam personam,
Abb.in dicto cap. quoniam frequenter,
3 similiter quandoeumque Iudex facit ali-
quid de voluntate partium, secus veto,
quando iudicatur in inuitos, tunc enim
requiritur contestatio, vt diximus.

DE IVRAMENTO Calumniæ.

TITVLVS DVODECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ, scilicet de vitanda calumnia datur ad tollendas frandes, & calnmnias.*
2 *Iuramentum calumniæ ad quid sit institutum.*
3 *Iuramentũ calumniæ qnæ cõprebendat.*
4 *Iuramentũ calumniæ dare negans actor; babet contra se mali præsumptionem.*
5 *Iuramentum calumniæ dare negans Reus, babetur pro confesso.*
6 *Sententia declaratoria Iudicis sufficit contra nolentem iurare de calumnia.*

7 *Iuramentum calumniæ datum super veritate causæ, sufficit si in eo iurans dicat, puto me habere iustam causam.*
8 *Iurans simpliciter de veritate debet dicere, scio rem ita se habere, nec sufficit si dicat credo hoc verum esse.*
9 *Reconueniens debet iurare se iuste agere, & debitè excipere, est enim actor, & Reus.*
10 *Iuramenti calumniæ forma, & alia ad materiam remissiuè.*



ERAT videndum post litis contestationem de consequentibus ad ipsam, verum quia solent partes in probationibus adducendis committere fraudem; ideo datur
1 hic remedium ad tollendam omnem suspicionem fraudis, vt scilicet partes iurent de vitanda calumnia, vt explicat *glos. hic verbo constantia*, meritò ponitur præsens titulus, ad cuius *tit. & §.1. intelligentiam*.
2 Aduerte primò, quod iuramentum calumniæ institutum est, vt vnitate præuia iudicia ordinētur, vt notatur hic, ideo hoc iuramentum comprehendit quinque,
3 & ex *l. ex auth principalis, C. eod. glos autem hic ponit versus.*

Illud iuretur, quod lis tibi iusta videtur,
Et si quæretur verum non inficietur,
Nil promittetur, ne falsa probatio detur.

4 Aduerte secundò, quod contra negantem dare tale iuramētum oritur præ-
5 sumptio, & sic si actor neget cadit a iure, si reus dare nolit habetur pro confesso,
6 vnde sola sententia Iudicis declaratoria requiritur adhæc, *cap. fin extra eodem.*
7 quando autem præstatur hoc iuramentū calumniæ, circa veritatem causæ, sufficit si iurans dicat, puto me bonam causam
8 habere, at quando iurat quis simpliciter de veritate, non sufficit dicere credo hoc verum esse, sed scio rem ita se habere, *Speculat. in tit. de iuramento calumniæ. §. est autem, & cap portamur 3. quæst.1. in.*
9 causis autem recōuentionis, quando quis est actor & reus, tenetur iurare, se instè agere, & debitè excipere, & sic pro, & contra præstare debet tale iuramentum,
10 *Speculat in hoc tit. §. nunc dicemus*, apud quem vide formam huius iuramenti, & alia pro his.

In §. Hac tamen cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non iurant sine licentia Episcopi.*
2 *Episcopus non iurat sine dispensatione Apostolica.*
3 *Prælati inferiores, qui subduntur Episcopo de illius licentia iurant, qui verò præsunt cum dispensatione Apostolica.*
4 *Iuramentum diuersimodè datur ratione diuersitatis personarum.*
5 *Clerici iurant tacto pectore.*
6 *Episcopi iurant proposito Euangelio.*
7 *Iurans alius debet tangere scripturas manu, nec sufficit alio membro id facere.*

1 ADuerte primò, quod Clerici non possunt iurare sine licentia Epis-
2 copi, & hic sine dispensatione Apostolica. idem dic de alijs Prælatis in
3 inferioribus, qui enim Episcopo subduntur, ab ipso petunt licentiam, qui verò præsunt, à Papa, vt notatur hic ex *cap. 1. extra eod.*
4 Aduerte secundò, quod ratione diuersarum personarum diuersus est mo-
5 dus iurandi, Clerici Iurant tacto pectore
6 Episcopi iurant propositis scripturis, seu Euangelio, vt notat *Abb. in c. & si Christus de iure iurando.*
7 Ex *glos. hic habes*, quod quando alij iurant debent tangere scripturas manu nec sufficit brachio, vel alio membro id facere, *Abb. in cap. cum in causa extra eodem.*

In §. In causis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non exigebatur olim in causis spiritualibus, & quare, secus hodie, & quare.*

1 OLim in causis spiritualibus non iurabatur, vt in causa decimarum beneficij, & similibus, ex ratione, quia in spiritualibus præsumitur semper Dei

Dei memoriam adesse & in ipsis non seruatur rigor, & propter alias rationes, vt in *cap.2.extra eodem*. verum quia istæ rationes erant friuolæ contra malitiam litigantium ideo sancitum est in *c. 1 §.fin. eod.tit.in 6.* quod etiam in spiritualibus admittatur, & detur.

In §. In hac tamen cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores maximè agunt in litibus; & ab ipsis pendet veritas, & calumnia.*
2 *Procuratores etiam iuramentum calumnia dare tenentur.*
3 *Procuratores iurant in animam Domini, licet habuerint speciale mandatum ad iurandum, secus in iuramento calumnia.*
4 *Procurator tenetur iurare non tantum in animam Domini, sed etiam in animam suam in iuramento calumnia.*
5 *Procurator non debet iniustas causas suscipere.*
6 *Procurator quis esse non potest in Regno Neap. nisi examinetur, & iuramentum calumnia praestet coram Regentibus Cancell.*

1 Procuratores sunt, qui maximè agunt litibus, & à quibus pendet veritas, & calumnia, ideo non tantum partibus ipsis hoc iuramentum præstandum præcipitur quandocumque Iudici id congruum videbitur, *cap. cum causa extra eod.& cap.2.§.1.eod. tit. in 6.*
2 sed etiam procuratores ad id tenentur, vt patet ex dictis iuribus, & licet pro alijs
3 rebus iurent in animam Domini, qui etiam ad iurandum mandatum dederit,
4 tamen in hac re, & in animam Domini & in animam suam iurare tenentur, non debent enim ipsi iniustas causas suscipe-
5 re, *l.rem non nouam, C de iudicijs Rota Romana decis.17. apud Perus.in d. cap.2. eod.tit in 6.*
6 Nota tamen, quod hic in Regno nostro per *nouellam de procuratoribus examinandis, & de iuramento praestando* sancitum est, quod nullus ad procuratorium admittatur, nisi post examen & iuramentum calumniæ præstitum coram Regentibus Cancellariam.

In §. Præterea cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumnia si non fuerit petitum in prima instantia, post poterit in secunda.*
2 *Calumnia & falsitas in quocumque actu iudicij occurrere potest.*
3 *Iuramentum calumnia licet sit datum, in prima instantia, poterit repeti in secunda.*
4 *Iudicium appellationis, est diuersum à prima instantia.*
5 *Iuramentum calumnia omissum, non vitiat processum.*
6 *Iuramentum calumnia non est necessarium, & essentiale requisitum processus.*
7 *Iuramenti calumnia petita remissio à Iudice non est concedenda.*
8 *Iuramenti calumnia petita remissio, inducit fraudis suspicionem.*
9 *Consuetudo, qua tollit iuramentum calumnia non subsistit.*
10 *Iuramentum testium etiam expressè remitti potest.*

1 Diximus supra quod exceptiones, quæ non fuerunt propositæ in prima instantia, nec in secunda admitterentur propositæ à partibus, hic autem limitatur dictum, & sic licet partes nō petierint adinuicem hoc iuramentum in prima instantia, poterunt tamen illud petere in secunda, & sic in causa appellationis, vt notatur hic ex multis iu-
2 ribus, ratio autem esse potest, quia de calumnia, & falsitate in quolibet actu iudicij dubium currit.
3 Nota etiam quod si in prima instantia fuerit datum, in secunda etiam reperi
4 poterit, nam verè est diuersum iudicium appellationis à iudicio primæ instantiæ, vt notatur hic ex *Perus. in cap.1. extra eod. & Leos*; C. *de appellat. annuit Lancell.* hic dum ait: vsus de calumnia vitanda, & veritate dicenda iurare partes sint compellendæ, &c.
5 Pro *§. finali*, aduerte quod iuramentum calumniæ omissum non vitiat pro-
6 cessum, quia non est essentiale requisitū ipsius, vt habetur hic ex *Abb.in cap. cætera extra eod.& l.2.C.eodem*, secus autē
7 est dicendum, si quis expresè peteret remissionem talis iuramenti à Iudice, tunc enim remissio non potest fieri, & facta nihil operatur, sed potius inducit su-

8 suspicionem fraudis, *l.2.§.sed quia, C. eodem* imò nec cõsuetudo ad ipsum tollen-
9 dum valeret, *cap. intra de testibus*, iuramentum autem testium etiam expressè
10 remitti potest, *l.licet cit. tit.*

VT LITE PENDENTE nihil innouetur.

TITVLVS DECIMVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento præstito lis est incepta, & dicitur pendens.*
2 *Lite pendente nihil innouari potest.*
3 *Lis vt dicatur pendens, quæ requirantur.*
4 *Procurator tenetur dare cautionem ratihabitionis principalis, si dubitetur de veritate mandati.*
5 *Reus dat cautionem de iudicio sisti, ad tollendam fugæ suspicionem.*
6 *Reus possidens stabilia in loco iudicij nõ tenetur dare cautionem de iudicio sisti, & quare.*
7 *Actor possidens stabilia in loco iudicij, an cauet cautionem pro expensis.*
8 *Alienare stabilia non licet pro expensis litis; quæ paucæ solent esse ideò pro expensis aliter satisdat actor.*
9 *Lite pendente nihil innouari, quomodo, & de quibus intelligitur.*
10 *Particulam nihil quomodo stet in hoc §. lite pendente non opponuntur exceptiones dilatoriæ, quæ ante litis ingressum erant proponendæ.*



1 RAESTITO iuramento per partes,
2 iam lis est quam maximè incepta, & dicitur pendens, & interim nihil innouari potest, meritò ponitur præsens titulus, ad cuius intelligentiam.

3 Aduerte primò, quod vt lis dicatur pendens omnia prædicta sunt remittenda, & ideo partes præter iuramentum dictum debent etiam dare ad inuicem congruas satisdationes, & sic actor dat cautionem pro expensis pro succumbentia, *auth. generaliter, C. de Episc. & Cler.*
4 si autem actor agat per personam procuratoris, tunc si sit dubium de mandato, an sit verum nec ne, potest peti ab ipso satisdatio, ratihabitionis principalis, *l põponius, § ratihabitionis, ff. de procurato-*
5 *ribus l. non solum. §. alienum cit tit.* reus enim satis dat de iudicio sisti, & sit hoc
6 ad tollendam suspicionem fugæ, quod limitatur in eo, qui possidet stabilia in loco iudicij, nam si persona aufugiet, tuti erimus in bonis, & sic non tenemur dare hanc satisdationem, *auth. offeratur, C de litis contestat.* & sic seruatur in praxi in Regno nostro.
7 Quæres, an possit etiam actor, qui habet stabilia in loco Iudicij diuertere hanc satisdationem pro expensis.

Respondetur negatiuè ex *Abb. in cap. quoniam frequenter, § in alijs vt lite non contestata*, & rationem disparitatis hanc
8 adducerem, nam pro expensis, quæ vt plurimum paucæ sunt non licet stabila alienare, neque pro ipsis permittit ius alienari stabilia, ac proinde bene actor alio modo satisdabit pro expensis in casu succumbentiæ:
9 Aduerte secundò, quod cum dicimus lite pendente nihil innouetur id intelligitur de annexis, & connexis ad litem, secus de actibus extra iudicialibus, & sic ly, nihil, stat hic secundum subiectam materiam, de qua loquimur, scilicet de spectãtibus ad iudicium, vt notat *glos. hic ex Fehn. in cap. ceterum, nu. 15. de rescript.*
10 & sic non possunt opponi exceptiones dilatoriæ, quæ ante ingressum proponendæ sunt, vt patet ex *Clement. 2. de appell. & ex Abb. in cap. bone cit. tit.*

In §. Lis autem.

SVMMARIVM.

1 *Lis quando dicatur pendens.*
2 *Citatio debet exprimere omnia necessaria; ita vt nulla exceptione submoueri possit.*
3 *Citatio ad hoc vt lis dicatur pendens, differt à citatione ad perpetuandam iurisdictionem, & quæ sit differentia.*
4 *Citatio litis pendentiam non inducit, nisi sit verè facta, vel habeatur pro facta ex contumacia.*

SEd quando diceretur lis pendens rationabiliter quæri poterat ideo.
1 Aduerte, quod lis dicitur pendens aliquando, etiam si adhuc non sic contestata, dummodo citatio de mandato Iudicis

dicis parti aduersæ fuerit facta, vt notatur hic ex *Clement. 2. eod. tit.* ex qua etiam
2 habes, quod citatio debet exprimere omnia necessaria, vt non possit reus vltra ipsam exceptionem proponere iux a ea, quæ supra notauimus de in ius vocã-
3 do. hic tamen aduertendum est esse differentiam inter citationem ad hoc, vt lis dicatur pendens, & ad perpetuandã iurisdictionem, nam ad hoc sufficit quod sola citatio processerit de authoritate Iudicis, quamuis non fuerit intimata, vel quod dolosè per partem citandam, citatio non habuerit effectum, *cap gratum, & cap. fin. de offic. deleg.* tamen ad litis penden-
4 tiam debet citatio verè esse facta, vel haberi pro facta ex contumacia, patet ex *glos. hic in 1. notabili.*

In §. Plane.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio valet etiam lite pendente, si de fructuum dilapidatione sit suspicio.*

1 IN hoc §. habes limitationem huius tituli, & sic si sit suspicio dilapidationis bonorum, in isto casu etiam lite pendente potest fieri ipsorum bonorum sequestratio, vt notatur hic ex *cap. fin. de sequestr. poss. & fructuum.*

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Multa de iure prohibita, tenent de facto.*
2 *Lite pendente pro causa matrimonij, si coniux matrimonium secũdum contraxit cum omnibus requisitis, valet, & tenet, si deinde primum matrimonium nullum fuit declaratum.*
3 *Lite pendente pro causa matrimonij, secundum contrahens licet validum, tamen venit puniendus, & maxima est pœna abstinentia à commercio carnali pro tali certo tempore.*

1 MVlta prohibentur de iure, quæ tamen de facto tenent. ideo habes hic secundum casum, in quo etiam lite pendente potest actus va-
2 lidè fieri licet illicitè, enim verò si fuit mota lis, pro causa matrimonij, si coniux secundum matrimonium contraxerit, declarato inualido primo, matrimonio post secundum, valet, neque litis pendentia irritari potest (dummodo alias habeat necessarias conditiones) *cap. cum in apostolica de sponsalibus*, qui tamen
3 sic contraxit lite pendente, condigna pœna coercendus erit, & maxima erit abstinentia à comercio carnali pro certo tali tempore, *glos. hic ex dicto cap. cum in apostolica.*

DE PROBATIONIBVS.

TITVLVS DECIMVS QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Causæ cognitio ex probationibus partium habenda est.*
2 *Probatio quid.*
3 *Probatio debet fieri medijs legitimis, & iustis.*
4 *Probationis ethimologia.*
5 *Probatio illegitima, nec nomen meretur probationis.*
6 *Probatio habetur confessione partium.*
7 *Confessio non est stricta probatio, sed potius releuatio à confessione.*
8 *Confessio vt habeat vim probationis, debet coram Iudice fieri.*
9 *Confessio quatenus probatio dici possit.*
10 *Iudex sicut ferre potest sententiam factis probationibus, ita etiam ex sola partis confessione.*
11 *Probatio fit per depositionem partis, quæ in iudicio interrogata secundum interrogationem affirmat.*
12 *Probatio fit per depositionem testium.*
13 *Probatio fit instrumenti editione.*
14 *Probatio per iuramentum fit.*
15 *Probatio fit per accessum Iudicis super faciem loci.*
16 *Probatio oritur ex vehementi suspicione, vel fama publica.*

HIS

1 IS peractis causæ cognitio habenda est ex probationib' adductis à partibus, merito de his erat hic agendum, ad cuius tituli, & duorum §. §. intelligentiam.

2 Aduerte primò, quod probatio est idoneis argumentis, & legitimis medijs
2 facta veritatis demõstratio. verba huius definitionis considerari debent signanter id, quod intelligitur (legitimis medijs;)
3 iustis, & legitimis fieri debet probatio, *cap. in præsentia extra eod.* & notat *Abb. in principio rubricæ hoc eod. titulo.* & hoc
4 ipsum significat ead. vox probatio, quasi (proba actio) seu legitimè, & probè fa-
5 cta, vnde probatio illegitima nec nomen probationis habere debet.

6 Aduerte secundò, ex §. *contingit*, quod probatio pluribus modis fieri potest Primò, confessione partium, quæ verè strictè non dicitur probatio, sed potius re-
7 leuatio à probando, *Io. Andr. in cap. bonæ*
8 *de electione, & Paul. de Castro consil. 173.* debet tamen hæc confessio fieri coram
9 Iudice, vt notat *glos. hic*, potest tamen confessio dici probatio, quatenus sicut po-
10 test Iudex factis probationibus sententiã ferre, ita etiam ex sola confessione partis id facere poterit *c. nos in quẽquã 2. q. 1. l. 1. ff. de confessis*, & notat *Abb. in hac ea-*
11 *dem rubrica*. Secundò, fit per depositionem, quæ scilicet in iudicio interrogata secundum ipsas interrogationes af-
12 firmat, *l. 1. ff. de interrogatorijs actionib.* Tertiò per depositionem testium. Quar-
13 tò, exhibitione instrumentorũ. Quintò, per iuramentum. Sextò, inspectione Iu-
14 dicis, seu per accessum in faciem loci vt
15 dici solet. Septimò, notorietate rei.
16 Octauò, ex vehemẽti suspicione. Nonò,
17 ex fama publica, & alijs vijs, de quibus distinctè infra in §§.

In §. Partium.

SVMMARIVM.

1 *Positiones breues sunt inducta ad quid, & quid sint, & quid ex eis habeatur.*
2 *Sententia valet lata secundum responsionem positioni factam.*
3 *Accusatio nulla maior, quam confessio oris proprij.*
4 *Positio, & articulus differunt inter se.*
5 *Positionibus respondens debet clarè respondere, alias contra ipsum fit interpretatio.*
6 *Probationes non obstantibus positionibus est vtile adducere, & fieri debent, & de vtilitate.*

HIc de prima specie probationis, quæ est confessio partis ad peti-
1 tiones præpositas: enim verò ad dirimendas lites inductæ sunt breues positiones, per quas partes suum ius dicant, & à collitigato responsionẽ petat, tunc enim facta responsione positioni consona habetur confessio rei, pro qua fuit facta
2 petitio; & secundum illam etiam potest Iudex iudicare, *cap. 2. de confessis in sexto,*
3 *Clement. sæpe de verb. signif.* nulla enim est maior accusatio, quam proprij oris confessio.

4 Et *glos. hic habes duo*, primum est, maximam esse differentiam inter positiones, & articulos, vt videre est. Secundum est, quod respondens positionibus debet cla-
5 re respondere, si enim obscurè responde at, contra ipsum potest fieri interpretatio, notat hic ex *Abb. in cap. cum causa extra de iuramento calumniæ*, nota-
6 tamen, quod non sunt inutiles probationes ipsæ, sed fieri debent, vt notat *glos. in cap. sæpe de verb. signif.* verbo confessiones, nam licet quis neget petitionem, quam quis facit, potest tamen in positionibus vnum negare, aliud concedere, vel pauca, negare, alia admittere, vt si quis peteret à Titio centum, quos sibi debet ex mutuo, si Titius neget talẽ petitionem, factis deinde positionibus à parte, (quod scilicet muniauit tali die, dum simul essent in tali loco, coram talibus, ex tali pecunia, &c. tunc enim potest esse, quod Titius acceptet receptionem pecuniæ, locum, &c. licet neget ex mutuo, & tunc ex tali confessione certum est, quod saltem in aliquibus releuatur actor, vt notat *glos. ibidem*, & hæc est via breuis pro iudicijs, *cap. 1. de lite contestatione.*

In §. Si quis igitur, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Iurare negans de calumnia habetur pro conuicto.*

Posi-

2 *Positionibus respondere negans habetur pro confesso, non ipso iure, sed per decretum Iudicis.*
3 *Pœnæ licet ipso iure imponantur, tamen requiritur sententia declaratoria Iudicis.*
4 *Positionibus respondere negans ad hoc vt pro confesso habeatur, debet esse iussus respondere à Iudice, secus si ad petitionem partis id neget.*
5 *Absens non habetur pro confesso si dum fuit citatus per Epistolam noluit respondere.*
6 *Absens citatus, si dicat nolle positionibus respondere, vel comparere, habetur pro confesso.*
7 *Absens si sit citatus, & Iudex dixerit, in citatione, quod scilicet si non compareat pro confesso habeatur, habetur pro confesso si non compareat.*
8 *Contumacia sola confessionem non operatur, sed contra contumacem proceditur secundum pœnas contumaciæ.*

1 Aduerte primò, pro his §§ sin i'e supra dictis de in litem iurando propter calumniam quod scilicet sicut negans iurare, habetur pro confitēto, sic in præsenti, negans respondere
2 positionibus sibi factis à suo collitigato, habetur pro confesso non tamen ipso iure, sed debet intercedere decretum Iudicis, *cap. cum secundum de bar. sit in 6. c. si felici de pœnis eodem libro.* per quæ iura generalis traditur regula, quod quantum-
3 que pœna imponatur ipso iure, requiritur tamē semper sententia declaratoria, *Abb. in cap cum causam de iuramento calumniæ & legista communiter in l. 2 §. quod si actor, C eit titulo.*
4 Aduerte secundò, quod ad hoc vt dictū habeat locū, debet quis esse iussus respōdere à Iudice, si enim pars parti priuatim positiones offerat, negans respondere, nō habetur pro confesso, *gloss. bic verbo à Iudice ex cap. 1. de confessis in 6.*

Aduerte tertiò nec posse absentem haberi pro confesso, si citatus per epistolā
5 respondere noluerit, *cap. fin. de confessis in 6.* quod limitat *Perusinus in d cap fin.*
6 in duobus casibus, scilicet si citatus respondeat, dicens se nolle positionibus respondere, vel nolle comparere, tunc
7 enim habetur pro confesso. idem est, quando Iudex in citatione id comminatus est, quod si non compareat, habeatur pro confesso, tunc enim verè citatus si non compareat, pro tali habetur, vt notat *gloss. loco cit.* sola autem contuma-
8 cia non habet hoc operari, sed proceditur cum ipso secundum pœnas contumaciæ, *cap pro vt de dolo, & contumacia.*

In §. Redditis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio, vt releuet actorem ab onere probandi debet esse facta in iudicio, etiam si lis non sit contestata.*
2 *Confessus in criminalibus potest suam confessionem declarare, nec pro condemnato habetur.*
3 *Confessio vt vera sit, & iuridica quæ requirantur.*

Aduerte primò, pro hoc §. quo 1 ad hoc, vt confessio releuet actorem
1 à probando, debet esse facta in iudicio, vt diximus etiam lite non contestata, *Bart in l. 1. ff de confessis.* imò confessio videtur habere vim sententiæ, vt notat *Abb in cap. quærentis de officio delegati*, quod limitatur in vniuersalibus,
2 in quibus etiam confessus potest suam confessionem declarare, & non habetur pro condemnato, *Abb. in cap at si Clerici de iudicijs.*

Aduerte secundò, quod ad hoc vt cōfessio sit vera, & iuridica plura requiruntur per *glos. hic*, scilicet legitimatio per-
3 sonæ, spontanea voluntas, quod non sit facta per errorem, quod non sit pro confitente, quod fiat coram Iudice competente, præsente aduersario, & demum quod sit certa, non æquiuoca, quæ omnia ponit, *glos. hic*, & probat ex varijs iuribus, vt videre est verbo *legitimam confessionem.*

In §. Plane.

SVMMARIVM.

1 *Confessus potest confessionem factam per errorem emendare.*
2 *Confessio facta ex errore iuris non reuocatur.*
3 *Confessio facta ex errore facti alieni potest emendari, maximè si ex persuasione alterius fuerit deceptus.*
4 *Confessio facta ex errore facti proprij, non potest corrigi, sed ante finitum negotium de errore probari potest, & de materia remissiuè.*

Aduerte primò, hic quod quando confessio facta est per errorem,
1 potest confessus suam confessionẽ emendare, *cap. quamuis dist.* 38. habita
2 tamen distinctione, quod scilicet vel est error iuris, vel facti, si sit error iuris, non potest reuocari. *l.1. & l.error. ff. de iuris, & facti ignorãtia*. vel est error facti alie-
3 ni, & hic est error iustus merito, potest emendari confessio, vel est error in facto alieno ex persuasione alterius, & hic est error iustissimus, & facillimè dat aditum ad reuocationem confessionis, si autem
4 sit error in facto proprio, hic est error iniustus, & non sic de facili releuat potest tamen probari error ante finitum negotium, *l.error. C. de iuris, & facti ignorantia*, sed pro hac materia videãtur sest, *Abb. in cap. ex parte de confessis, num.* 20. vbi diffusè exagitat hanc materiam confessionis per errorem.

In §. Non tamen.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura non debent peti de domo rei ad fundandam intentionem actoris, sed ipse actor de sua domo illas adducere debet.*

2 *Arma non sunt sumenda de domo Rei ad nostram intentionem probandam.*

3 *Scriptura communes possunt peti de domo Rei, si Reus illa detineat.*

4 *Scripturas edere cogitur Reus à fisco, vel Republica, vel si sit Reus mercator publicus, vel Bancherius.*

5 *Libri publicorum mercatorum sunt publici, & plenè probant contra ipsos.*

Hic de alio modo probationis, qui est per productionem instrumentorum, pro quo modo.
1 Aduerte primò, quod debet actor si velit scripturas afferre ad fundandam suã intentionem adducere ex se, vnde nõ potest de domo rei ipsas petere, quia vt no-
2 tat *glos hic* nõ licet de domo rei desumere arma ad nostram intentionem probãdam, nisi essent scripturæ communes, quas
3 tamẽ reus detineret, tunc enim compelli potest ad ipsas præsentandas, *l. nimis, C. de test. l.1. C. edendo, c. 1. extra eod* idem dic fauore Reipublicæ, vel fisci, quia pro his
4 tenetur reus proprias edere scripturas, vel si agatur contra publicos mercatores, vel cum bancharijs, horum enim libri publici
5 sunt, & plenè probant contra ipsos, vt per *DD. in dicta l.1.*

In §. Debet autem cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Testium depositiones antequam recipiantur, debet citari aduersarius ad videnda iuramenta testium.*

2 *Testes, si deponant parte non citata, potest pars illos repellere, nunquam receptos contra formam iuris.*

3 *Testium depositio recepta parte non citata valet, si pars iuri suo cedat.*

4 *Testes recepti parte legitimè impedita, ad videndum iuramenta, valet illorum depositiones, si pars non contradicat, alias probato de legitimitate impedimenti potest de nullitate dicere.*

5 *Citatus ad videnda iuramenta testium, non poterit depositiones ipsorum videre, nisi post publicationem, & propriè in termino ad percunctandum acta.*

6 *Testium quicumque semper iurare tenetur in depositione, licet sit religiosus, Pralatus, vel etiam Cardinalis.*

7 *Depositio Pralati, vel Cardinalis iurata, licet vnica facit præsumptionem.*

8 *Iuramentum non exigitur, si testator iusserit haredi, quod stet simplici dicto alicuius.*

9 *Testes possunt sine iuramento deponere, si partes ad inuicem eorum iuramenta sibi remiserint, & de ratione, num. 11.*

10 *Testium iuramenta non possunt partes sibi inuicem remittere, quando lis vergit etiam ad commodum publicum.*

11 *Iuramentum tria requirit in depositione testium.*

12 *Testis esse prohibetur Seruus.*

13 *Serui non habent ea, qua sunt iuris ciuilis.*

14 *Famina repelluntur à testificando ratione inconstantia.*

15 *Pauperes non possunt esse testes.*

16 *Pauperes sunt suspecti de corruptela.*

17 *Testes inhabiles quando admittuntur, debent diligenter examinari.*

18 *Testificari nemo potest se ipsum excludere.*

19 *Iuramentum de non testificando non tenet.*

20 *Iuramentum de non testificando est contra bonos mores, quia veritatem occultat.*

21 *Veritatem celans punitur falsi.*

22 *Testis potest cogi ad deponendum, maxime*

xime in causis spectantibus ad bonum publicum; etiam in foro fori.

23 *Testis etiam in causa ciuili cogitur deponere de Iure Canonico, sub pœna excommunicationis.*

Dicebimus hic de alia probatione, quæ fit per testes, circa quos.

1 Aduerte primò, quod antequã depositiones testium recipiantur, debet aduersarius citari ad videnda iuramenta testium, *cap. 2. de testibus*, ex quo habes, quod si testes deponant parte non citata,
2 potest hæc ipsos repellere opponendo de nullitate depositionis factæ contra formã iuris. verum tamen est, quod potest ipsa
3 pars citata cedere iuri suo, & non interesse tali iuramento, quod si fuerit legitimè impedita, & ideò non ad fuit ad vi-
4 denda iuramenta testium, valent depositiones, si ipsa non contradicat, alias poterit probare de legitimitate impedimẽti, & opponere de nullitate depositionũ, *Abb. in cap. 2. de testib.*

5 Aduerte secundò, quod non quia citatur pars ad videnda iuramenta testium, poterit ex hoc audire etiam depositiones ipsarum, licet possit ipsas reuidere post publicatum, in causa, *cap. 1. de testibus*, & propriè id faciet, cum datur terminus ad percunctandum acta.

6 Aduerte tertiò, quod à tali iuramento præstando, nullum genus personarum eximitur, & sic etiam religiosi, quando in testes admittuntur iurare tenentur, *cap. nuper de testib. imò, glos.* extendit hoc etiam ad prælatos, & sic licet quis sit Episcopus, vel Cardinalis adhuc iurare tenetur, si deponat, *Abb. in cap. cum olim de priuileg. nu. 5.* verum tamen est, quod
7 dictum talium personarum iuratum facit præsumptionem etiam si vnicum sit, vt infra in *lib 4. de accusat.*

8 Aduerte quartò, quod hæc præstatio iuramenti limitatur. Primò, si testator v. g. iusserit hæredes stare simplici dicto alicuius, tunc enim ipsi credendum est, etiam non præstito iuramento, vt notat *glos. hic ex Bart.* Secundò, limitatur de
9 voluntate partiũ, possunt enim litigantes adinuicem remittere iuramenta testium, dummodo tamen lis non vergat etiam
10 ad commodum publicum, tunc enim licet partes remitterent, tamen talis remissio nihil operatur, *cap. tuis de testibus*, ratio autẽ remissionis pro primo casu est,
11 quia iuramentũ requirit tria, scilicet quod fiat cum iudicio, cum veritate, & in necessitate, sed cessat hæc necessitas, dum partes sibi inuicem remittunt, ergò non est admittendum, patet ex *glos. hic verbo parte*.

12 Aduerte quintò, quod licet multi repellantur à testificando, vt sunt serui,
13 qui non habent ea, quæ sunt iuris ciuilis, ex *l. quod attinet, ff de reg. iuris*, item
14 fœminæ ratione inconstantiæ, & paupe-
15 res, qui tanquam suspecti de corruptela,
16 difficillimè admittuntur, & quando admittuntur, sunt diligenter interrogandi,
17 *cap probibentur 1. quæst. 1.* & sic multi
18 alij excluduntur, nemo tamen potest excludere se ipsum, vnde si quis iurasset de
19 non testificando, iuramentum non valeret, & notat *glos. hic*, & nos alibi diximus
20 ex *cap. non est obligatorium in 6.* quia hoc esset cõtra bonos mores, & tendens ad occultandam veritatem, celantes autẽ
21 verum crimine falsi puniri possunt, *c. 1. de crimine falsi*, imò etiam quo ad forum
22 fori possunt testes cogi ad deponendum, maximè pro causis spectantibus ad bonũ publicum, *cap. fin. de testib. cogendis*, & etiam pro qualibet causa ciuili de Iure
23 Canonico compelli possunt testes ad deponendum sub pœna excommunicationis, vt videbimus infra in *lib. 4. de sententia excommunicat. & patet ex dicto cap. finali.*

In §. Interrogabit cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet ipse assistere in depositionibus testium, maximè in criminalibus.*

2 *Testes examinandi ad minus debent esse duo.*

3 *Testimonio vnico licet legitimo causa terminari non potest.*

4 *Testimonio vnico quando causa terminari possit remissiuè.*

5 *Testis vnicus facit indicium ad torturam, dummodo sit omni exceptione maior.*

6 *Testis quomodo examinandus, & de multis interrogationibus ipsi faciendis.*

7 *Testis debet sui dicti rationem adducere per sensum dicto correspondentem.*

8 *Testis de re perceptibili aure debet deponere de auditu, vel si oculo, de visu deponere debet.*

9 *Testis caci depositio de auditu vocis valet*

lit, si ipse benè voces contrahentium cognosceret.
10 *Iudicis diligentia maximè versari debet in cognoscenda contestatione, & cõcordia testium circa locum, modũ &c.*
11 *Variatio inducit præsumptionem contra testes.*
12 *Iudex debet inspicere de stabilitate testis, an scilicet deponat constanter, & determinatè, an tarde, & dubitanter.*
13 *Iudex debet respicere faciem deponentis an scilicet dũ deponit mutet vultus colorem.*
14 *Testis deponens falsum multoties id ostendit in vultu.*
15 Crimina vultu *non prodere est difficilè.*
16 *Testium circumstantias quas Iudex interrogare debet.*

1 IVdex ipse debet assistere in depositio-
nibus testium maximè in criminalib'
& varias debet adhibere diligentias,
vt diximus in lectura de testibus, tamen
in præsenti.
2 Aduerte primò, quod debent ad mi-
nus duo testes examinari, *cap. licet de te-
stibus*, quia in ore duorum, vel trium
stat omne verbum, nulla enim causa est,
3 quę vnius testimoniũ quantũuis legitimo
terminetur, quod limita in pluribus ca-
sibus, vt per *DD in l. admonendi. ff de*
4 *iure iurando, & Speculat. ponit triginta
casus in tit de testib. §. restat vers. hoc ta-
men fallit*, in quibus dicto vnius est cre-
5 dendum, vt saltem faciat iudiciũ ad tor-
turam, dummodo tamen sit testis omni
exceptione maior.
6 Aduerte secundò. quod debet in de-
positione testium interrogari de nomine,
cognomine, patria, ætate, cuius sit filius,
vbi habitet, si cognoscat eum, contra
quem deponit, & vbi ipsum cognoscat,
circa factum, quod deponit debet dicere,
quomodo scit, qui alij idem nominet, &
causam etiam scientiæ adducere debet,
alias eius dictum non valet, *cap si habes
23. quæst. 2. §. solam 4. quæst. 3* item debet
7 rationem rei adducere per sensum ipsi rei
correspõdentem, vnde si scit res visu per-
ceptibiles, debet dicere, scio, quia vidi,
vel si sit perceptibilis auribus, debet
8 de auditu deponere, *cap. testes 3. quæst 9.*
& notat *Abb. in cap. cum causam extra
eodem*, si autem cœcus bene cognosceret
9 voces contrahentium posset deponere
de auditu vocis ipsorum, vt valeret de-
positio, vt notat *Abb. loco cit.*
Aduerte tertiò, quod maxima intelli-
gentia Iudicis erit in cõtestibus cognoscę-
dis, an scilicet sint concordes circa cir-
10 cumstantias, loci, modi, &c. hæc enim
11 variatio inducit præsumptionem contra
testes. *cap. nihil omissis 3. quæst 5.* item
12 debet respicere in ipsa persona deponen-
tis, an scilicet sit stabilis, dum deponit,
an tarde, vel celeriter verba proferat. *§.
13 idẽ in testibus 4. quæst. 3. & Abb in c. ni-
hil de verb. signific* sic etiam an testis va-
14 riet faciem, nam multoties falsum depo-
nentes, vultu etiam id ostendunt, vnde
Ouidius per *glos. hic*.

15 *Heu quam difficile est, nõ crimina prodere vultu.*

Omnes autem circumstantias, quas debet Iudex interrogare, notat *glos. hic per illos versus.*

16 *Auditus, visus, persona, scientia causa,*
Fama, locus, tempus ac certum, credulitasque.
Dum testes recipit Iudex, hac cuncta notabit.

In §. Si quis tamen.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet de rigore assistere in depositionibus testium; sed ex causa potest alium ad id delegare.*
2 *Illustris persona deponens, non tenetur adire Iudicem.*
3 *Testis senex, vel pauper nudus, non tenetur adire Iudicem vt deponat.*
4 *Testium ad exceptiones senectutis, vel paupertatis. vel nobilitatis euitandas, actuarius est constitutus ad depositiones recipiendas.*
5 *Testium depositiones in S.R.C. à quibus recipiantur.*

DE rigore in depositionibus susci-
piendis à testibus deberet ipse
1 Iudex interesse, tamen rationa-
bili causa concurrente potest ipse Iudex
alium delegare ad id quod habet locum,
signanter si sint personæ illustres quæ de-
bent deponere istæ enim nõ tenentur adi-
2 re Iudicem. *l. ad egregias ff. de iure iuran-
do*. idem dic si sint senes, *Abb. in cap. se-
3 qui extra de testib.* item si pauperes, qui
non possent conuersari, cum sint nudi,
& in similibus, vt videre est hic, cum
igitur quilibet testis possit vnam ex dictis
4 exceptionibus proponere, & necessariò
esset

esset aliam facere litem cum testibus ad eorum exceptiones repellendas, ideo hodie recipiuntur testes ab actuario causæ, sed in S. R. C. sunt particulares personæ
5 destinatæ adhoc, & dicuntur Regij examinatores.

In §. Testes.

SVMMARIVM.

1 *Testificari qui prohibeantur.*
2 *Hæreticus non testificatur contra Christianos, nisi in criminibus exceptuatis.*
3 *Testis infidelis admittitur, si eius depositio nemini præiudicet, vt si dicat fidelem petijsse confessionem.*
4 *Testes infirmi animo, & corpore repelluntur.*
5 *Testificari serui prohibentur.*
6 *Fæmina aliquãdo admittitur in testes.*

1 ADuerte pro hoc § alias etiam personas excludi à testificando, & Primo infideles, vel hæretici
2 non admittuntur ad testificandum contra Christianos, sic si in criminibus exceptuatis, vt videbimus infra, & patet ex *cap. si hæreticus, 2. quæst. 7. cap. contra Christianos de hæreticis in 6.* idem dic
3 quando talis depositio nemini esset præiudicialis, vt si infidelis deponeret fide è petijsse confessionem, vt diximus *lib. 3. de Sacramento pœnitentiæ*. Secundò, testes non integri animo, & corpore, vnde
4 defectuosus in membris repelleretur etiam à testificando, vt notat *Abb. in cap.*
5 *1. de exceptionibus*. Tertiò, serui vt supra diximus, & *cap. §. item seruus 4. quæst 3. & l. quod attinet, ff. de regulis iuris.*
6 Quartò, fæminæ repelluntur aliquando, vt supra diximus, sed aliquando admittuntur, vt patebit ex infra d cendis ex *c. tanta de simonia*, repelluntur autem vt plurimum propter inconstantiam, & varium statum, *l. reprehendenda, C. de instit. & substitut. cap. forus de verb. signific. vnde glos ponit versus.*

Quid leuius fumo? Flamen quid flamine? ventus.
Quid vento? Mulier, quid muliere? nihil.

In §. Cuius cum sequenti;

SVMMARIVM.

1 *Fæmina admissa in testem non tenetur adire Iudicem, sed ei propter honestatem mitti debet persona honesta.*
2 *Fæmina pro debito ciuili incarcerari non potest.*
3 *Fæmina non potest renunciare priuilegio vt non possit carcerari, nisi quando iurat de benè administrando in tutela secus si sit inhonesta.*
4 *Testis non integer repellitur, & quis dicatur non integer.*

1 DVo aduerte hic, primum est limitari regulam generalem supra positã, scilicet quod quando currit casus in quo fæminæ possunt ferre testimonium nõ sunt pro trahendæ ad locũ iudicij, sed potius ad ipsas mitti debet tabellio, vel alia persona honesta, *cap. 2. de iudic in 6.* & hoc propter sexus hone-
2 statem, qua ratione pro debito ciuili nõ exequuntur personaliter, *auth. sed nouo iure C. de custodia reorum*, & tali priui-
3 legio non possunt renunciare, nisi quando iurant de bene administrando in tutela, vt in *auth. matri & auiæ. C quando mulier tutelæ off. fungi possit* sim ta hoc in fæminis in honestis, vt per *glos. hic*.
4 Secundum, quod erat aduertendum est, quod testes non integri repelluntur, & non integer extimatur qui est criminosus, vel infamis, inimicus, vel vacillans in depositio e, vt notat, *glos. hic ex Abb. loco cit & cap testimonium de testib. cap. in quæstionis, §. 1. de accusat.*

In §. In summa.

SVMMARIVM.

1 *Testis quilibet admittitur nisi prohibitus expressè inueniatur.*
2 *Clericus Regulares, Prælati, &c. possunt esse testes in causis Ecclesiarum.*
3 *Testis licet Clericus, &c. non potest deponere in causa, quæ vergit ad sui commodum.*
4 *Testis esse non potest Clericus, &c. infamis, vel periurus*
5 *Testis nemo admittitur in causa, in qua est actor, vel procurator.*
6 *Agere, & testificari nemo potest.*
7 *Testis esse potest particularis in causa Vniuersitatis.*
8 *Singulorum non dicitur quod Vniuersitatis est.*

Testis

9 *Testis non admittitur particularis in causa vniuersitatis, si causa etiam sui commoditatem concerneret.*

10 *Testis nemo sibi met esse potest.*

1 ADuerte primò, quod generaliter
omnes illi, qui non prohibentur
à iure testificari admitti debent,
& ideo etiam Clerici pro causis Ecclesia-
2 rum, Regulares, Prælati, & omnes alij, *c.*
insuper de testib. quod limita, si causa ver-
3 geret etiam ad commodum ipsius, qui
vult deponere, tunc enim repelli potest,
nam nemo in causa propria audiri de-
bet, vt patet ex dicto *cap insuper, &*
cap. cum nuntius de testib. limita. Secun-
dò, quando essent criminosi, periuri, in-
4 fames, &c. *cap. testimonium, & cap ex*
parte cit. tit. limita Tertiò, quando ipsi-
5 met essent procuratores, vel actores in
causa, nam nemo potest habere duo offi-
cia in eodem negotio, & sic agere, & te-
6 stificati. *l ille, à quo §. tempestiuum, ff ad*
trebellianum, l. nemo, C. de assessoribus,
cap. 1. 4. quæst 4.
7 Aduerte secundò, eodem modo esse
dicendum in particularibus pro causa
vniuersitatis, vt Vniuersitas est, quia
quod vniuersitatis est, non dicitur singu-
8 lorum diximus *lib 2 ciuili, in §. vniuersi-*
tatis de rerum diuisione, ex l in tantum,
ff. citato tit. cap qui manumittitur 12 q 2.
dixi, vt Vniuersitas est, nam si causa prædi-
9 cta concerneret etiam ad commoditatē
particularium, tunc enim nec ipsi admit-
ti possunt ex ratione adducta, nam ipsi
10 sibimet testimonium facerent, quod ini-
quum est.

In §. Monachi, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Testificari non potest Monachus, vel Regularis absque licentia Superioris.*

2 *Regularis, & Monachus, si sine licentia deposuerit, valet de facto depositio.*

3 *Pacta multa tenent, quæ antea erant prohibita.*

4 *Christianus potest esse testis contra infidelem, non sic infidelis contra Christianum, & de ratione differentiæ.*

5 *Excommunicatus etiam repellitur à testificando.*

MOnachi, & alij Regulares, qui
nihil facere possunt sine licen-
1 tia sui Superioris, neque de-
bent testimonium ferre absque eius licen-
2 tia, si tamē de facto deposuerint, valet de-
positio, nam multa post factum valent,
3 quæ ab initio fieri non potetant, *gloss. hic*
verbo licentiam. Christiani admittuntur
contra infideles, & hæreticos, *cap. Iudæi*
4 *de testibus*, non autem isti è contra, di-
sparitas autem est, nam Christiani habēt
fidei præsumptionem pro se, *Clem. 1. de*
testib. quod non est in infidelibus, & hæ-
5 reticis, excommunicati etiam repellun-
tur, vt notatur hic ex *cap. conspiratores 3.*
quæst. 4 & ex Speculatore in § primo
de testibus.

In §. Planè cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Testis criminosus vt repellatur, debet in crimine perseuerare, vel esse diffamatus de tali crimine, quod post emendationem relinquit infamiam.*

2 *Furtum etiam post emendationem relinquit infamiam.*

3 *Testis criminosus admittitur tam in ciuilibus, quam criminalibus si sit de crimine emendatus.*

4 *Testis criminosus de falso, vel de periurio, licet emendatus, non potest testificari.*

5 *Testis emendatus infamatus de crimine, etiam non infamante, non in omnibus admittitur, maximè in criminalibus, sufficit enim fuisse criminosum.*

6 *Testis omni infamia carere debet.*

7 *Testis emendatus de crimine non infamante non est omnino criminosus, vel infamis, ideo in ciuilibus solent admitti.*

8 *Testes idonei recepti, si incidant in crimen, vel in infamiam, non repelluntur eorum depositiones.*

9 *Validum ab initio tractu temporis non infirmatur licet noua superueniat causa, & actus deueniat ad casum, à quo incipere non potuerit.*

10 *Diuinare nemo tenetur.*

11 *Testis conuictus de falsitate commissa ante depositionem, præsumitur falsus in depositione.*

1 ADuerte primò, quod non quodli-
bet crimen excludit testem, nam
debet hic esse perseuerans in cri-
mine, vel diffamatus de tali crimine quod
2 post emendationem relinquit infamiam,
puta furtum, &c. alias si quis sit emen-
3 datus de crimine, tunc audiri debet tam
in ciuilibus, quam in criminalibus, item
4 limita in crimine falsi, ex regula semel
malus, &c. idem dic de periuro, *cap. deni-
que extra de exception.*

5 Aduerte secundò, quod si quis sit emē-
datus de crimine etiam non infamante,
quia sufficit fuisse criminosum, ideò nō in
omnibus causis admitti debet, signan-
6 ter in criminalibus, quia testes regulari-
ter omni infamia carere dēbēt, *dicto cap.
denique*, at in ciuilibus possunt aliquan-
do admitti, quia non sunt criminosi, nec
7 infames omninò, *Abb. in dicto cap testi-
monium de testibus, num. 2. & 3. & habe-
tur hic in §. criminali.*

8 Aduerte tertiò, quod si quis testes
idoneos perduxerit, si deinde post factā
depositionem ipsi testes incidant in ali-
quid crimen, vel efficiantur infames, eo-
rum depositio non est annullanda, nam
vt notatur in summario, § *illud in dubiis*,
9 validum ab initio, tractu temporis non
infirmatur, etiam noua superueniente
causa, licet factum superueniat, a quo nō
poterat inchoari, *cap. factum de regul.
10 iur. in 6.* nemo enim tenetur diuinare,
*l. si putator ff. ad leg. aquiliam, cap. vnico
de Clerico beneficiato. & cap. 1. vt Eccle-
siasti a beneficia sine diminutione confe-
rantur.*

Limitarē tamen hoc quando quis esset
conuictus de falso commisso ante deposi-
11 tionem, tunc enim & ipsa confessio sub-
sequuta, falsa præsumitur, *cap. semel de
reg. iur. in 6.*

In §. Domestici, cum sequenti:

SVMMARIVM.

1 *Testis domesticus repellitur.*
2 *Testis esse non potest, qui aliquo modo parti subditur.*
3 *Testis nō potest testificari in causa principali, si ipse eiusdem causa sit particeps.*
4 *Testis esse non potest in secunda instantia aduocatus, vel procurator primæ instantiæ.*
5 *Aduocatus, vel procurator ex affectu victoriæ litis, multoties falsum deponunt, ideò non sunt testes in secunda instantia.*
6 *Testimonium aduocati potest repelli tāquam testimonium inimici.*
7 *Aduocatus videtur offendere eum, contra quem aduocat.*

1 ADuerte hic alios etiam repelli à te-
stificando, & primò domestici,
*l. penult. ff. eodem. cap. in literis ex-
tra de testib.* & sic omnes illi, qui aliquo
modo partibus subduntur non possunt ab
2 ipsis induci pro sua intentione formanda,
DD. in l. 1. C. eodem. Secundò, idem dic si
3 testes consimili morbo laborarent, ac
principalis, idest, si omnes essent in ea-
dem causa, ita vt ex decisione causæ pro
qua deponit appareret etiam decisio, pro-
priæ causæ, in qua sunt principales, *cap.
personas de testib.* vt si plures essent con-
plices eiusdem debiti, & deponerent
pro vno ipsorum. Tertiò repellitur etiā
4 aduocatus, vel procurator eiusdem litis
in prima instantia, hic enim non admit-
titur vt testis in secunda instantia, quia
ex affectu victoriæ litis multoties isti ve-
5 rum non deponerent, *cap. statuendū 2.
quæst. 6.* & notat *glos. hic verbo præsumi-
tur ex Bald. in cap. fin. de testib. in 6.* tum
6 etiam quia aduocatus videtur offendere
eum, contra quem aduocat, ac proinde
7 bene vt inimicus ab alia parte repelli
potest, *glosa, hic dicto verbo præsumi-
tur.*

In §. Dabunt.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio ad testes examinandos non debet esse nimis breuis, vt esset difficilis productio.*
2 *Dilatio ad testes examinandos non debet nimis dilatari, ideò tres tantum cōceduntur dilationes ad ipsorum productionem.*
3 *Dilatio quarta non datur de iure Canonico, nisi præstito iuramento à parte, quod nō potuit citiùs testes producere, quia forsan non habuit notitiam.*
4 *Renuncians quartæ dilationi pro testibus recipiendis, neque prævio iuramento, admittitur ad illam petendam.*

Ad-

1 Aduerte hic, quod tempus ad testes examinandos non debet nimis coarctari, vt difficilis esset productio testium, neque satis dilatari debet,
2 vt notatur hic, tres termini possunt dilatari ad testes produceendos, nec quartum dabit Iudex de iure Canonico, nisi iura-
3 mento præstito ab eo, qui talem dilationem petit, quod antea non potuit habere notitiam talium testium, *cap. penultimo de testib.* hoc ipsum sublimira quando pars, quæ petit talem dilationem re-
4 nunciasset ipsi, *cap. cum venisset eit. tit.* tunc enim currit, *regula text. in l. quod quis, & l. sequitur, ff. de vsucapionibus.*

In §. Si quidem.

SVMMARIVM.

1 *Testium depositio est fauorabilis; ratione educenda veritatis.*
2 *Iudex, qui scit rei veritatem, potest deponi, & examinari vt testis ab alio Iudice ad hoc destinato, si necessitas id exposulet.*
3 *Testium duorum depositio sufficit, ideo licet Iudex etiam veritatem sciat, non debet examinari.*

1 Adeo est fauorabilis testium pro veritate educenda vt etiam si necessitas id expostulet possit Index, qui scit rei veritatem deponi, vel suspen-
2 di ab officio, vt examinetur coram alio Iudice dato adhoc, *cap. dilecto de testibus,* quod limita si quis haberet duos testes,
3 nam istorum depositio sufficeret. *l. vbi numerus ff de testib & c. licet eod. tit.* & alia simili ratione permittuntur, vt videre est per *glos. hic.*

In §. Elapsis cum sequenti:

SVMMARIVM.

1 *Testes infra quod tempus recipi possint.*
2 *Testes etiam post publicatum in causa recipiuntur pro emergentibus, secus pro principali negotio, & de ratione.*
3 *Forma Iuris magis quam factum hominis attenditur.*
4 *Testes quando etiam post publicatum in causa admitti possint.*

1 Aduerte primò, quod tempus pro recipienda depositione testium est limitatum, & sic non possunt testes quandocumque recipi, sed tantum donec dicatur publicatum in causa nam post talem terminum, non admittuntur testes pro negotio principali, nec in pri-
2 ma, nec in secunda instantia, licet pro emergentibus ad ipsum negotium recipiantur aliquando post publicatum, at pro principali non sic, & rationem dant *Io. Andr & Abb. est cap fraternitatibus, de test.* nam post publicatum in causa posset esse, quod vnus ex litigantibus cognoscens, se paucas, vel infirmas habere probationes alios induceret ad deponendū media subornatione, & pecunia, imò hic procedit secundum *Abbatem*, etiam si pars non viderit depositiones antea factas, sufficit fuisse publicatum in causa,
3 magis enim forma iuris, quam factum hominis attendi debet, sed iam fuit publicatum, ergo licet pars non viderit, per accidens se habet, nec alios producere poterit.

Aduerte secundò, id limitari, quando noua adminicula præter articulos forma-
4 tos occurrerent, tunc enim suscepto iuramēto à testibus recipi, poterunt etiam post publicatum, talis enim publicatio non præiudicat rei nouæ, quæ antea non fuit expressè proposita, & tales testes tam in prima, quam in secunda instantia admitti debent, vt notatur hic ex *Clem. 2. de testib. & cap. ex tenore eod tit.* sed pro hoc videtequæ diximus in lect ıra detestibus circa articulos formandos.

In §. Sed interdum cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones contra testes opponi debent etiam ante publicatum.*
2 *Testes licet à se productos potest pars repellere, si falsum dixerint.*
3 *Exceptiones contra testes à se productos nemo opponere potest propter falsum.*
4 *Testes producens, ipsos approbare videtur, ideò contra ipsos non abijcit.*
5 *Testium aduersarij, & personas, & depositiones possumus reprobare.*
6 *Excipere potest qui contra testes etiam post publicatum si iuret se anteà maculam non cognouisse, & non accedere ex odio, vel dolo.*

Pro-

7 *Protestatio licet generalis facta de opponenda contra testes, operatur, quod etiam post publicatum potest contra testes opponi.*

8 *Testis reiectus à parte, si aliquid pro ipsa dixerit nihil probat siue sit testis à se productus, siue ab aduersario.*

9 *Fidem testi qui non adhibet contra se, neque pro se adhibere potest.*

10 *Approbatum semel non debet ampliùs reprobari.*

ADuette primò, quod si quis habeat
exceptiones contra testes ipsas
1 etiam proponere deb.t ante pu-
blicarum in causa & potest quis repelle-
re testes etiam productos à se, si falsum
2 deposuerint. alias autem exceptiones
contra à se prod ictos proponere non
3 potest, & rationem dat *glos.hic*, quia cũ
produco testem, eius personam approbo,
4 & ideò contra eius personam nõ possum
dicere, secus autem contra testes addu-
5 ctos ab alia parte, nam tunc, & contra
eorum dicta, & contra eorum personas
opponi possum, patet hic ex *cap. si quis testib. 4 quæst. 3*
6 Aduerte secundò, id limitari. Primò,
quando quis iurat se ante publicationem
nõ habuisse nutitiam talis maculæ, quam
vult opponere, & quod non accedit ex
aliquo particulari odio, vel dolo, *capit.
præsentiam d: testibus, & c. pastoralis, de
7 exceptionibus*, limita Secundò, quando
quis protestatus est, se velle contra
testes opponere, tunc enim etiam post
publicationem opponere potest, quam-
uis fecerit protestationem generalem,
puta hos adduco testes cum protestatio-
ne, vt liceat mihi dicere in personas
ipsorum, tunc enim admittitur ad di-
8 cendum contra, sed cum pœna, vt scili-
cet si tales testes aliquid ad sui vtilita-
tem dixerint, neque tale dictum aliquid
probat; idem dic si talem protestationem
faciat cuntra testes adductos ab aduer-
9 sario, nam qui noluit fidem adhibere
testibus contra se, nec debet habere pro
se, *capit. si Romanorum distinct.* 19. &
10 semel approbatum, ampliùs reptobari
non debet, *l. pomponius, ff. de negotijs gestis.*

In §. Illud etiam, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Testis potest reprobari, per depositionem alterius testis, & hic iterum ex alterius depositione reprobari, non vltra.*

2 *Infinitas est euitanda.*

3 *Iudex debet recipere testes pro veritate negotij addiscenda, & poterit exceptiones in posterum non curare pro tali iudicio.*

NE derur processus in infinitum
circa reprobationes testium, sta-
1 tutum hic ostenditur, quod po-
test quis testes reprobare per depositio-
nem aliorum testium contra ipsos, & illi
reprobatorij possunt etiam reprobari
per alios reprobatorios reprobatoriorũ,
vt notatur in *Felin. in cap. licet tertio de
2 testibus*, cæterum infinitas est euitanda,
l. vt inter diuinum, C. de Sacrosanct. Ecclesijs, & sic Iudex dictum testium reci-
piet pro veritate negotij addiscenda, &
3 de exceptionibus contra ipsos in poste-
rum non curabit pro tali iudicio.

In §. Publicatis, cum tribus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Testium non est attendendus numerus, sed ordo veritatis dicenda.*

2 *Iudex debet prospicere in qualitate personarum deponentium, & an dicta sint veritati consona.*

3 *Testis potest reuocari ad redicendum suum examen si de illius depositione sit dubium, quia forsan varia.*

4 *Testis non potest reuocari ad redicendum examen, ratione dubij ad instantiam partis propter periculum subornationis, sed de motu proprio Iudicis.*

5 *Iudex potest quemlibet pro vt vult interrogare.*

6 *Testis qui non dolosè, sed linguæ lubrico errauit & confestim se correxit est audiendus. confestim, vel statim quomodo intelligatur.*

7 *Testis lapsus in errorem remittitur arbitrio Iudicis, qui ex circumstantijs*

videbit de dolo, vel lubrico linguæ.

8 *Testis, qui non deposuit circa aliqua, ex malitia & vel obscurè deposuit, potest à iudice repeti.*

HIc de modo, quo vti debet Iudex in discernenda veritate ex depositionibus testium. pro quo.

1 Aduerte primò, quod non multitudo testium est attendenda, sed ordo veritatis dicendæ inter ipsos, an scilicet eorum dicta sint veritati consona, *cap. verisimile de præsumptionibus, cap. sollicitè de restitut. spoliat.* & qualitates personarum
2 deponentium diligenter prospiciet, *glos. hic verbo ad multitudinem.*

Aduerte secundò, quod si Iudex dubitet de depositione alicuius testis, quæ fortè videatur varia, poterit illum reuocare ad redicendum suum examen, vt patet hic
3 in § *quod si ex cap. cum clamor de testib.* tunc autem potest Iudex id facere, quando vult in hoc procedere de Motu pro-
4 prio, secus autem si id vellet facere ad instantiam partium, tunc enim esset periculum subornationis, *cap. fraternitatis de testibus*, quando verò facit ex se, tunc
5 nullum est dubium, quia potest Iudex quemlibet interrogare pro vt vult, *l. vbicumque, ff. de interrogatoriis actionibus, & cap. iudicantem 30. quæst. 3.*

Aduerte tertiò ex §. *cum quoque*, quod
6 si testis non studiosè, sed linguæ lubrico errauerit, & confestim se correxerit, est audiendus, sed quomodo intelligatur ly confestim, vel statim, videte *glos. hic verbo confestim*, quæ varias ponit opi-
7 niones, tamen pro se docet, quod hoc remitti debet arbitrio Iudicis, qui ex circumstantiis id colliget *Abb. in cap. præterea de confessis.*

8 Aduerte tertiò, quod potest Iudex etiam repetere testem, qui vel non deposuit circa aliqua capitula ex negligentia, vel calliditate, vel deposuit, sed obscurè, vt notatur hic in §. *repetere, & aduertit Abb. in cap fraternitatibus de testibus, & glos. hic verbo certis capitulis.*

In §. Ac si partes, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum appellatione veniunt etiam testes.*
2 *Instrumentorum appellatione strictè sumpta veniunt scripturæ publicæ.*
3 *Instrumenta, & scripturæ possunt adduci post publicatum, licet testes non.*
4 *Scripturæ, quæ producuntur in iudicio debent saltem habere subscriptionem duorum testium.*
5 *Instrumenta quandocumque adduci possunt dummodo non sit dictum conclusum in causa.*
6 *Conclusum in causa quando dicatur.*
7 *Scripturæ productioni per conclusionem in causa videtur renunciatum, ideò nō potest adduci post ipsam in prima instantia, secus in causa appellationis.*

1 INstrumentorum appellatione veniūt etiam testes, *l. 1. ff. de fide instrum. cap. peruenit de testib.* hic tamen pressè instrumentorum appellatione ve-
2 niunt scripturæ publicæ, quibus deinde deficientibus, testibus nostram intentionem probamus. quare.
3 Aduerte primò, quod licet post publicatum in causa alii testes adduci non possint tamen instrumenta, & scripturæ adduci possunt, vt notat *Abb. in rubrica de fide instrum. in fine, & cap cum dilectus citat. tit.* quando autem istæ scrip-
4 turæ producuntur in iudicio, debent habere subscriptionem saltem duorum testium, *cap. 2. cit. tit.*
5 Aduerte secundò, quod possunt Instrumenta quandocumque adduci, dummodo non fuerit dictum (conclusum in
6 causa) dicitur autem sic, quando Iudex facit præceptum vt si quid aliud habeant partes proponant, alias videtur renunciatum cuilibet adductioni scripturarum, & tunc nō poterunt amplius instrumen-
7 ta adduci pro tali instantia, *cap. quoniam contra de probat.* secus autem in causa appellationis, *cap. cum Io. de fide instrumentorum.*

In §. Non tamen, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura non fidem facit in iudicio, nisi sit publica.*
2 *Scriptura quando dicatur publica.*
3 *Copia authentica extracta ab originali, & comprobata sigillo authentico dicitur scriptura publica.*
4 *Scriptura quando dicatur authentica.*
5 *Copia scripturarum publicarum, puta reassumptio instrumenti in amissione originalis habet authoritatē originalis,*

Iudex

6 *Iudex vel alia persona substituta ad videndas scripturas debet diligenter procedere, ne sit aliqua rasura, vel suspicio falsi.*

1 NOn quælibet scriptura fidem facit in iudicio, sed debet esse scriptura publica, quæ talis dici-
2 tur, vel quando manu publicæ personæ scripta est, scilicet manu Notarij, vel actuarij, *cap.* 4. *de fide instrumentorum*, vel si sit signata sigillo personæ authenticæ, puta sigillo Episcopi, vel alterius si-
3 milis, colligitur ex *cap.* 1. *&* 2. *eit. tit. & cap.* 3. *de probationibus*, vel saltem debet esse copia authentica extracta ab originali, & sigillo anthentico comprobata, *l. si quis in aliquo*, C *de edendo*, tamen pro copijs & scripturis.
4 Aduerte primò, quod ex alijs capitibus scriptura potest dici authentica, & Primò, licet fuerit facta inter partes, si tamen sit iurata, & habeat subscriptionem testium. Secundò, si sit educta ex archiuio publico. Tertiò, si sit ab aliquo officiali circa spectantia ad proprium officium, *Bart. in l. quadam*, §. *nummularios ff. de edendo*, & notat *Abb. in cap.* 1. *de fide instrumentorum*.
5 Aduerte secundò, quod non tantum originalia publicarum scripturarum fidē faciunt, sed etiam copiæ, hæc enim sufficiunt ad probandum in iudicio, si periculum sit amissionis, tunc enim si instrumētum originale sit totum reassumptū habet eamdem authoritatem, ac ipsummet originale, *Abb. & Innoc. in cap. fin. de fide instrum.*
6 Aduerte tertiò, quod in ipsis recipiendis debet Iudex, vel alia persona, ab ipso subrogata diligenter prospicere, ne in illis sit aliqua rasura, & suspicio falsitatis, *Felin. in cap. ex literis de fide instrumentorum, & glos. hic verbo vitiata ex Abb. & alijs.*

In §. Eamdem, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Rasura scriptura in loco non suspecto, non vitiat scripturam.*
2 *Scriptura non dicitur vitiata si ex negligentia rescribentis ex protocollo fuerit omissa littera, & de inde apposita.*
3 *Copia originalis redacta in publicam formam, licet mortuo tabellione, & aliena manu exarata, habet eandem fidem originalis.*

I N his §. §. limitatur id, quod iam di-
1 ximus de vitio, vel rasura in scripturis, si enim sit rasura in loco non suspecto, non vitiatur scriptura vt notatur hic in §. *exhibebuntur, & c. inter dilectos, & cap. ex literis de fide instrumentorum*,
2 idem etiam dic, si ex negligentia excipiētis, seu rescribentis ex protocollo aliqua litera fuerit omissa, nam neque per hoc dicitur vitiata scriptura, vt notatur hic, & patet diffusè per *Abb. in cap. ex parte de fide instrumentorum*. Nota etiam
3 quod scripturæ extractæ ab originalibus, & redactæ iam in publicam formā, eamdem habet fidem, ac originale, etiam si tabellio decesserit, & aliena manu fuerint exemplatæ & sic in publicam formam redactæ, colligitur ex *glos. hic verbo præuentus.*

In §. Quod si vnus vsque ad §. Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quid?*
2 *Iuramentum duplex assertiuum, & negatiuum.*
3 *Impossibilitati nemo obligatur.*
4 *Iuramentum contra honestatem non tenet.*
5 *Iuramentum, & per Deum, vel Sanctos, vel per rem, qua participatio Dei est dari potest.*
6 *Iuramenti definitio Lancellotti.*
7 *Iuramentum est optimum remedium litium expediendarum.*
8 *Probationibus deficientibus vtimur iuramento.*
9 *Iuramentum aliud necessarium, aliud voluntarium.*
10 *Iuramentum necessarium quid.*
11 *Iuramentum necessarium vt à Iudice parti detur debet alia pars facere instantiam.*
12 *Iudex non tenetur impendere officium ad commodum partis non petentis.*
13 *Iuramentum necessarium vt Iudex deferat, requiritur saltem generalis petitio partis per clausulam (cætera suppleat religio iudicantis.)*
14 *Iuramentum necessarium non datur quando pars plenè probauit.*
15 *Iuramentum est in subsidium probatio-*

tionum, nec vtimur subsidio pro re, si ipsam rem habemus.

16 *Iuramentum nõ debet deferri parti, qua non est plenè informata de re, pro qua petitur iuramentum.*

17 *Iuramentum potest dari Reo à Iudice, quando semiplenè probauit, vt per ipsũ censeatur plenè probasse.*

18 *Iuramentum debet deferri personæ honestæ, & bonæ vitæ.*

19 *Iuramentum non pro qualibet causa defertur, sed pro causa alicuius considerationis.*

20 *Iuramentum voluntariũ quid? & quid requiratur ad ipsum.*

21 *Iuramentum voluntarium cum Iudicis authoritate datũ dicitur propriè litis decisorium, & habet vim rei iudicatæ.*

22 *Iuramentum voluntarium non habet locum in criminalibus.*

23 *Reus debet se purgare de obiecto crimine nec ab actore petere iuramentum ad veritatem indagandam.*

24 *Iuramentum potest peti ab actore in actione iniuriarũ. quando actor iniuriam æstimare debet.*

HIc de alio modo probationis, quæ est iuramentũ ideò videbimus, quid. & quotuplex sit iuramentum, quando sit adhibendum, & à quibus exigi debent. quare.
1 Aduerte primò, quod iuramentum est aliquid teste Deo dicere, vt notat *glos. in summario quasi prima, causa 22*, ex qua etiam habes causas institutionis iuramenti, & alia pro hac materia, Canonistæ verò communiter istam definitionem explicant aliam dantes per hæc verba iuramentum est assertio, vel negatio alicuius rei honestæ, & possibilis attestatione sacræ rei firmata, dicitur assertio,
2 vel negatio ad ostendendum, quod duplex est species iuramenti, scilicet assertiui. vel negatiui dicitur rei honestæ, &
3 possibilis quia nemo potest ad impossibile obligari ex *reg. in possibiliũ.* & iuramentũ
4 contra honestatem non est obligatorium, ex *cap. non est obligatorium, in 6.* Dicitur attestatione rei sacræ, vt comprehendat omnes modos, quibus potest quis iurare, nam vel expressè iurat per Deum, vel per aliquam rem, vt participatio Dei est,
5 sic per Sanctos, vel creaturas Dei, & ne tamen recedamus à nostro Lancellotto, ipse dat hanc definitionem iuramentum est cõfirmatio veritatis, cũ aliquid teste
6 Deo asseritur, prout ex *c. & si Christus de iure iurando*, est autem pro nostra materia iuramentum sic præstitum optimum
7 remedium litium expediendarum, vt notatur per *glos. in continuatione rubricæ*
8 *extra de iure iurando*, & ideo in materia nostra alijs probationibus deficientibus ad iuramentum recurrimus, *cap. ex literis. & cap. fin. de iure iurando. & Ciuilistæ in l. admonendi, ff. de iure iurando.*
9 Aduerte secundò, quod pro materia nostra aliud est iuramentum necessarium, aliud voluntarium, necessarium est, quod
10 deficientibus probationibus à Iudice parti defertur, debet tamen pars facere instantiam de hoc. vt scilicet iuret alia
11 pars ad notitiam facti, de quo quæritur, alias, vt notatur hic non tenetur Iudex
12 impendere officium ad commoditatem partis non petentis *l. 4 § hoc autem, ff. de damno infecto*, vnde ad summum negari
13 non potest requiri, quod saltem fuerit facta generalis petitio in principio litis, quando scilicet partes petunt Iudicis auxilium, saltem per illam clausulam, cætera suppleat religio iudicantis, vt notat *glos. hic verbo partibus.*
Aduerte tertiò, quod hoc iuramentũ necessarium potest in multis casibus non
14 dari, & vnus proponitur hic. si scilicet actor plenè probauerit suam intentionẽ,
15 tunc enim etiam reo petente non tenetur dare iuramentum, quod est in subsidium probationum, & subsidio pro re non indiget, qui iam habet ipsam rem, prout ex *l. quinquaginta ff. de probat.* & notant *DD in dicta l. admonendi, ff. de iure iurando.* idem dic, quando pars non
16 est plenè informata de re, pro qua præstatur iuramentum, tunc enim esset iniquitas partem compellere ad iurandum, *dicta l. admonendi, & l. in bonæ fidei, C. de rebus creditis.*
17 Aduerte quartò, quod potest Iudex quando reus semiplenè probauit dare ei iuramentum vt per ipsum censeatur plenè probasse, tamen non in omnibus, & pro omnibus currit dictum debet enim Iudex inspicere qualitatem personæ, cui vult dare iuramẽtum, & sic quod sit per-
18 sona honesta, ac bonæ vitæ, *c. fin. § planè de iure iurando.* item quod causa, pro qua iuratur sit alicuius considerationis, non enim pro qualibet re iuramentum
19 præstari debet, sed requirit iuramenti præstatio, iudicium, iustitiam & veritatem, vt alibi diximus, & notat *Belarm. in 2. præcepto decalogi.*
Aduerte quintò, quod iuramentum voluntarium est, quod à parte parti in iu-
20 dicio defertur, debet tamen etiam authoritas

ritas Iudicis intercedere, non enim potest pars ex se aliam cogere partem ad
21 hoc, *Abb. & Hostiens. in cap. fin. de iure iurando*. & hoc iuramentum dicitur propriè decisorium nam licet iuramentum necessarium adiuuet etiam ad litis decisionem, tamen hoc decidit litem ipso facto, & habet eandem vim, ac habet res iudicata, *l. 1. & 2. ff. de iure iurando*, & notat *glos. hic verbo decisorium*.

22 Aduerte vltimò, ex §. *planè*, hoc iuramentum non habere locum in actionibus criminalibus, tunc enim debet reus purgare se de suo crimine, nec ab actore
23 petere potest iuramētum ad facti veritatem addiscendā, vt notatur hic *glos.* autē infert, quod quando agitur de iniurijs in
24 quibus potest actor melius esse informatus de iniuria passa, & extimare ipsam, tunc potest reus ab ipso petere tale iuramentum. *l. lex contulit. §. hac, ff. de iure iurando, Butreus & Abb. in cap. fin cit. tit. & Bart in l. ius iurandum, §. ait prætor, eodem tit. cit.*

In §. Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis inspectione fit probatio.*
2 *Litem inter aliquos de limitibus ortam pro prædijs, Iudex accedendo super faciem loci terminare poterit.*
3 *Defloratio, vel virginitas, vel prægnatio, vel libertas fœminæ per commissionem Iudicis obstetricibus cognoscitur, & dicitur facta terminatio inspectione Iudicis.*
4 *Iudex non debet facere inspectionem virginitatis, vel prægnationis per se, & si per se id faciat priuatur officio.*

ALius modus, quo potest fieri probatio est ex inspectione Iudicis, vt diximus, ideò.

1 Aduerte, quod Iudicis inspectione fit probatio in multis casibus, vt notatur hic & vnus est, si lis sit orta inter aliquos de limitibus, & terminis suorum prædio-
2 rum, vt notat *Abb in cap. cum causam de probat ex l si in raptione, §. fin. ff. finium regundorum*, tunc enim Iudex accedens super faciem loci proprio visu, factum inspiciens, litem terminare poterit;
3 alius est, casus si de fœmina esset dubium an sit deflorata, an virgo, an prægnans, an libera, tunc enim debet Iudex id cognoscere committendo causam obstetricibus, ex quarum dicto Iudex faciet iudicium, & dicitur factum inspectione Iudicis, *glos. hic verbo mulieri ex c. causam, & cap. proposuisti extra eod.* & hoc propter illud principium, *qui per alium facit*, merito talis inspectio matronarum
4 Iudicis inspectio dici potest, imò, nec volens Iudex poterit ipse facere talem inspectionem, & si faciat, priuandus est officio, *Poller. in praxi criminali Canon, fol. 18. num. 23.*

In §. Sed & si quid cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Notorium, nec testium, nec instrumentorum indiget probatione.*
2 *Condemnatio ex facto notorio petitur à Iudice ex instantia facti.*
3 *Notorietas ex quibus oriatur.*
4 *Notorietas alia est iuris, & quando.*
5 *Notorietas facti, quando dicatur.*
6 *Notorietati allegata debet Iudex prospicere, ne sit dubium, id quod notorium dicebatur.*
7 *Suspicio vehemens aliquando vim notorij habet.*
8 *Suspicionis vehementis exempla.*
9 *Suspicio vehemens, vt si quis inueniatur iacere in lecto cum aliqua facit præsumi etiam adulterium.*
10 *Coniunctio carnalis consummata an possit probari per testes de auditu proprio.*
11 *Coniunctio carnalis non potest probari nisi ex suspicionibus, & nec probaretur per visum hominis supercumbantis fœminæ, & quare.*
12 *Suspicio licet vehemens non facit probationem in graui crimine.*
13 *Hæresis crimen graue.*
14 *Hæresis nulla præsumptione probatur.*

1 ADuerte primò, quod notorietas facti probationem etiam inducit, vnde quod notorium est, nec indiget depositione testium, nec instrumētorum exibitione, pars tamen; quæ vult
2 alium ex facto notorio condemnari, debet de hoc instantiam facere Iudici, vt patet ex *Clementina appellanti de appellat.*
3 verbo Iudicis, est autem factum notorium, vel ex præsumptionibus, vt si quis in domo alicuius fuisset semper alimentatus, vt filius, & hoc omnibus innotesceret, tunc hic diceretur filius notorius

ex

ex præſumptionibus, *l quia ſemper, ff. de in ius vocando, l.Lucius, ff.de cond.& de-*
4 *moſtrat.* alia eſt iuris notorietas, quando
in iure aliquid præſumitur, vt in *cap. is,*
5 *qui fidem de ſponſalibus.* alia eſt facti no-
torietas, vt quando apud omnes euidentia facti manifeſta eſt, notat *gloſ. hic ex cap.tua de cohabitatione Clericorum, & mulierum, & Butreus in cap. veſtra citato titulo.*

Aduerte ſecundò, ex § *ſed cum multa,*
quod cum multoties res dicatur noto-
6 tia, & tamen non ſit talis, ideo Iudex
debet diligenter inſpicere, ne potius, id quod dubium eſt, pro notorio proponatur, & recipiatur, *cap.conſuluit de appellationibus.*

Aduerte tertiò, ex § *ad notorium,* quod
vehemens ſuſpicio multoties habet vim
7 notorij, datur hic exemplum, ſi inue-
niatur nudus, cum nuda, vel iacentes in
8 eodem lecto, & ſimilia, tunc enim facta
depoſitione teſtium de tali inuentione
eſt maxima ſuſpicio, ex qua etiam declarari poterit copulam interueniſſe, vt no-
9 tatur in *cap.literis de præſumpt.* & ſufficit
hæc præſumptio etiam ſi agatur de adulterio, & criminaliter, vt notat *Abb. in dicto cap.literis.*

Quæres ex *gloſ. hic* an coniunctio car-
nalis conſumata poſſit probari per teſtes
10 de auditu proprio.

Reſpondetur affirmatiuè ſi deponant
audiuiſſe talia verba, per quę copula probaretur, quorum verborum qualitatem
videte per *gloſ* quæ verbo *ſuſpicionis* ait,
11 quod crimen fornicationis, vel adulterij
non poteſt, niſi ex ſuſpicionibus probari, licet enim quis vidiſſet hominem fæminę ſuperaccumbentem, non per hoc eſſet probatum adulterium, quia poteſt eſſe, quod frigiditate, vel ex alio impedimento copula non eſſet conſumata, prout ex Io. *Andr. & Abb in cap præterea de teſtibus.*

Aduerte vltimò, hoc quod diximus de
ſuſpicionibus limitari, quando agitur de
12 graui crimine, vt notatur hic in §. *ad no-*
torium in fine, tunc enim ſi ſola ſuſpicio adeſſet, quamuis vehemens, tamen non faceret probationem, vt notat *Abb. in cap quanta de præſumpt.* & patet ex *cap.*
13 *literas eit tit.* & exemplificat crimen ſic
14 graue in hæreſi, quæ nulla præſumptione
probatur.

In §. Fama.

SVMMARIVM.

1 *Fama an ſufficiat ad probationem, & quando, & quid valeat.*
2 *Fama per duos teſtes probata in criminalibus facit Iudicem ex officio procedere contra diffamatum.*
3 *Iudex debet probationes inſpicere, & tantum actionem ventilare, quouſque ad rei veritatem deueniatur.*
4 *Fama non probat in iudicio pro proprietate. ſecus pro poſſeſſione in quo iudicio ſummariè proceditur.*

QVæri poterat an fama ſufficeret
ad probandum ideo hic negari-
1 nè reſponſum eſt, ſola enim fa-
ma non habens fundamentum,
parum, aut nihil probat, tamen poteſt confirmare, & adiuuare præſumptiones, vt notatur hic, in criminalibus autem fa-
2 ma per duos teſtes probata facit, quod
Iudex poſſit ex officio inquirere contra diffamatũ, his igitur inſpectis probatio-
3 nibus debet Iudex omnia diligenter con-
ſiderare, vt tamdiu ventiletur actio, quo vſque ad rei veritatem perueniamus, vt notat *gloſ.hic ex c.iudicatum 35.quæſt.5.* intellige tamen quando agitur iudicio petitorio, & pro proprietate, ſecus autem
4 quando agitur iudicio poſſeſſorio, in ipſo
enim ſummariè procedi poteſt, *cap. quoniam frequenter extra vt lite non conteſtata ex text in l.3. § ſciendum, ff. ad exibendum.*

DE SENTENTIA, & re iudicata.

TITVLVS DECIMVS QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Sententia aliquando facit tranſitum in rem iudicatam, & ab ipſa non appellatur.*
2 *Sententia ipſa, à qua appellatur poteſt largè dici res iudicata.*
3 *Sententia quid.*
4 *Sententia potiùs debet eſſe ritè, quam rectè facta.*
5 *Ritè quid importet.*

Recte

6 *Rectè quid?*
7 *Iudex in iudicando debet attendere ritū, & ordinem iudicij.*
8 *Sententia dicitur ritè facta si sit facta secundum ordinem iuris, & iudicij, licet consona non sit veritati.*
9 *Sententia deficiens in substantialibus requisitis ad iudicium declaratur nulla.*



HVC vsque egimus de cognitione Iudicis, & de actibus, qui ad sententiam proponi debent nunc de ipsa sententia videndum erit, quia autem sententia aliquando fa-
1 cit transitum in rem iudicatam, & ab ipsa appellari non potest, ideo etiam de sententia, vt ta'is est hic erit agendum,
2 licet ipsa sententia, à qua potest appellari dicatur res iudicata large sumpta, vt patet ex *DD. in l 1 ff. de re iudicata, hic tamen per* §. 1.
3 Aduerte, quod sententia est controuersiæ propositæ à Iudice rite facta definitio,
4 ex qua definitione nota, quod sententia debet esse potius rite facta, quam rectè
5 ly ritè importat ordinem iudicij, ly rectè importat iustitiam causæ, *l. non putauit,*
6 *§ non quaeuis, ff. de bonorum possessionibus, contra tabulas,* Iudex autem in iu-
7 dicando debet attendere ritum, & ordinem iudicij, prout hic ex *l. 1. ff de appell.* vt de sententia dicitur ritè facta, si sit se-
8 cundum ordinem iuris, & iudicij, licet alias nō sit veritati cōsona, & si nō sit ritè
9 facta, sed cū defectu substantiali in ijs, quæ requiruntur pro iudicio, tunc nulla declaratur, vt notatur hic ex *Abb. in cap. dile. Eli de emptione & venditione.*

In §. Sententiarum, cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia alia interlocutoria, alia diffinitiua.*
2 *Sententia, interlocutoria qua re sic dicatur, & quid sit.*
3 *Sententiæ interlocutoriæ exempla.*
4 *Sententia interlocutoria ex se non exigit scripturā, tamen notatur ab actuario, vt in actis inueniri possit.*
5 *Sententia interlocutoria differt à diffinitiua, hæc enim non retractatur quandocumque, illa vt plurimum sic.*
6 *Sententiæ diffinitiua definitio.*
7 *Sententia, quæ non dat finem liti absoluendo, vel condemnando non dicitur diffinitiua.*
8 *Sententia praeceptoria qua.*
9 *Sententia lata super possessorio non potest dici diffinitiua.*
10 *Sententiæ species omnes reducuntur ad diffinitiuam, vel interlocutoriam.*
11 *Sententia super possessorio potest dici diffinitiua pro fructibus, & interlocutoria ad tempus pro proprietate.*
12 *Sententia interlocutoria est omnino sub potestate Iudicis ipsam proferentis.*
13 *Sententia interlocutoria non recipit appellationem, nisi inferat damnum irreparabile.*
14 *Sententia interlocutoria, si aliquem infamet, potest hic ab ea appellare.*
16 *Sententia diffinitiua non exigit verba talia vt cōdemnamus, absoluimus, &c. sed sufficit per aequipollentia id exprimere.*
16 *Verba deseruiunt intentioni, non intentio verbis.*

HIc de speciebus sententiarum, & de affectibus ipsarum ideo.
1 Aduerte primò, quod prima species sententiarum est interlocutoria, alia est diffinitiua; interlocutoria sic di-
2 citur, quia inter principium, & finem causæ, quasi interlocutio est, notant, *DD. in rubrica, ff. de re iudicata,* potest autem sic definiri ex *Specul. in tit. de sententia, prolatione in princip. ex glos. in Clement. 1 de sequestrat. possess. & fructuum,* interlocutoria est, quæ inter principium, & finem causæ fertur super his, quæ emergunt. huius interlocutoriæ hic plura dā-
3 tur exempla, puta, quando Iudex dat terminum quando admittit exceptiones, &
4 in similibus; hæc antem interlocutoria ex se non exigit scripturam, tamen actuarius ipsam notat, vt in actis inueniri possit, & Iudex tantum signat ipsam,
5 sic patet ex *glos. hic verbo, nec in scriptis,* & differt etiam à diffinitiua, nam diffinitiua non potest quandocumque retractari, hæc autem, vt plurimum retractatur, patet ex *DD. in l. quod iussit, ff. de re iudicata.*
6 Diffinitiua sententia est iudicialis terminatio, quæ condemnando, vel absoluēdo principali cōtrouersiæ finem imponit, vt hic in §. *diffinitiua. ex l 1. ff. eodem, & cap. iurgantium extra eodem,* vnde quandocumque sententia non dat finem

iudi-

7 iudicio absoluendo, vel condemnando non dicitur diffinitiua, patet hic ex §.*diffinitiua* 1. q. 6.

Dices, dantur aliæ species sententiarum, ergo in sufficiens est diuisio posita, probatur antecedens, datur sententia præceptoria, & est quam facit Iudex vt
8 quis statim soluat, quod debet, sic notatur in præsenti ex summario *glos causa secunda. quæst.* 1. & patet ex *l. fin. ff de eo quod metus causa*. item est sententia lata super possessorio, quæ neque potest dici diffinitiua, quia restat adhuc agendũ
9 de petitorio. vt notat *Abb. in cap fin de de iudicijs.* & patet ex *cap. consultationibus extra de officio delegati*, ergo in sufficiens est diuisio posita.

Respondetur negando consequentiam, & pro his speciebus adductis dicimus eas
10 esse etiam reducibiles ad species assignatas, nam vt patet consideranti præceptiua
11 reducitur ad diffinitiuam, sententia autem super possessorio potest dici diffinitiua pro fructibus, interlocutoria verò, & ad tempus prout respicit sententiam de petitorio, ergo ad species assignatas reduci possunt, ac proinde non vrget instantia.

12 Aduerte secundò, quod interlocutoria est omninò sub potestare Iudicis qui
13 facit ipsam, & ideò nec ab ipsa appellatur, nisi concurreret damnum irreparabile alterius partis, vt si quis subeundo talem sententiam infamaretur, tunc enim potest ab ipsa appellari, prout ex *Trident. sess.* 13. *cap.* 1 *de reformatione*, vbi id diss sè ostendit ex *doctr. textus in cap. liceat de officio ordinarij, & cap. vt debitus de appellat.* & patet clarè ex apertissima litera *Tridentini*, vbi diffusè pro hac materia.

15 Aduerte vltimò, ex § *non tamen*, quod sufficit per æquipollens id, quod alio modo fieri deberet, & sic in materia nostra non requiritur necessario, quod sententia diffinitiua contineat hoc verbum, puta condemnamus, vel absoluimus, sed potest etiam per verbum æquipollens id
16 exprimi, non enim intentio verbis, sed verba deseruiunt intentioni, *c. Marchion* 1. *quæst.* 1 *l. in conditionibus primum locum, ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, & Dialectici dicunt verba ponit pro conceptu mentis exprimendo.

In §. Vocatis cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet proferri Iudice sedente.*
2 *Sententia debet scribi quia maximè considerari debet.*
3 *Sententia scribitur non, vt meliùs probetur, sed vt cum maiori deliberatione feratur.*
4 *Sententia lata Iudice non sedente est nulla ipso iure, nec indiget appellatione.*
5 *Sententia debet legi à Iudice, & si sint plures vnus legit pro omnibus, tamen in numero plurali.*
6 *Episcopus more illustrium potest sententiam legere per alium.*

Hic de aliquibus requisitis ad prolationem sententiæ pro quibus.
1 Aduerte primò, quod Iudex debet sententiam proferre sedens, & ipsam
2 debet scribere, per quæ requisita demõstratur maxima consideratio, quæ debet fieri ante probationem sententiæ, vnde *Hieronimus in cap.* 2. *Danielis videns senem sedentem* ait, (sedens describitur, vt maturitas sententię cõprobetur, & ideo
3 scribitur non vt melius probetur, sed vt cum maiori deliberatione feratur) notat *glos. hic ex Abb in cap. sicut extra eodem*, imò si Iudex sententiam proferat non
4 sedens, sententia est ipso iure nulla, ita vt nec appellatione indigeat, patet hic ex *cap fin eodem titulo in* 6. *& cap. in primis* 2. *quæst.* 1.
5 Aduerte secundò, quod Iudices debent ipsimet sententiam legere, quod si sint plures, sufficit si id faciat vnus ipsorum, loquendo tamen in numero pluriũ
6 Episcopus verò more illustrium personarum potest per alium sententiam legere, *cap. fin. eodem tit. in* 6. & patet hic ex §. *Episcopo*.

In §. Ex facto.

SVMMARIVM.

1 *Paritate votorum stante, concluditur pro actore si eius causa sit libertatis, dotis, vel alij fauoris.*

Pro

PRo hoc §. recolite quæ diximus in principio huius libri *tit.* 1. § *item mandari ex doctr Innocentij in cap. causam de iudicijs, & cap.* 1. *& seqq. distinct.* 64. vbi diximus, quid agendum, quando Iudices in pari voto discrepant, & sic aliqui sunt pro reo, alij pro actore,
1 hic tamen limitantur ea, quæ diximus, quando causa actoris esset fauorabilior, vt causa libertatis, causa doris, &c. tunc enim etiam in pari voto potius pro actore est cōcludendum ratione ipsarum causarum, quæ fauorabiliores sunt, *l. inter partes, ff. de re iudicata, l.* 1 *ff solut. matr. l. libertas, ff de reg iuris, & in alijs similibus videte autorem, & glos. hic.*

In §. Quod si pluribus, vsque ad §. Is autem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur iudicare secundum regulas iuris communis, vel municipalis.*
2 *Pontifex de via ordinaria loquendo, & secundum vim directiuam non potest iudicare contra regulas iuris, nisi ex causa vtilitatis, vel necessitatis.*
3 *Papa non solet sine causa dispensare, si tamen de facto dispenset, non est inualida eius sententia.*
4 *Princeps absolutus est supra ius purè positiuum.*
5 *Princeps absolutus, de æquitate, & ad exemplum aliorum subditur legibus positiuis.*
6 *Sententia alia contra ius commune, alia contra ius litigatoris.*
7 *Sententia contra ius commune est nulla ipso iure.*
8 *Sententia contra ius litigatoris non est, nulla, sed erit annullanda per reclamationem ab ipsa.*
9 *Iudex in iudicando non semper applicat mentem vni speciei probationis.*
10 *Sententia iniusta si ei pars acquiescat, dummodo non sit contra ius commune, efficitur iusta.*

MVlta etiam pro his §. patent ex dictis in eodem tit. 1. quando scilicet valeat dictum vnius Iudicis contra alios consocios, item quando possit vnus procedere sine alijs, tamē præter ibi dicta.
1 Aduerte primò, quod tenetur Iudex iudicare secundum rectas regulas iuris communis, vel Municipalis, *cap.* 1. *& cap. cum causam extra eodem*, & notat *Abb. in dicto cap* 1. ideo nec Pontifex de
2 via ordinaria, & secundum vim directiuam potest iudicare præter regulas iuris, nisi causa necessitatis, vel vtilitatis maximæ id expostuler patet hoc in §. *ex*
3 *causis, & cap de multa de præbendis*, neque enim Papa sine causa dispensare solet, si tamen de facto id faceret. nō per hoc eius sententia erit inualida. nam Prin-
4 ceps absolutus est supra ius pure positiuū, *l. princeps, ff. de legibus, l digna vox ci-*
5 *tat. tit.* loquimus enim de æquitate. & ad exemplum aliarum, vt ex *tit. ff. quod quisque iuris.*

Aduerte secundò, quod est differentia,
6 quando Iudex iudicat contra ius commune, & quando iudicat contra ius litiga-
7 toris, primò enim casu sententia est nulla ipso iure, *l. si expressim, ff de appellat.*
8 Secundò casu non est nulla ipso iure, sed annullanda per reclamationem ab ipsa, vt si quis probasset, aliquem in ætate perfecta donasse, & Iudex declararet donationem in validam ex defectu ætatis v. g. tunc enim deber gratiarus appellare, & audiri debet de suis rationibus, dū procurat annullationem sententiæ, quia
9 vt notat *glos. hic* Iudex in iudicando non semper applicat mentem ad vnam speciem probationis, colligit ex *Butrio in cap præsentem extra de renunciatione.*
10 quod si pars acquiescat, & sententia non sit contra ius commune præsumitur iusta, vt in *cap. causam extra eodem.*

In §. Is autem, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudicans contra leges punitur varijs pœnis, & signanter suspensione officij per annum.*
2 *Suspensione officij pendente si Iudex administret aliquid iurisdictionis grauiter puniri debet, tanquam contemnens præceptum Superioris.*
3 *Iudicans cōtra legem tenetur damnum refiscere parti læsæ, & de iure authenticorum pœna tripli.*

1 PVniuntur, qui contra leges iudicant varijs pœnis, & signanter suspensione ab officio, per annum, prout

prout hic ex *cap. quæ fuit de verborum*
significatione, & si pendente, tali suspen-
sione aliquid iurisdictionis administrare
2 voluerit, grauiter puniri debet, tan-
quam contemptor præcepti superioris,
cap. ad apostolica eodem tit. in 6. item
3 tenetur reficere omne damnum parti
læsæ, & de iure authenticorum est pœna
tripli, prout hic ex *§. si quis autem, auth.*
sed nouo iure.

In §. Lata, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando dicatur fecisse transi-*
tum in rem iudicatam.
2 *Appellationis tempus continuum.*
3 *Sententia non facit transitum in rem*
iudicatam, si appellare volens non
habuit copiam Superioris ad quem;
& datur cautela, vt tempus non
currat.
4 *Sententia non facit transitum in rem*
iudicatam in causa matrimonij.
5 *Sententia nunquam transit in rem iu-*
dicatam, si eius transitus operetur di-
scrimen salutis æternæ.
6 *Animæ damnum, & periculum non*
potest per partes remitti.
7 *Sententia quando non transit in rem*
iudicatam remissiuè.
8 *Sententia, quæ fecit transitum in rem*
iudicatam parit etiam obligationem
naturalem, ratione consensus præ-
stiti.
9 *Appellare potens & non appellans, vi-*
detur consentire, & sententiam ap-
probare.
10 *Appellatione non interiecta, vel prose-*
cuta infra tempus habile sententia
firmatur, nec potest ab ipsa recedi,
nisi sint illi, qui habent restitutionem
in integrum.

ADuerte primò, quod postquam
sententia lata est, nisi ab ipsa ap-
1 pelletur infra decem dies à noti-
ficatione, & iura offerantur post 40. dies
ab appellatione, dicitur facere transitum
in rem iudicatam, ita vt nec liceat in po-
sterum ab ipsa appellare, & tale tempus
2 est continuum, *glos. hic verbo spatium ex*
l. 1. §. dies, ff. quando appellandum sit.
3 Aduerte secundò, id limitari primò,
quando quis non habuit copiam Iudicis,
coram quo proponeret ius suæ appella-
tionis, tunc enim contra ipsum non
currit tale tempus, licet secundum *Bart.*
quem sequitur Abb. in cap. quo ad con-
sultationem extra eodem. consultius fa-
ceret pars, si coram publicis, & hone-
stis personis protestaretur de sua promp-
titudine ad appellandum. Secundò li-
4 mita in causis matrimonialibus, tunc
enim transitus temporis post sententiam
non potest tollere impedimentum, quod
dirimit matrimonium, vt notatur hic in
§. *excipiuntur ex cap. lator extra codem,*
5 idem dic in casibus similibus, in quibus
transitus in rem iudicatã inferret discri-
men salutis æternæ *cap. inter monaste-*
rium extra eod & rationem dat *glos. hic*
ex Abb. in cap. iurauit de probationibus
6 nam periculum, & damnum animæ non
potest per partes remitti, & 24. casus si-
miles ponit Venusinus in speculo aureo
7 in principio 2. partis principalis.
8 Aduerte tertiò, quod postquam
sententia fecerit transitum in rem iudi-
catam parit etiam obligationem natura-
lem, & radix tales obligationis est con-
sensus præstitus, qui enim potens appel-
9 lare, id non facit, consentire videtur, &
approbare sententiam, meritò tenetur
obseruare pactum, quasi tacitum *l. 1. ff. de*
pactis, cæterum non interiecta appella-
10 tione, vel non prosecuta intra tempora
prædicta, firmatur sententia in totum
ita vt non liceat ab ipsa recedere, nisi pro
illis, qui habent priuilegium restitutionis
in integrum.

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata, & quæ fecit transitum in*
rem iudicatam illos ligat, pro quibus,
vel contra quos est lata, non alios.
2 *Sententia vnica est terminandum nego-*
tium pro re communi, vel simili causa,
ideò contra vnum lata alijs nocet.

SEntentia quæ fecerit transitum in
rem iudicatam pro illis valet, &
1 eos ligat, pro quibus, vel contra
quos lata est nec alijs præiudicium infer-
re potest, *l. res inter alios, C. quibus res*
2 *iudicat non noceat*, quod limita, quando
omninò similis esset causa, vel pro re
communi, tunc enim vnica, eademque
sententia erit terminandum negotium,
prout ex *l. vnica, C. si vna sententia plu-*
res condemnati sint.

DE

DE EXECVTIONE rei iudicatæ,

TITVLVS DECIMVS QVINTVS.

SVMMARIVM.

1 *Sententia postquam fecerit transitum in rem iudicatam est exequenda.*

2 *Sententia statim demandatur executioni, si sit in rem.*

3 *Sententia contra personam in ciuilibus exequitur post quadrimestre.*

4 *Sententia in criminalibus statim executioni demandatur.*

5 *Sententia in criminalibus non est statim exequenda, quando Reus ab initio confessus est delictum, sed dilatatur tempus, donec pars confirmet, vel reuocet confessionem.*

6 *Sententia lata contra fœminam prægnantem non exequitur statim, sed differtur donec pariat.*

7 *Sententia lata ex ira Principis nō statim est exequenda.*

8 *Vindicta est danda crimini non furori.*

9 *Puniri non debet quis in ira, in qua non vt homines operamur.*

10 *Exulatus ad certum locum potest commorari, donec à Iudice locus assignetur, nec interim dicitur contumax.*

11 *Sententia lata contra seruum Castaldum est protrahenda vsque quo reddat computus, & ratiocinia sua domino.*

12 *Sententia lata contra personam in ciuilibus exequitur infra quadrimestre, quod tempus differri, & limitari à Iudice potest ex causa, non ex libito.*

13 *Temporis diminutionem in executione sententiæ si pars sit passa voluntariè, sibi imputare debet, nec appellat n si proponat excessum quod passus est in executione sententiæ scilicet si modus iuridicus non sit seruatus.*



1 POSTQVAM sententia fecerit transitum in rem indicatam, exequenda est, meritò de hac executione in præsenti, ad cuius tit. & trium §. §. intelligentiam.

Aduerte primò, quod res iudicata executioni demandatur statim si sententia
2 fit in rem, si verò sit contra personam in ciuilibus post quadrimestre, *cap. quærenti*
3 *de officio delegati, cap. cum apud* 11. *q.* 3.
4 in criminalibus verò statim executioni mandari debet, *cap. sicut* 2. *quæst.* 1. *l. eum reis, C. de pœnis*.

Limitatur tamen hoc in quinque casi-
5 bus. Primò, quando pars ab initio confessa est delictum, tunc enim sententia non est statim exequenda, sed dilatatur tempus donec pars confirmet confessionem, vel reuocet, *l.* 2. *C. de custodia reorum; & glos. in dicto cap. cum apud* 11. *quæst.* 3.

6 Secundò si sit lata contra fœminam prægnantem, tunc enim expectari debet; donec pariat. *l prægnantis ff de pœnis*.

7 Tertiò, si sit lata ex ira principis, *l si vindicari C. de pœnis* potius enim vin-
8 dicta crimini, quam furori danda est, vnde *Cicero* dixit, non esse puniendum in
9 ira, tunc enim non vt homines operamur.

10 Quartò, si locus exilij sit assignandus à iudice, tunc enim potest quis immorari, donec locus assignetur, nec interim erit contumax *cap. biduum*, §. *si quidem* 2. *quæst.* 6.

Quintò, quando est lata contra seruū Castaldum, tunc enim protrahi debet,
11 donec seruus suo Domino ratiocinia dabit, *l* 1 *C de bonis præscriptiorum, glos. in dicto cap cum apud verbo animaduersione*.

12 Aduerte secundò, quod tale tempus quadrimestre in sententia contra personam potest prorogari, & restringi arbitrio Iudicis, concurrente tamen rationabili causa, non omninò ex eius beneplacito, *l. à procedente*, C. *de dilationibus*, quando autem tale tempus fuit à Iudice abbreuiatum, & pars voluntariè passa est talem diminutionem, sibi imputare debet ex communi regula, *quod quis*, nec appella s deinde auditur, nisi proponat excessum quem passa est in executione sententiæ, vt si non sit seruatus modus iuridicus adhibendus in executione sententiæ, de quo modo videte, *glos. hic, verbo excedatur*.

In §. Fama.

SVMMARIVM.

1 *Sententia executioni demandatur à Iudice ordinario.*

2 *Sententia non potest exequi à delegato ordinarij, nisi & ad hoc habuerit mandatum.*

3 *Sententia potest executioni demandari à delegato Principis etiam post annum prolationis, nisi eius expirasset iurisdictio.*

4 *Delegatus à Principe potest ordinario demandare, vt suam exequatur sententiam.*

5 *Delegatus à Principe Principis repræsentat personam, ideò maior est ordinario.*

HIc videndum est, quis nam possit sententiam executioni mandare, quare.
1 Aduerte, quod Ordinarius suam sen-
tentiam executioni demandat, §. *cum igi-
tur infra eodem*, delegatus verò à Iudice
2 ordinario non sic, nisi & ad hoc habuerit
potestatem, prout ex *l. Iudex posteaquã,
ff. de re iudicata*. Secundò, delegatu à
3 Principe potest per se sententiam execu-
tioni mandare, etiam per annum post
prolationem sententiæ, dummodo iterũ
non expirauerit eius iurisdictio. *Abb. in
cap. significasti de officio delegati, in ter-
4 tio notabili*, & potest etiam præcipere
ordinario, vt sententiam suam executio-
5 ni demandet, nam delegatus repræsen-
tat personam Principis, & sic maior est
Iudice ordinario, *cap. studuisti, & cap.
sanè, de offic. deleg.*

In § Si quidem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius, vel delegatus à Principe possunt alteri sententiæ executionem demandare.*

2 *Sententiæ executor potest coram se admittere exceptiones contra iniustam sententiam, sed tenetur Superiori referre.*

3 *Sententiæ nudus executor, non habet causæ cognitionem.*

4 Capituli quod si nõ cognitio 25. quæst. 2. *intellectus.*

1 POtest Iudex ordinarius, vel delega-
tus à Principe committere alteri
executionem sententiæ, huius oc-
2 casione quærebatur quid si coram exe-
cutore sententiæ partes proponant suas
executiones, & exceptiones contra iniu-
stam executionem sententiæ, an posset
executor cognoscere de his exceptioni-
bus. Respondetur in præsenti, quod po-
terit exceptiones admittere, sed Supe-
riori referre tenetur, ipse vero cum sit
3 nudus executor non habet causæ cogni-
tionem, nec iurisdictionem, *cap. de cætero,
extra eodem*, id autem quod deponitur,
in cap. quod si non cognitio 25. quæst. 2.
4 habet locum in executore, qui habet
etiam causæ cognitionem, & sic non est
merus executor.

In §. Cum igitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, cuius executio alicui demandatur, si sit iniusta, non debet de hoc cognoscere executor.*

2 *Executori, non demandatur causa cognitio, sed simplex executio.*

3 *Executor iniustæ sententiæ potest rogare delegantem, vt eum à tali executione à se facienda liberet.*

4 *Executor sententiæ si sit iniusta, potest instare tamdiù differri executionem, quamdiù superiori veritas innotescat.*

5 *Executor iniustæ sententiæ in foro conscientiæ semper peccat illam exequendo, nisi in dubio, quod tamen deponere debet cogitando superiorem iustè iudicasse.*

6 *Sententia nulla nullum producit effectum, nec executioni demandari debet, cum pro ea neque Iudex dicatur*

7 *Sententia iniusta in criminalibus neque parte consentiente firmatur.*

8 *Dominus nemo est membrorum suorum.*

9 *Appellatio etiam ab extraneo admittitur pro iniustè condemnato.*

DIximus in superioribus, delega-
tum à Principe posse executio-
1 nem suæ sententiæ demandare
ordinario; huius occasione poterat esse
dubium, quid si sententia cuius executio
demandatur, fuerit iniusta: dicitur, ta-
men hic, quod executor non debet de
2 hoc cognoscere, quia ei non demandatur
causæ cognitio, sed tantũ sententiæ exe-
cutio, vt notatur in præsenti §. verum
3 tamen est, quod potest executor rogare
delegantem, vt ipsum liberet à tali exe-
cutione facienda. *cap. pastoralis, § quia
vero de officio delegati*, vel debet instare,
4 vt tamdiu sententiæ executio differri pos-
sit, donec Principi rei veritas innotescat,
tamen in foro cõscientiæ iniustã exequẽs
sententiam, semper peccat, nisi in dubio

quia

5 quia tunc potest cogitare superiorem iu-
stè iudicasse, & sic dubium deponere.
Limita hæc primò, quando sententia
esset etiam nulla, quia tunc nullum pro-
6 ducit effectum, & quia nec potest dici
iudex in sententia nulla, *cap. forus de verborum significatione*; Limita Secundò,
in criminalibus, in quibus neque pars
7 consentiens in sententiam iniustam, fir-
mant ipsam, cum nemo sit dominus mē-
8 brorum suorum. *l. liber homo, ff. ad leg. aquiliam*, imò notat *glos. hic verbo tenebitur*, quod potest etiam extraneus ap-
9 pellare pro iniuste condemnato, & ap-
pellatio admitti debet, *l. non tantum, ff. de appellat.*

In §. Sed quid.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem non admittit causa demandata à Papa (appellatione remota) nisi impetrato rescripto destructiuo prioris vbi fuit inhibita appellatio, & debet fieri mētio de inhibitione per verba (quacumque prohibitione non obstante,) vel similia.*

2 *Delegatus, cui est commissa causa fine appellatione, si velit potest sententiam exequi ante impetratum rescriptum quod liceat appellari.*

3 *Appellatione declarata inualida, & declarato bene fuisse prouisum primus Iudex sententiam exequitur.*

ADuette pro hoc§ quod posito, quod
Papa alicui demandauerit causam
1 (appellatione remota) nemo po-
terit appellare, nisi impetrato rescripto
destructiuo prioris vbi fuit inhibita ap-
pellatio, & debet facere mentionem de
tali inhibitione per hæc, vel similia verba
(quacumque prohibitione non obstante)
patet ex *cap. cæterum, & cap. cum dilecta de rescriptis*. Si tamen ante impetratio-
2 nem noui rescripti delegatus sententiam
executioni demandare velit, potest id fa-
cere; facta vero iuridica appellatione, vt
diximus, si declaretur bene prouisum
3 per primum Iudicem, & sic appellationē
fuisse iniustam, tunc primus Iudex sen-
tentiam executioni demandat, prout ex
DD. *in cap. pastorali, §. præterea de officio delegati, & colligitur ex glos. hic verbo discursu.*

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ executio impeditur per petitionem restitutionis in integrum.*

2 *Sententia non impeditur executio per petitionem restitutionis, si sit suspicio contra petentem, quod faciat potius ad dilationem executionis, sed exequitur præstita cautione de restituendo.*

MVltis modis potest etiam res iu-
dicata suspendi, & non exequi,
1 vt per DD. *in cap. quo ad consultationem extra eodem*; vnus tamen
in specie proponitur hic, scilicet quando
quis petit restitutionē in integrū, vt hic
& in *l. vnica, C. si sæpe in integrum restitutio postuletur*, si autem fit suspicio cō-
2 tra petentem dictam restitutionem, quod
scilicet id faciat potius ad protrahendam
executionem sententiæ, tunc sententia
exequi debet, præstita tamen cautione
de restituendo, colligit *glos. hic ex cap. scissitata de in integrum restitutione.*

DE APPELLATIONIBVS.

TITVLVS DECIMVS SEXTVS.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ex quibus capitibus oriri possit.*

2 *Appellatio quid.*

3 *Appellatio non fit ad Iudicem inferiorem, vel æqualem, sed superiorem.*

4 *Consuetudo non potest inducere appellationem ad inferiorem, vel æqualem.*

5 *Consuetudo potest valere appellandi ad Iudicem superiorem relicto medio.*

6 *Appellatio valet à sententia etiam ante illius prolationem, quod est quando Iudex allegatur suspectus:*

7 *Appellationis effectus.*

HVC



HVC vsque vidimus de præparatorijs ad iudicium de sententia eiusque executione, cum autem hæc impediatur aliquando per appellatioeē à parte propositam, meritò de appellationibus hic, ad cuius, tit. & §.1. intelligentiam.

1 Aduerte primò, quod appellatio oriri potest, vel ex imperitia Iudicis vel ex eius iniquitate, & imperitia, si Iudex ex ignoranria, & sic ex culpa iniustam protulerit sententiam, ex iniquitate, quando ex dolo, & data opera ralem facit sentenriam, quomodocumque autem pro-
2 cedat appellatio, sic definiri potest, est (prouocatio ad maiorem Iudicē ratione grauaminis illati, vel iosferendi,) dicitur (ad maiorem Iudicem) ad ostendendum,
3 quod non appellamus ad inferiorem, vel ad æqualem Iudicem nec per consuetu-
4 dinem id induci potest, *cap.2. de consuetudine in 6.* licet valeat consuetudo appellandi ad Iudicem supremum relicto
5 medio, ver.gra. appellandi ad Papam ab Episcopo, relicto Metropolitano, *cap.referente de probat. cap.anteriorum 2.q.6.*
6 dicitur (grauaminis illati, vel inferendi) ad ostendendum, quod possumus appellare à sententia, antequam feratur, quod est, quando Iudicis suspicio proponitur, *cap bona extra eod.*

7 Aduerte secundò, quod appellatio varios producit effectus. Primus, est deuoluere iudicium ad Iudicem supremum, & hic solet esset effectus voicus in pluribus causis, vt est in causa censuræ, vbi non est aliud, quod suspendatur, sed tantum deuoluitur censuræ recognitionem quando sententia fuit nulla, tuoc enim nihil suspeoditur, sed totum iudicium deuoluitur prout ex *Bart.in l. si express. ff.de appellat.*

Secundus, est suspendere executionem sententiæ, prout hic ex *glos. verbo detegi ex cap venientes de iure iurando, & cap. pastoralis, paragrapho præterea, de officio delegati.*

Tertius, effectus est suspendere præsumptiooes., quæ erant pro sententia prout hic ex *cap.eum ad sedem de restitutione spoliat. & cap. in præsentia eod. titulo.*

In §. Appellationum, cum sequenti,

SVMMARIVM.

1 *Appellatio alia Iudicialis, alia extraiudicialis.*
2 *Appellatio extraiudicialis qua.*
3 *Appellatio extraiudicialis non admittitur de iure ciuili nisi in certis quibusdam casibus.*
4 *Appellationes extraiudiciales dicuntur tales potiùs per analogiam, dici debent potiùs prouocationes in genere.*
5 *Appellatio Iudicialis qua.*
6 *Appellatio valet à sententia interlocutoria.*

1 ADuerte, hic pro speciebus appellationis, quod alia est appellatio iudicialis, alia extra iudicialis,
2 hæc est de qua diximus, quando scilicet, quis timet grauamen inferendum à Iudice inferiori, & ideò ad superiorem appellat, prout hic in pluribus casibus in *cap. accedens, vt lite non contestata.* ius autē
3 ciuile appellationem extra iudicialem nō admittit, nisi in certis quibusdam casibus *glos.hic verbo casibus ex cap non solum, §. ante sententiam 2. quæst.6.* & iste appellationes extra iudiciales dicuntur tales potiùs per analogiam, vnde debent
4 dici prouocationes in genere, *Abb. in cap.eum tit.& cap bona extra eod.* appel-
5 latio iudicialis est propria appellatio, & fit de sentenria iam lata ab inferiori ad Iudicem Superiorem, siue sit interlocutoria, siue diffinitiua, vt notatur hic in
6 *§.rursus,* & ab interlocutoria appellati posse docet, *Trid. sess. 13. de reformat. cap.primo.*

In §. Multum autem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione interposita à sententia interlocutoria infra dies 30. debēt procurari littera dimissoriales Iudicis à quo ad Iudicem ad quem alias declaratur appellatio deserta.*
2 *Appellatione declarata deserta oritur præsumptio iuris, & de iure quæ præsumptio non admittit probationem in contrarium.*

Ap-

3 *Appellatio ab interlocutoria exigit omninò scripturam.*
4 *Appellatio ab interlocutoria non suspendit iurisdictionē Iudicis pro alijs actibus subsequentibus, nisi pro ipsis fuerint facta inhibitoria.*
5 *Appellatio à diffinitiua statim ligat manus iudicantis.*
6 *Appellatio à diffinitiua potest fieri statim post latam sententiam voce, Iudice pro Tribunali sedente.*
7 *Appellatio à diffinitiua non exigit causæ expressionem, sicut est necessarium fieri in interlocutoria alias exit nulla.*

QVi appellat à sententia interlocutoria debet infra 30. dies procu-
1 rare literas dimissoriales à Iudice à quo, ad Iudicem ad quem,
& si infra tale tempus dictas epistolas nō procuret, declaratur appellatio deserta, &
2 talis extimatur ex præsumptione iuris, &
de iure, quæ præsumptio nō exigit aliam probationem, prout ex *cap. is qui de sponsalibus*, & sic hæc appellatio ab interlo-
3 cutoria requirit omnino scripturam,
nec suspēdit iurisdictionem Iudicis à quo
4 pro alijs actibus subsequentibus, nisi fuerint inhibitoriæ pro ipsis; definitiua verò
5 statim ligat manus iudicanti, *cap. non solum extra eodem*, & potest fieri etiam voce statim post latam ipsam sententiam,
6 Iudice pro Tribunali sedente, prout ex *cap. 1 eodem tit in 6.* nec in ista causa ap-
7 pellationis exprimi debet, sicut fieri necesse est in illa, alias nulla est appellatio ab interlocutoria, nisi in ipsa iusta, & rationabilis causa exprimatur, *cap. ut debitus honor extra eod.*

In §. Idem iuris est.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet tempus statuere ad concedendos apostolos parti appellanti, quæ si non compareat infra illud certum tempus censetur appellatio deserta, & Iudex negotium prosequi potest.*
2 *Iudex nō debet dare tempus nimis coarctatum ad concedendos apostolos, sed competens, infra quod teneatur pars comparere, & petere, nec sufficit sola comparitio.*
3 *Appellantis expensis sunt expediendi Apostoli.*

1 POtest Iudex tempus statuere ad concedendos Apostolos parti appellanti, quæ si non compareat infra dictum tempus, censetur appellatio deserta, & potest Iudex negotium prosequi, ad euitandam verò fraudem debet
2 Iudex congruum tempus statuere, ne sit nimis coarctatum, & infra tale tempus tenetur pars comparere, & petere Apostolos, non enim sufficeret comparete tantum, *glos. hic ex c. si à Iudice eod. tit. in 6.* & eius expensis Apostoli expediri debent, *Clem. 2. eod. tit.*

In §. Quod si Iudex.

SVMMARIVM.

1 *Taciti, & expressi par est virtus.*
2 *Iudicem expressè negare Apostolos, & tacitè (vt non concessione tempore habili) idem est.*
3 *Appellationem pars prosequitur denegatis expressè Apostolis, idem si tacitè, ut modo dicto.*

1 TAciti & expressi eadem est virtus, vt notatur in summ. huius §. ideo idē erit, Iudicem negare expressè Apostolos, ac ipsos nō concedere tēpore determinato à Iure, vel à se ipso assigna-
2 to, & sicut negatis expressè Apostolis, potest pars procedere in sua appellatio-
3 ne, ita non concessis ipsis, ac proinde tacitè negatis, sic notatur in præsenti, & patet ex *cap* [illegible] *cap. romana*, & *Clem. 2. eod. tit. in 6.* a[illegible] hoc §. *pont. glos. hic in figurat. casus*, & *deinceps*.

In §. Appellationibus, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Sententia interlocutoria, & diffinitiua discrimen in appellando.*
2 *Appellatio ab interlocutoria debet continere causam, quia probari debet, vel debet esse notoria.*
3 *Appellationis ab interlocutoria causam debet esse pars parata probare per testes, vel instrumenta, ex quibus causa appareat appellandi sine Iudex reuideat siue non.*
4 *Appellationis ab interlocutoria causæ probatio sufficit verbaliter offerri.*

Dixi-

Diximus iam de differentia, quæ est inter appellationem ab interlocutoria, & à diffinitiua, ab
1 hac enim appellamus etiam non expressa causa, & si fit incontinenti potest fieri voce, prout ex *l.1. & 2.ff.eod.* ab interlocutoria autem appellatio fieri debet in scriptis, & debet etiam causa exprimi,
2 quæ, vel probari debet, vel saltem debet esse notoria, *Clem. appellanti eod.tit. & Abb. in cap vt debitus extra eod.* vnde saltem debet appellans esse paratus probare, vt scilicet offerat testes, vel instru-
3 menta, ex quibus appareat probabilis causa appellandi, siue Iudex teuideat, siue non parum refert, immo secundum,
4 *glos. hic verbo offerens*, sufficit verbalis oblatio probationis,vt colligitur ex *Abb. Butreo, & alijs in cap. interposita extra eodem.*

In §. Quod si Iudex, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad quem si nouerit iniustè fuisse appellatum non potest inhibere, ne Iudex inferior ad vlteriora procedat, nisi verè de legitimitate appellationis probetur.*

2 *Iudex ad quem si nouerit iustitiam appellationis inhibere potest Iudici à quo, ne procedat ad vlteriora.*

3 *Iudex ad quem cognoscens iniustè fuisse appellatum, debet remittere appellãtem ad Iudicem inferiorem condemnãdo partem ad expensas, & damnum ab iniusta appellatione ortum.*

Aduerte primò, quod Iudex ad quẽ appellatur, si nouerit iniustè fuis-
1 se appellatum, non potest inhibere, ne Iudex inferior ad vlteriora procedat, nisi verè probetur legitima causa appellationis, *Perus in c.romana, §.quid si obijciatur extra eod.* & tunc potest Iudex ad quem inhibere, ne Iudex à quo
2 vlterius procedat, *d c.romana.*

Aduerte secundò, quod cognito iniustè fuisse appellatum debet remittere
3 appellantem ad Iudicem inferiorem, & damnare ipsum ad expensas, & damnum ex tali iniusta appellatione ortum, *c significauerunt de test.c.vt debitus extra eod.*

In §. Sed & si Iudex.

SVMMARIVM.

1 *Cessante causa cessat effectus.*

2 *Appellatio ab interlocutoria cessat, si Iudex, qui ipsam protulit sit paratus eam emendare, vnde ad vlteriora procedere potest ipsa de facto retractata.*

3 *Iudex non debet se damnari facere de mutabilitate, & in constantia.*

4 *Sapientis est mutare consilium in melius.*

1 Cessante causa, cessat effectus, *cap. cum cessante extra eodem*, ideo si Iudex à quo est appellatum propter grauamen in sententia interlocutoria
2 illatum, paratus sit retractare dictam sententiam, & de facto tetractet ipsam, non poterit pars vlterius procedere, *Innoc. & Host. in cap.si à Iudice eod. titul.in 6.* quo facto, poterit procedere ad vlteriora, & appellatio erit in iusta, vt notatur hic *Abb.in dicto cap. cum cessante.*

3 Dices si hoc faceret Iudex damnaretur da inconstantia, & instabilitate, quod alienum debet esse à Iudice, vt diximus, ergo non est admittendum.

Respondetur negando consequentiam, & ratio est, nam sapientum est mutare
4 consilium in melius, *c.qualiter. & quando de acensationib.& Felin. in l.nonnunquam,ff.eod.*

In §. Sed Videamus, cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si velit docere de rationabilitate sua interlocutoria, & citet partem ad ipsam audiendam, licet promittat retractationem, si cesset sua ratio non tenetur pars ab appellatione desistere.*

2 *Appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis, ideò hic partem citare nequit.*

3 *Iudex si velit verè reuocare sententiã, & citet partem ad hoc, si ipsa non compareat potest negotium prosequi non obstante contumacia partis.*

4 *Iudex facit vt appellans inuitus ab appellatione desistat si velit suam retractare sententiam interlocutoriam, qui in sui est potestate.*

Sen-

5 *Sententia diffinitiua non potest reuocari.*
6 *Appellatio à diffinitiua non infert præiudicium ipsi Iudici.*
7 *Appellans potest se ab appellatione pœnitere, dummodo Iudex ad quem negotium non inceperit.*
8 *Appellationis negotium dicitur inceptum etiam per solam causæ commissionem.*
9 *Appellans potest ab appellatione desistere non obstante contradictione alterius partis, si ei offerat expensas, & refectionem interessis.*

Aduerte primò, quod licet Iudex velit docere de rationabilitate
1 suæ sententiæ interlocutoriæ, à qua pars appellauit, & ideo citet ipsam, vt compareat ad audiendam rationem talis sententiæ, & offerat retractationem, si non videatur rationabilis, non per hoc pars tenetur desistere ab appellatione, tenetur tamen in casu supra posito, quãdo scilicet verè retractat suam sententiã, & id offert sine dicta conditione, prout hic ex *cap. si à Iudice eod. tit. in 6.* & ra-
2 tio est, quia per appellationem est suspẽsa eius iurisdictio, nec potest partem citare ad id, *l. 1. ff. ad Turpilianum.*

Aduerte secundò, quod si Iudex velit verè reuocare sententiam, & citet partẽ
3 adhoc, si ipsa non compareat potest Iudex negotium prosequi non obstante contumacia partis, *dicto cap. à Iudice*, & in hoc casu facit Iudex, vt appellans recedat à sua appellatione, etiam inuitus, *Perus. in dicto cap. si à Iudice*, dum autem hic loquimur de reuocatione sententiæ intellige de interlocutoria, hæc enim est
5 in potestate Iudicis, non autem de diffinitiua, quam non potest Iudex reuocare,
6 & per appellationem ab hoc non infertur præiudicium ipsi Iudici, vt patet ex *cap. in litteris, & cap. venerabilis de offic. delegati, l. Iudex ff. de re iudicata.*

Aduerte tertiò, ex §. *ac veluti*, quod sicut potest Iudex impedire appellationẽ
7 reuocando sententiam, ita etiam potest appellans se pœnitere ab appellatione, dummodo Iudex ad quem negotium non inceperit, dicitur autem inceptum nego-
8 tium etiam per solam causæ commissionem, *c. interposita, §. ilia extra eod.* intellige etiam dictũ reluctante altera parte, parum enim facit eius repugnãtia si pœ-
9 nitens, & recedens ab appellatione ei offerat expensas, & refectionem interessis, *iux. tex. in c. reprehensibilis, & c. interposito, § illo extr. eod.*

In §. Non omnis, cum tribus sequentibus.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio valdè generalis, & incerta non admittitur.*
2 *Appellatio ab Episcopo si non dicat ad quem dicitur incerta, cum possit ab ipso appellari ad Papam, legatum, &c.*
3 *Appellatio de iure ciuili licet non dicat ad quem valet semper enim intelligitur appellatum ad superiorem immediatum.*
4 *Appellatio non admittitur in notorijs.*
5 *Appellatio non datur à causis leuioris momenti.*
6 *Appellare non possunt regulares contra disciplinam, & canonicam correctionem superioris.*
7 *Appellatio nõ debet esse defensio iniquitatis, sed innocentiæ præsidium.*
8 *Appellant regulares contra correctionẽ superioris, si sit valde seuera.*
9 *Appellatio à Iudice laico ad Ecclesiasticũ non valet, nisi ex consuetudine, vel ex subiectione laici Ecclesiæ pro feudo, vel altare temporali.*
10 *Appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis à quo, sed tantum pro illa causa, pro qua appellatum fuit.*
11 *Iudex à quo fuit appellatum appellatione non obstante, poterit facere decreta spectantia ad faciliorem causæ cognitionem.*
12 *Appellatione à causa matrimonij interposita, potest etiam Iudex à quo facere prohibitionem partibus, ne secundum contrahant matrimonium.*

1 In pluribus casibus appellatio non admittitur, pro quibus.

Aduerte primò, si appellatio sit valde generalis, & incerta, non habet locũ *cap. consuluit extr. eod.* sic esset de iure Canonico, si quis diceret appellatio ab
2 Episcopo, & non diceret ad quẽ, est enim incerta appellatio, quatenus potest hic appellare ab Episcopo, ad Papam, ad legatum, &c. ergo dum non exprimit, incerta est appellatio, non sic autem de iure ciuili, quotiescumque enim quis ap-
3 pellat, ad Superiorem immediatum appellasse dicitur, *l. 1. & l. Imperatores, ff. eod.* quod de iure Canonico non sic, vt aduertit, *Innocent. in cap. antiqua de priuilegijs.*

4 . ducrte secundò, idem esse dicendum in alijs casibus, & primò, in notorietate facti, quia in notorijs non datur appellatio. *dicto cap. consuluit, & c. romana*, § *fin autem eod. tit in 6.* Secundò, si cau-
5 sa sit levioris momenti vt datur exemplū hic in §. *& ideo* pro regul. larib. non enim
6 possunt isti appellare contra disciplinam, & canonicam correctionem Superioris, ratio adducitur in præcedenti §. nam appellatio non ad defensionem iniquitatis,
7 sed ad innocentiæ præsidium instruta est, patet ex *cap reprehensibilis extra eodem*, nisi Prælatus esset nimis seuerus & exce-
8 deret in correctione, tunc enim possunt subditi valide appellare, *c. 3. extr. eodem*. Tertiò, si quis appellanerit à Iudice laico
9 (non subdito Ecclesiasticæ iurisdictioni pro feudo, vel alia causa temporali) ad Iudicem Ecclesiasticum, *c. peruenit extra eod* quod limitat, *glos. hic*, quando consuetudo contrarium induxisset.

Aduerte tertiò, ex §. *licet*, quod appellatio legitimè facta non suspendit iurisdictionem Iudicis, à quo in totum, nisi pro illa causa, pro qua fuit appellatum dicto *c. romana, c. pastoralis, & c. proponit extra eod.* potest etiam circa causam, à qua
11 fuit appellatum idem Iudex à quo facere decreta, & præcepta spectantia ad faciliorem causæ expeditionem, vt dat exemplum, *glos. hic in causa matrimonij*, à qua si fuerit appellatum, potest Iudex à quo non obstante appellatione facere manda-
12 tum partibus, vt pendente exitu appellationis secundum matrimonium non contrahant, patet ex notatis in *c. qua fronte extra eod,*

In §. Interpositæ, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione interposita quicquid interim fiat nullum est.*
2 *Appellatione interposita ab interlocutoria ante diffinitiuam potest Iudex à quo procedere vsque quo Iudex ad quem inhibeat ne procedat.*
3 *Appellatione interposita ab interlocutoria si post inhibitionem Iudex à quo processerit, Iudex ad quem reducit ea ad pristinum statum, & nulla declarat quæ facta sunt.*

Appellatione interposita quidquid fiar in posterum nullum est, nec
1 firmitatem habet, patet ex *c. non solum eod tit. in 6.* si autem quis appellet ab interlocutoria ante diffinitiuā, & tunc
2 acta per iudicem à quo valent, donec Iudex ad quem post cognitionem iustæ causæ appellationis inhibeat Iudici à quo, ne vlterius procedat *d. c. romana*, § *si vero*, tamen post dictam inhibitionem si
3 quid fiat declarabitur nullum, & in pristinum statum reducendum per Iudicem ad quem, *cap non solum*, § *fin. eod. tit. in 6.* & declarat. *glos. hic in* §. *illa vero*.

In §. Appellare, cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Factum aliquando habet vim appellationis, quod quando sit, declaratur num. 3.*
2 *Facto plus est rem comprobare, quam verbis laudare.*
3 *Grauatus per sententiam, si ad superiorem iter arripiat, declarando quod id facit vt ad superiorem perueniat dicitur appellare, & interim factum non tenet tanquam appellatione pendente.*
4 *Sententia lata post discessum partis ad Superiorem vt appellet, non valet tāquam lata post appellationem.*
5 *Appellatio non est necessariò facienda per verbum appello, sed potest fieri per æqualem.*
6 *Verba deseruiunt intentioni, non intentio verbis.*
7 *Appellatio non habet certam formam verborum.*
8 *Appellare impeditus ex metu, idem est ac si appellasset.*
9 *Appellare impeditus, vt habeatur, ac si appellasset, debet se protestari coram probis viris.*
10 *Appellare impeditus propter metum, vt dicatur appellasse, debet iustum proponere metum.*
11 *Metus vanus non releuat.*
12 *Tempus currit contra appellare impeditum, nisi de impedimēto protestetur.*

1 Aduerte primò, quod potest multoties factum habere vim appellationis, plus enim est facto rem
2 comprobare, quam verbis laudare, & ideo si grauatus per sententiam ad superiorem

3 riorem appellationis iter arripuerit, si interim aliquid aliud agatur, nullum est, ac si esset factum pendente appellatione; vt habetur hic, & patet ex *c. dilecti, & c. vt nostrã extra eod.* verum tamen est, quod debet hic dum iter erripit declarare se id facere, vt ad Superiorem peruenire possit, vnde licet sententia excommunica-
4 tionis feratur post iter sic arreptum, non valet, tanquam lata post appellationem, vt expresse habetur hic in § *appellasse*.
5 Aduerte secundò, idem esse dicendũ in eo, qui appellat non per formale verbum appello, sed per æquiualens, vt si subijceret se, vel rem, de qua agitur pro-
6 tectioni Superioris, tunc enim idem est, si appellasset, verba enim deseruiunt intentioni, non è contra, *c. intelligentia de verb. signif.* & appellatio non habet cer-
7 tam formam verborum, *c. ad audientiam extra eod.*

Aduerte tertiò, eodem modo esse dicendum in eo, qui ex metu impeditus, nõ
8 appellauit hic enim idem est, ac si appellasset, debet tamen de hoc protestare
9 coram probis viris, *Abb. in c. fin. extra eod.* vel coram testibus, vt notat *gloss. hic*
10 *verbo viris*, ex quo habes duo, primum est, quod metus debet esse iuxtus, nam metus vanus non releuat, *l. 1 ff. quod me-*
11 *tus causa, c. penult. de in integrum restitutione.* Secundum est, quod non sufficit metus, nisi & protestatio subsequatur ad releuandam culpam non appellantis, alias esset contumax, & sententia transiret in rem iudicatam, *cap. pastoralis de offic. ordinarij*, colligitur ex *l. cum quidam ff. de appellationibus*, & eadem ratione notat
12 *gloss. hic* currere tempus contra impeditum de impedimento, *d. c pastoralis, & l. fin. C. de Episcopali audientia*.

In §. Quod si, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio sufficit fieri ab vno Iudice, ad vnum Iudicem, licet plures sint à quibus, & ad quos appellaretur.*
2 *Appellans si plures sint Iudices non sic de facili omnium copiam habere potest ideò ab vno sufficit appellare, &c.*
3 *Appellatio debet notificari, alias si non fuerit notificata allegari potest causa ignorantiæ.*
4 *Appellatio facta ab vno, à sententia contra plures omnibus consocijs prodest, si omnes eodem iudicio conuenti fuerint.*
5 *Appellatio vnius conuenti eodem iudicio cum alijs non prodest alijs, si appellatio non sit communis, ex via ordinaria, sed restitutio in integrum.*
6 *Restitutio in integrum intentata à pupillo prodest maiori in causa indiuidua, vel simile ius commune sibi, & pupillo.*

1 EX §. *quod si* habes, quod si plures sint Iudices, à quibus appellatur, & plures illi, ad quos dirigitur appellatio, sufficit, si coram vno ex iudicibus à quibus dicatur appello, *Clem. 1. eod. tit.* quia non semper de facili omnium præ-
2 sentia simul haberi potest; debet tamen appellatio notificari appellato, alias igno-
3 rantiam allegare potest, *c. præsumitur de reg. iur in 6. & d. Clem. 1.*

Ex §. idem collige, quod si sententia faciat pro, vel contra plures, quia omnes
4 eodem iudicio conuenti fuerint, vel egerint, appellatio inde secuta etiam ab vno, omnibus prodest, *c. sunt quorum 2. q 6. & Abb. in c. vna extra eod.* quod intellige
5 si appellatio sit communis ex via ordinaria, secus autem si vnus intentaret restitutionem in integrum, tunc enim factum
6 istius non prodesset alijs, *d. c. sunt quorũ*, nisi quãdo esset res indiuidua, puta actio, vel simile ius commune pupillo, & maiori, tunc enim pupillus intentans restitutionem in integrum prodest, & sibi, & maiori ratione indiniduitatis, *l. si communem, ff. quemadmodum seruitus amittatur*.

In §. Iam dubitari, vsque ad §. illud.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio remota in causa, per Principẽ sic causam committentem, si sit remota in vno articulo censetur etiam pro alijs remota, & quare.*
2 *Appellatio excluditur à quibuscumque casibus rescripti, si in fine rescripti apponatur clausula appellatione remota.*
3 *Clausula apposita in fine dispositionis non restringitur ad immediatè præcedentia, sed extenditur ad omnia in ea contenta.*
4 *Appellatio excluditur tantum à præcedentibus casibus rescripti, non à subsequentibus positis post clausulam appellatione remota, secus si in fine repetetur.*
5 *Appellatio admittitur non obstãte clau-*

sula appellatione remota, quando locus iudicij non esset vnus pro partibus.

6 *Appellatio admittitur non obstante clausula appellatione remota, quando apparet de aperta Iudicis iniquitate vt si iudicauerit contra expressam rationem, vel contra ius scriptum.*

7 *Appellatione remota Princeps potest committere, qui potest legem condere, alias talis clausula nulla est.*

8 *Appellatio est in genere defensionis, & nemini deneganda.*

ADuerte primò, pro his §. §. quod commissa causa per Principem si
1 remoueat appellationem in vno ex articulis eiusdem causæ, cēsetur etiam remota appellatio pro omnibus articulis, & ratio adducitur hic, nam cū demandetur iustitia administranda in omnibus articulis, in omnibus etiam appellatio interdicta intelligitur, vt patet ex *c. inquisitione, & c. secundo requiris extra eod.*

2 Aduerte secundò, quod est inspiciendum diligenter, vbi nam apponatur ista clausula (appellatione remota) an scilicet apponatur in fine rescripti, an in medio, si enim apponatur in fine, certum est, quod suspendit appellationem à quibuscumque casibus in dicto rescripto contentis, vt
3 notatur hic in §. *sed hoc*, vnde colligē, quod clausula apposita in fine dispositionis non restringitur ad immediatè præcedentia, sed extenditur ad cætera omnia, quæ in tali rescripto continentur, *glos. hic*
4 *verbo in fin ex Abb. in d. c. secundo requiris*, si verò apponatur in medio rescripti, tunc tantū censetur lata pro casibus præcedentibus ipsam, non autē pro subsequētibus, vt in dicto §. *sed hoc*, nisi in fine repeteretur etiam dicta clausula apposita in medio, vt patet ex *Abb. loco cit.*

5 Aduerte tertiò, quod etiamsi fuerit apposita dicta clausula valet tamen appellatio in duobus casibus, primus ponitur hic in § *interdum*, quando scilicet locus iudicij nō esset tutus pro partibus, ita vt ibi accedere non possent, tunc enim excusantur, & possunt appellare, *c. hortamur 33. quæst. 2. & DD. in c. ex parte extra eod* Secundus est quando appareret
6 aperta iniquitas Iudicis, ita vt sit sententia lata contra manifestam rationem, vel contra ius scriptum, tunc enim potest ab ipsa appellari, *c. inter cæteras de sententia, & re iudicata, c. examinata de confirmatione vtili, vel inutili*, & patet ex §. *idem etiam hic, vbi id aduertit glos.*

Ex his §. §. habes, quod ille potest causam committere appellatione inhibita,
7 qui est Princeps, & potest legem condere, alias nulla est talis clausula, cum appella-
8 tio sit in genere defensionis, & nemini deneganda, *d. Clem. pastoralis*, ergo qui potest legem mutare, is poterit appellationem interdicere.

In §. Illud.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis tempus quantum concessis Apostolis, ita vt post ipsum possit declarari appellatio deserta.*

2 *Appellatio neque de consensu partium potest vltra protrahi elapso tempore concesso.*

COncessis Apostolis pro appellatione non potest quis in perpetuum
1 derinere causam sic in suspenso coram Iudice ad quem, sed datur tempus vnius anni, vt possit appellationem prosequi, & ex rationabili causa ad biennium fit extensio, quo elapso adeo appellario
2 censetur deserta, vt neque ex cōuentione ipsarum partium possit negotium vltra protrahi, *c. ex causa, c. actione, c. non sit, & c. sæpe extra eod.*

In §. Quandiù.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis tempus non currit quando partes compromissum fecerint de appellatione.*

2 *Appellationis tempus quiescit pendente tempore compromissi.*

3 *Appellationis tempus à partibus taxatū in cōpromisso potest Iudex restringere ex ratione, non obstante compromisso, & dilatione partium.*

4 *Appellationis tempus à partibus taxatū, & compromissum debet dari ante elapsum tempus iuris alias frustra conantur extendere quod ius prohibet.*

LImitatur hoc, quod diximus, quādo partes compromitterent pro
1 appellatione, tunc enim non curreret tale tēpus, colligitur hic in *Clem. 1. de restitut. in integrum*, & sic pendente
2 tempore cōpromissi quiescit tempus appellationis, & nō currit, nisi expirato cōpromisso, *glos. hic verbo currit*, vbi ait, quod tempore compromissi videtur dormire tempus ad appellandum, sublimita hoc, quando iudicialiter videretur, tunc enim

3 enim rationabili causa cōcurrente, potest
Iudex contra communem cōsensum partium restringere tempus, quod ipsæ statuerunt pro compromisso, notatur hic ex
4 *DD. in l. 2. ff de offic. eius* item consensus
partium ad dilatandum tempus debet dari ante quã sit elapsum tempus assignatum à iure, alias frustra conantur extendere, quod ius prohibet.

In §. Licet, cum duobus sequent.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis tempus potest Iudex à quo prorogare attentis circūstantijs, distātiæ loci, personarum negotij, &c. & etiã abbreuiare.*

2 *Appellationis tempus si periculum sit in mora, poterit abbreuiari, vt in causa appellationis de inualiditate electionis, ne Ecclesia diù vacet rectore.*

3 *Appellationis tempus, etiam biennij ex causa, protrahitur vt si sit petenda restitutio in integrum.*

4 *Appellationis tempus protrahitur etiam vltra biennium ex causa, vt si appellãs fuerit legitimè impeditus à prosecutione appellationis.*

5 *Appellationis tempus non currit contra legitimè impeditum.*

6 *Appellationis tempus vt non currat cōtra legitimè impeditum debet per ipsum probari impedimentum, quod probat etiam per iuramentum.*

7 *Appellationis tempus non clauditur, quando Iudex tenetur ex officio iudicare.*

8 *Appellantis negligentia etiam elapso tempore non facit cessare Iudicis officium, in quibus Iudex ex se procedere potest.*

MVlta habentur in his §. §. quæ patent ex dictis, tamen præter supra posita.

1 Aduerte primò, quod potest Iudex à
quo attentis circumstantijs distantiæ loci personarum qualitatis negotij, &c terminum prorogare vel abbreuiare, quod maximè faciet si periculum sit in mora, vt datur exemplũ hic in §. *superior* pro cau-
2 sa appellationis de inualiditate electio-
nis, tunc enim ne Ecclesia diù vacet suo rectore, poterit tale tempus abbreuiari arbitrio Iudicis, *c. quam sit de elect. in 6. & c. constitutus extra eod.*

3 Aduerte secundò, quod protrahitur ta-
le tempus etiam biennij ex causa, vt si sit petenda restitutio in integrũ, tunc enim tale tempus nihil obest, idem est si quis
4 fuerit legitimè impeditus à prosecutione
appellationis, puta quia infirmus, vel simili impedimento detentus, quia vt su-
5 pra diximus contra legitimè impeditum
non currit tempus. patet ex *c. insinuatione extra eod.* debet tamen hic legitimè impeditus probare tale suum impedimentum, vt per *glos hic ex Abb. & Speculat. in § nunc breuiter, vers. quid ergo, hoc co-*
6 *dem tit.* vbi ait, legitimum impedimen-
tum posse probari per iuramentum, idem etiam est dicendum, quando Iudex de re,
7 pro qua appellatur, teneretur iudicare ex
officio, nam ex negligentia appellationis (etiam elapso biennio, vel alio tempore
8 statuto) non cessat officium Iudicis pro
ijs, in quibus Iudex ex se procedere potest vt patet ex *glos hic verbo off.* & colligit ex *l. quamuis, C. de adulterijs, & cap. si forte de elect. in 6.*

In §. Pars quoque.

10.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis tempus potest pars abbreuiare, non sic protrahere.*

2 *Inducta ad vnum propositum, non debent contrarium operari.*

3 *Appellare nō licet tertia vice pro eadem causa, licet adhuc non transierit sentētia in rem iudicatam.*

4 *Lites non debent protrahi in damnum Reip. & collitigati, ideò non licet tertiò prouocare.*

5 *Appellatio trina fuit proposita à Tabega, & ly trina appellatio declaratur quomodo processerit.*

NOn tantum Iudex potest terminum protogare, vel abbreuiare, sed etiam pars ipsa appellans po-
1 test terminum sibi cōcessum à Iudice, vel
à iure abbreuiare, non autem vltra pro-
2 trahere, vt habetur hic, ne inducta ad
vnum propositum contrarium operētur, *l. legata inutiliter, ff. de legatis primo*, & patet ex *c. personas extra eod.* nemo autem
3 potest pro eadem causa tertio appellare,
licet adhuc non transierit in rem iudicatam, patet hic ex *c. tua extra eod.* quod est ex ea ratione, ne vlterius lites protrahã-
4 tur in damnum Reip. & interesse colliti-
gati, contra tex. in *l. properandum, C. de iudicijs*,

Dices, ex *c. Lotarius 31. q. 2.* vbi habe-
5 tur, quod Tabega, ter appellauit, ergo
potest pro eodem negotio ter opponere.

Respondetur disting. antecedens, ter appel-

appellauit formaliter, & nego, ter appellauit materialiter, & concedo, hoc est, ter emisit vocem, dicendo appello, appello, appello, non autem, quod expedita vna appellatione, aliam, & tertiam intentauerit, vt notat *glos. hic*.

In §. Postremò.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ confirmatio aliquando impetrari solent.*
2 *Sententiæ confirmatio, vel laudi multipliciter se habere potest, & latè distinguitur, & explicatur per totum.*

1 ADuerte primò, pro hoc §. quod aliquando quis impetrat confirmationem sententiæ, quæ confirmatio multipliciter se habere potest, vel enim quis pendēte appellatione, vel lau-
2 do ferendo à compromissarijs, impetrat confirmationem in forma cōmuni, & tunc talis confirmatio non præiudicat sententiæ appellationis, nec laudo ferendo, *cap. bonæ, de confirmatione vtili, vel inutili*, & si laudum iam latum fuerit validū, nec tali confirmatione munitur, *c. examinata de confirmatione vtili, vel inutili*; vel quis impetrat confirmationem super sententiā iam decisam pro te, quam pacificè possidet, & tunc confirmatio operatur hoc vt non possit inferior amplius de tali re cognoscere, si Papa dixerit (ex certa scientia factum approbamus) tunc enim videretur tacere sententiam propriam, & maiorem dat authoritatem negotio, *c. 2. de confirmatione vtili, vel inutili, & cap. quis nesciat dist. 11.* vel confirmatio est magis lata, ita vt Princeps dixerit, suppletes de plenitudine potestatis omnē defectum in negotio, & tunc qui illegitimè possidebat, incipit iuste possidere, *c. 1 de transact. & glos. hic ex Abb.*

Aduerte secundò, quod si quis in tali nec vltima forma impetrasset confirmationem, suspenditur appellatio, & laudum etiam iniustè latum iustum esset ex volūtate, & potentia absoluta Principis, vt colligitur ex præsenti *§. glos. ibid.* secus autem in foro poli, tunc enim semper iniuste possessum reddi debet, diximus *lib. 4. de furtis* agentes de restitutione.

DE RESTITVTIONE in integrum.

TITVLVS DECIMVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum quid sit & num. 4. & 6.*
2 *Restitutione in integrum qui gaudeant.*
3 *Restitutionem in integrū quando maior habeat.*
4 *Restitutio in integrum datur Reipub & Vniuersitati.*
5 *Restitutio in integrum conceditur Vniuersitati quia continet minores, qui ea vti deberent, & quia negotia per alienas manus administrat & lædi potest sicut minor.*
6 *Restitutio in integrum conceditur collegijs, locis pijs, hospitalibus, &c.*
7 *Restitutio in integrum vsque ad quod tempus peti possit, & quid de iure Regni Neap.*
8 *Restitutio in integrum annullat quidquid factum est siue per contractum, siue per sententiam contra minores ante legitimam ætatem.*
9 *Restitutio in integrum conceditur pro causa alicuius momenti, non sic pro causa leuissima.*
10 *Læsionis grauitas colligitur in persona læsa leue enim indiutte, est grauissimū in paupere.*
11 *Restitutio in integrum potest peti contra quamlibet sententiam etiam Papæ.*
12 *Restitutio in integrum potest peti ab Ecclesia contra Ecclesiam.*
13 *Priuilegia priuilegijs conquassantur.*
14 *Læsi causa est fauorabilior etiam inter personas pariter priuilegiatas, cum sapiat naturam rei.*
15 *Rei fauorabiliores.*
16 *Restitutio in integrum in quibus alijs casibus remissiuè.*



EGIMVS de appellationibus, verum quia solet aliquādo appellatio etiam deserta, & quæ transijt in rem iudicatam non præiudicare parti quę habet priuilegium restitutionis in integrum, meritò hic erat videndū de tali restitutione; ad cuius tit. & trium §. §. intelligentiam.

Ad-

Aduerte primò, quod restitutio in in-
tegrum est in pristinum statum repositio,
1 vt notat *glos. hic ex l. 1. C. de sententiā pas-
sis*, & in continnatione rubricæ de in in-
tegrum restitutione, vbi etiam *Abb.* versi
2 tamen est, quod non omnes habent hoc
priuilegium, sed minores, & Ecclesia in-
distinctè, allj verò pro aliquibus casibus
3 eo vtuntur, sic maior, hic enim si fuerit
deceptus pro termino sententiæ, & senten-
tia lata esset eo absente, & indefenso, tunc
habet restitutionem in integrum, *c. ex li-
4 teris eit. tit.* Item res publica, & Vniuer-
sitas, vt probat ex multis iuribus, *glos. hic
verbo, & Ecclesia*, ratio autem est, quia
Vniuersitas videtur etiam continere mi-
5 nores, qui tali priuilegio vti debent, tan-
to fortius, quod per alienas manus admi-
nistrantur res Vniuersitatis, ac proinde
lædi potest sicut, & minor, merito habet
restitutionem in integrū, *Bal. in l. respubli
ca, C. ex quibus causis, & Io. Andr. in ad-
dit. ad Specul. tit. de in integrum resti-
tutione parte 2. §. 1. vers. idem quoque.* idē
6 extende ad alia Collegia, & loca pia, ad
Hospitalia, &c. vt videre est diffusè per
*Abb in cap. 1. extra eod. ex l. omnia, C. de
Episcopis, & Clericis, ex Io. Andr. in c. 2.
eod. tit. in 6. ex c. requisiti de testam. &
ex alijs iuribus.*
Aduerte secundò, quod minores habēt
hoc priuilegium de iure communi vsque
7 ad annum 25. vt per *Abb ibidem*, at de
iure Regni vsque ad annum 18. vt in *cō
stitutione* quæ incipit *minorū iura*, ideo
quidquid actum sit contra ipsos ante talē
ætatem non habet firmitatem, & per pe-
titionem restitutionis in integrum quid
8 quid per contractum vel sententiam con-
tra ipsos actum est, colligitur ex *c. ad no-
stram de emptione & venditione, Clem. 1.
eod tit.* & notat *Abb. in cap. tam ex literis
verbo dubium est, extra eod.* dummodo
9 tamen fuerit læsio alicuius consideratio-
nis, alias non pro qualibet minima læsio-
ne dari debet restitutio *l. scio, ff. eod. l. ex
causa, ff de minoribus*, grauitas autem
10 læsionis colligitur ex persona læsa, quod
enim læue est in diuite & satis abundan-
te, grauissimum est in paupere, & sic cōsi-
deratis cōditionibus personarū æstima-
tur grauitas, vel læuitas læsionis, *Abb. in
dicto cap. 1.*
Aduerte tertiò, quod non præiudicat
huic priuilegio sententia Iudicis, quam-
11 uis supremi, & sic etiam contra senten-
tiam latam à Papa potest peti restitutio;
vt hic in § *quod quidem ex d. c. tam lite-
ris*, & hoc quotiescumque defectus ætatis
ex graui necessitate id expostulat, patet
ex multis iuribus, & signanter ex *cap. ne-
cessaria, & c. quod pro remedio 35. q. 7.*
Aduerte quartò, quod neque præiudi-
cat Ecclesia Ecclesiæ, vt non possit vna
12 contra aliam petere restitutionem in in-
tegrum, nam priuilegia priuilegijs con-
13 quassantur, *l. sed, & si milites, ff de excu-
sat. tutorum*, patet hoc expresse in *c. au-
14 ditis extra eod.* & fauorabilior debet esse
15 causa læsi, hic enim videtur sapere sentē-
tiam rei, & rei fauorabiliores sunt, potest
16 etiam ex alijs causis peti hæc restitutio,
vt videre est hic in §. *sed, & si.*

In §. Sed siue.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non potest peti
quandocumque, sed infra quadriennr.*
2 *Restitutionis in integrum quadrienne
quando currere incipiat Ecclesia, quā-
do minori.*
3 *Restitutio in integrum de equitate con-
ceditur etiam post quadrienne ad ar-
bitrium superioris; constito de aperta
iniquitate, & læsione.*

De iure non quandocumque potest
minor vel Ecclesia petere hanc
1 restitutionem, sed tantum intra
quadrienne elapsum post cōtractum, vel
2 post sententiam, minori autem currit qua-
driennium post quam fuerit effectus ma-
ior, *Clem. 1. eod tit.* intellige tamē hoc de
3 rigore iuris, at ex æquitate potest conce-
di hoc beneficium vltra dictum tempus
ad arbitrium Superioris, dummodo ap-
pareat de aperta iniquitate, & læsione,
glos hic verbo causam ex Perus. & alijs.

In §. Quod semel.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum semel intentata,
& denegata iterum intentari nequit,
vt litibus finis imponatur.*
2 *Restitutione in integrum denegata po-
test appellari.*
3 *Restitutio in integrum potest secundò
intentari, si noua adducantur proba-
tiones.*
4 *Lite contestata non potest repudiari Iu-
dex, secus si noua superueniat causa.*

Resti-

Restitutio in integrum semel intentata, & negata, iterum intentari non potest quod est, vt litibus finis imponatur, colligitur ex Abb. *in cap finali extra eod.*

1 Limita tamen hoc in duobus casibus,
2 primò, quando quis appellat à tali restitutione nō data, tunc enim audiri debet
3 in causa appellationis. Secundò, quando quis nouas adduceret probationes, *l. 1. 2. & 3. C si sæpe in integrum restitutio postuletur*, quod patet argumento à simili, nam licet lite contestata non possit repu-
4 diari Iudex, tamen noua causa superueniente id licet, vt habetur hic ex *cap insinuante de offic. delegati, & c si quis testibus 4. quæst. 3.*

In §. Huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 *Aedificans destruere potest.*
2 *Restitutio petitur coram ordinario, vel delegato à Principe.*
3 *Restitutio in integrum non conceditur à delegato ordinarij, nisi expressè tali habuerit authoritatem.*
4 *Restitutionis causa poterit ab arbitris cognosci, si incidenter connectatur cum negotio principali, & tunc non dicuntur super ea ferre arbitrium, sed prosequi iudicium compromissi.*
5 *Concesso principali concessa videntur omnia ea, quæ sunt accessoria connexa principali.*

1 Restabat videre coram quibus posset peti hæc restitutio in integrū, ideo in præsenti sancitum ostenditur, quod qui ædificat destruere potest, ex regula nihil tam naturale, ideo Iudex
2 ordinarius poterit id facere *l. 1. § fin ff de postulando.* idem dic de delegatis à Principe, *l fin. C. vbi, & apud quos restitutio in integrum, &c.* non sic autem in
3 delegato ab ordinario, nisi ei expressè id concedatur, talem enim authoritatem habet, qualem cōcessit Iudex ordinarius, ergo nisi expressè appareat id delegatū non potest coram ipso talis restitutio intentari, patet hic ex *c. penult. extra eod.*
4 poterunt etiam cognoscere de causa restitutionis, si incidenter connectatur cū negotio ipsi commisso, *l. quoties, C. de Iudicijs, cap penult. extra eod.* nec potest dici arbitrium, dum faceret aliud iudicium, sed potius prosequi iudicium compromis-
5 si, nam concesso principali, videntur & accessoria concessa.

In §. Per supplicationem cum Finali.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur maioribus ex gratia, & quando hoc fit, & infra quod tempus.*
2 *Restitutione in integrum maiori concessa ex gratia impedit executionem sententiæ, nisi victor idoneam det cautionem de restituendo quidquid fuerit iudicatum cū augumento & fructibus.*
3 *Appellatio à sententia differt à supplicatione pro gratia, & differentia assignatur.*

1 EX gratia datur etiam maioribus restitutio in integrum, quod tunc est, quando isti destituti remedio appellationis, Iudici quærelam proponētes, supplicationem porrigunt, vt eorum sententia reuideatur, tunc enim infra 10. dies post tempus appellationis elapsum, si talis supplicatio porrigatur, potest Princeps gratiam facere, & restituere. *c ad reprimendam, de offic. ordin. & Card. Alex.*
2 *in cap. cum sit romana de appellat.* & cōcessa à Iudice tali gratia nō potest sententia exequi, nisi victor idoneam cautionē præstet de restituendo quidquid fuerit iudicatum cum augmento, & fructibus, vt notatur hic. *Ex glos. hic in § fin.* habes duo, primum est, quod debet talis gratia peti per viam supplicationis, *auth. quæ*
3 *supplicatio, C. de precibus Imperat. offerend.* Secundum est esse differentiam inter appellationem à sententia, & supplicationem pro gratia, nam pendente appellatione suspenditur executio sentētiæ, non sic pendente supplicatione, quia etiā pendente potest sententia exequi præstita cautione modo quo diximus. patet hic ex *l. 1. ff. nil innouari appellat. interposi. a.* Et hæc ad Dei gloriam, Beatiss. Virgin s laudem, S. Principis D. & omnium Sanctorum obsequium.

FINIS

LIBER QVARTVS INSTITVTIONVM CANONICARVM.



DE ACCVSATIONIBVS, DENVNCIATIONIBVS, ET INQVISITIONIBVS.

TITVLVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio libri.*
2 *Iudiciorum forma, & modi tractatio præmitti debet tractationi de pertinentibus ad iudicia.*
3 *Accuſatio quid ſit?*
4 *Accuſatio res incorporalis.*
5 *Delictum, vel crimen dicitur de hominibus; de animalibus verò pauperies.*
6 *Doli capax habetur, qui non eſt infans furioſus, &c.*
7 *Actionis ciuilis à criminali differentia.*
8 *Accuſans ad quid teneatur?*
9 *Accuſationis incapaces verſibus comprehenſi.*
10 *Accuſatio cur fœmina prohibeatur? & quando illi permittatur.*
11 *Accuſare pupillus nequit ob defectum rationis, quod limitatur n.13.*
12 *Accuſare tutor poterit ad talionis pœnam ſe obligando.*
13 *Accuſati quando pupillo permittatur?*
14 *Delatus quis ſit?*
15 *Accuſatio cum ſit Iuris Ciuilis, delato non habenti ea quæ ſunt Iuris ciuilis denegatur.*
16 *Accuſationem contra alium non poteſt criminoſus opponere, & de alijs, qui non poſſunt remiſſiue.*
17 *Accuſatus ab illegitimo accuſatore abſoluitur ab obſeruantia Iudicij: quod limita in ſequenti.*
18 *Fama publica conuincit aliquem de crimine.*
19 *Accuſatio proponenda eſt per ſcripturam ab accuſatore firmatam.*
20 *Accuſantis voce confirmari debet accuſatio, ne ab illa recedat.*
21 *Accuſatio facta per epiſtolam non admittitur ab abſente.*
22 *Accuſator ab accuſatione recedens accuſati pœna punitur.*
23 *Denunciatio quid ſit?*
24 *Denunciatio præceditur à monitione.*
25 *Denunciatio facta nõ præcedente monitione quomodo corrigatur?*
26 *Denunciationis effectus.*
27 *Accuſationis, & inquiſitionis idem.*
28 *Inquiſitio quid ſit?*
29 *Iudex in inquiſitione non debet moueri ab vlla paſſione.*
30 *Nocentem dimittere in dubijs melius eſt, quam innocentem condemnare.*

1 GIMVS in ſuperiori lib. 3. de Iudicijs Ciuilibus, verum quia ipſis criminalia ſubnectũtur, merito ponitur præſens titulus; circa cuius ſituationem.

Quæres cur hic primus titulus inſtituatur, debebat enim Auctor noſter in primis quærere de delictis & de pœnis pro ipſis, deinde ſubnectere titulũ de accuſationibus, denũciationibus, &c.

Reſpondetur, quod ideo Auctor no-

Q ſter

2 ster hunc primum proponit titulum,
ut sciamus modum, & formam pro Iu-
diclo circa delicta, & pœnas ipsorum,
merito hæc forma, seu modus præmitti
debuit, videbimus igitur primò de ac-
cusatione: secundò, de denuntiatione:
tertiò, de inquisitione.

Circa primum aduerte primò, quod
accusatio est Ius deferendi criminis ali-
3 cuius hominis doli capacis ad vindictā
publicam in Iudicio interueniente legi-
tima inscriptione, sic *Marianus Socci-
nus prima par. quinti decretalium tit. 1.
n. 9. & colligitur ex l. libellorum, ff. de
accusationibus, l. cum rationibus, & l.
sequenti, C. qui accusare non possunt,
l. hi omnes, §. 1. ff. de accusationibus*,
cui legi correspondet *Canon in c. pro-
hibentur 2. q. 1.*

Dicitur autem, Ius, loco generis, cū
4 sit res incorporalis, vel dicitur etiā Ius,
ad ostendendum, quod non omnes ac-
cusare possunt, ut videbimus infra.

Dicitur, alicuius hominis, ad ostendē-
5 dum, quod soli homines crimen, vel de-
lictum comittere possunt, bruta vero
quando damnificant dicūtur comittere
pauperiem non delictum, ut *in lib. 4. Ci.
uil. tit. si quadrupes pauperiem fecisse
dicatur, l. 10. ff. citat. tit & in cod. lib. 4.
tit. de noxalibus actionibus, & de lege
Aquilia.*

Dicitur, doli capacis, quia non suffi-
cit delinquentem esse hominem, sed in-
super requiritur, quod sit homo doli
6 capax, & sic non infans, nō furiosus, &c.
in quibus non cadit dolus, ut in *clem. 1.
de homicidio.*

Dicitur, ad vindictam publicam, ad
differentiam ciuilis actionis, quæ datur
7 ei tantum, qui interesse passus est, at
accusatio criminalis omnibus datur, ma-
xime in publicis.

Dicitur, interueniente legitima in-
8 scriptione, quia is, qui accusat tenetur
subscribere libellum, & se obligare ad
pœnam talionis, ut videbimus infra.

Aduerte secundò, quod multi repel-
9 lantur ab accusando, ut notat *glos. in
cap. 1. extra eod.* per illos versus.

*Hi non accusant, quos metra sequentia
signant.*
*Fæmina, pupillus, delatus, crimine ten-
tus,*
*Suspectus, quæstu corruptus, sacrile-
gusque,*
*Infamis, seruus, pauper, cum milite,
princeps,*
*Libertus, socius socium, nec non inimi-
cum,*
*Clericus Ecclesiam nullus deferre va-
lebit.*

Nota igitur, quod fæmina repellitur
propter instabilitatem, & sexus incon-
10 stantiam, *l. qui accusare, ff. de accusa-
tionibus* quod limita quando proprij
viri, vel filiorum, vel aliorum sibi co-
niunctorum iniuriam prosequitur, *l. 1.
& 2. citat. tit.*

Pupillus repellitur, quia usum ratio-
11 nis non habet, nec potest se obligare
ad pœnam contra recedentes ab accu-
satione, unde potest tutor nomine pu-
pilli accusare, & debet ipse tutor se obli-
12 gare ad pœnam talionis, *l. 1. C. qui ac-
cusare non possunt, & Bart. l. 2. §. si
pupillus, ff. eod.* si tamē malitia suppleat
ætatem, & pupillus sit pubertati proxi-
mus, poterit ipsemet accusationem pro-
13 ponere cū auctoritate Tutoris, ad suā,
vel suorum iniuriam propulsandam, vel
contra crimen læsæ maiestatis. *Specu-
lator in tit. de accusationibus versiculo
item excipitur d. l. 2. § pupillus, & l. cla-
rum, C. de auctoritate præstanda.*

14 Delatus est ille, qui propter aliquod
crimen ad certum locum damnatur, ut
ibi perpetuo sit, & hic, q ia non habet
15 ea, quæ sunt Iuris ciuilis, ut in *lib. 1. ci-
uili, §. maxima de capitis diminutione*
per consequens, neque accusare potest,
cum accusatio de Iure ciuili sit.

Crimine tentus, nec potest accusare,
16 debet enim prius eijcere trabem de
proprio oculo, ut prospiciat festucam in
oculo alterius. Alij, qui accusare non
possunt, explicantur per *Soccinum loco
cit. n. 6. & sequentibus.*

Aduerte tertiò, quod quotiescun-
17 que quis accusatur ab accusatore ille-
gitimo, debet absolui ab obseruantia Iu-
dicij, & accusator repellitur. *cap. accu-
satori, q. ultima,* nisi reus esset cōuictus
ex fama publica, quia forte fuerit diffa-
18 matus, tunc enim ipsi reo incumbit
purgatio suæ diffamationis. *cap. cum P.
Manconella de purgatione Canon. cap.
presbyter 2. q. 5.*

Aduerte quartò, quod accusatio de-
19 bet fieri in scriptis, & debet firmari ab
ipso accusatore. *cap qui crimen. & cap.
per scripturam, § sed Calistus 2. q. 1.*

Dices in *cap. per scripturam*, habe-
tur, quod accusatio non possit fieri per
scripta, sed voce, ergo falsum est, quod
diximus.

Respondetur negando consequentiā,
& ad antecedens dicimus, quod ut de-
20 claratur in *d. cap. § sed Calistus* nō po-
test quis absens ad accusandum ad-
mitti

mitti per epistolam, & sic debet accusator esse præsens, & sua voce id ipsũ ex-
21 primere, quod in pagina scripsit, quod ideo ibi notat, quia si recedat deinde
22 ab accusatione, eadem pœna puniatur, ac puniretur accusatus, vt notat *glos. ibidem*.

Circa secundum aduerte, quod de-
23 nuntiatio est Ius deferẽdi criminis alicuius hominis doli capacis ad pœnitentiam, vel correctionem præcedente monitione. Requiritur, quod monitio præ-
24 cesserit, nam alias denuntiatio nullam habet vim, quia procederet contra præceptum Domini. Verum tamen est, quod potest corrigi denuntiatio sup-
25 plendo monitionem, & sic potest fieri monitio, & deinde haberi pro denuntiato. *Socinus in d. cap. si quis Episcopus n.5.* Producit denuntiatio inhabilitatem; nam denunciatus de crimine est
26 inhabilis ad dignitatem, & honorem, nisi suam innocentiam probauerit purgando se ab obiecto crimine, hic est enim effectus in crimine opposito resultans. *cap. Apostolus, & cap. tanti Daniel dist.*81. *cap omnipotens Deus extra*
27 *eod.* Idem etiam effectus oritur ex accusatione, vel inquisitione. *glos. in d cap. omnipotens verb. denuntiantur*, neque quis in vacillatione ad honores promoueri debet, sed omnino innocens, nec aliquo modo suspectus, vt notatur *in d. cap. in primo notabili*.

Circa tertium aduerte, quod inquisi-
28 tio est alicuius criminis manifesti ex bono, & æquo à Iudice competenti canonicè facta inuestigatio. *Host. in summa tit. de inquisitione*, §. 1. *& Socinus loco citat.*

Ex hac definitione habes, quod non debet Iudex moueri ad inquirendũ ex passione, & ex prauo affectu, hæc enim
29 multoties innocentem puniunt, vt nocentem releuent, quod iniquum est; melius est enim in dubijs nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare,
30 nec odium in pœnis infligendis adesse debet, sed potius amor *cap quod Christus, & cap. inter querelas* 23. q. 4. alia ad has materias videbimus infra.

In §. Criminalia.

SVMMARIVM.

1 *Iudicia ciuilia, & criminalia in quibus differant, & in quibus conueniãt?*
2 *Reipublicæ interest male facta subditorum puniri.*
3 *Iudicia criminalia à quibus incipiãt?*
4 *Iudicium criminale incipit ab exceptione.*

1 Aduerte hic, quod Iudicia criminalia quoad substantialia nihil habent firmum cum Iudicijs ciuilibus, licet habeant quædam accidentalia comunia, vt porrectio libelli, fideiussio de stando in Iudicio, &c. tamen in criminalibus actor primo, & per se petit pœnam delinquentis ob bonum
2 publicum; interest enim reipublicæ mala facta subditorum puniri. *Lita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam*, per accidens vero petit refectionem damni. *glos. hic verb diuersitas*, in ciuilibus vero primo, & per se quis petit, quod suum est vel sibi debetur.

Secunda differentia est in institutione, seu in principio Iudicij, & in eius exercitio, seu medio. Iudicia enim Ciuilia per præsentationem instrumenti,
3 vel apochæ institutionem, & principiũ habent. Criminalia vero incipiunt ex modis dictis scilicet, vel per inquisitionem, quando Iudex inquirit ex proprio officio, vel per denuntiationem, vel per accusationem, &c.

Potest etiam per exceptionem incipere Iudicium criminale, & tunc erit quãdo quis vult decorari aliqua dignitate,
4 & propositis publicationibus quis contra promouendum excipit de aliquo crimine, tunc enim debet probari dicta exceptio apposita, licet non tendat ad vindictam. *Bart. in l. si cui*, §. *idem, ff. eod. & cap.* 2. *de ordine cognitionum*.

In §. per accusationem, cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Inscriptio legitima præcedere debet accusationem, sicuti monitio denunciationem.*
2 *Inscriptio operatur obligationẽ ad pœnam talionis, non sic denunciatio.*
3 *Denunciationis finis est correctio.*
4 *Pœna est quid accidentale denunciationi, cum veniat inconsequentiam, & extra finem.*
5 *Denunciatus punitur, cum nequit se alio modo corrigere.*
6 *Pœna talionis quando remittatur in accusatione?*
7 *Denuncians punitur pœna suspectio-*

 nis

nis, si defecerit in probatione.
8 *Denuncians debet habere saltem unicum testem.*
9 *Pœna vnius multorum est metus.*
10 *Iudicis est rempublicam purgare delinquentibus.*

1 HIc datur modus procedendi in
Iudicijs, & sic ait Lancellottus,
quod accusationem præcedere
debet legitima inscriptio, vt diximus,
patet ex *cap. super his extra eod.* denũ-
ciationem præcedit charitatiua moni-
tio. *cap. qualiter, & quando, & cap. ex
dilectus extra eod.*

Aduerte tamen hic primò, quod in-
scriptio operatur obligationem ad pœ-
nam talionis, & sic accusans se obligat
2 ad eandem pœnam, si non probauerit,
quam Reus debuisset pati, si accusator
probasset. *cap. qui crimen, & cap. quis-
quis 2. q. 8.* in denuntiatione autem
non sic; nam qui denuntiat facit id ad
quod tenetur, neque curat de pœna in-
fligenda, nec ne, & ideo dum non petit
puniri, neque ad pœnam obligari de-
3 bet, finis enim cuiuscunque denuntia-
tionis est correctio. *glos. hic verb. ideo
autem ex d. cap. super his.*

Dices, quamuis denuncians non pe-
tat puniri denunciatum, tamen ex ipsa
denuntiatione Iudex tendit ad inquisi-
tionem, & conuictus punitur, ergo de-
bet etiam denuntians obligari ad talio-
nem, & ponere legitimam inscriptionẽ.

Respondetur negando consequentiã,
4 & ratio est, quia respectu denuntiatio-
nis per accidens se habet pœna infligen-
da à Iudice nec ne, tunc quia hæc venit
inconsequentiam, & quæ veniunt extra
finem, & inconsequentiam non sunt in-
consideratione. *l. 1. ff. de auctoritate
Tutorum*, tum etiam, quia denunciatus
5 tunc punitur, quando non potest alio
modo se corrigere, ergo pœna, quæ sub
sequitur, non venit inconsiderationem
respectu denuntiantis.

Aduerte secundò, quod accusatione
6 multoties remittitur pœna talionis si-
gnãter in facto notorio, puta si Christia
nus cõtraxerit cũ Iudea. *Abb. in cap. fin.
de calumnijs, l. ne quis, C. de Iudais.* Se-
cundò in Apostasia. *l. Apostatarum, C.
de apostatis.* Tertiò quando crimen est
læue. *l. leuia, ff. eod.*

Aduerte tertiò, quod denũtians nõ est
7 omnino immunis à pœna, vnde si defi-
ciat in probatione, punitur pœna sus-
pensionis à quolibet officio, & benefi-
cio, debet enim denuncians saltem ha-
8 bere vnicum testem ad comprobandũ
denunciatum *glos. hic verb. suspenden-
dus ex communi Doctorum in cap. 2. de
calumnijs*, quod ideo factum est, vt non
sic de facili homines indueantur ad de-
nuntiandum, vel accusandum, & pœna
9 vnius erit metus multorum. *cap. qua-
propter 2. q. 7. cap. irrefragabili, de of-
ficio ordinarij.*

Dices, ergo vnusquisque desistet à
denunciando, vel accusando, ne in
pœnam incidat, & sic delicta crescent
contra *textum in d. l. ita vulneratus,
ff. ad l. Aquiliam.*

Respondetur negando sequelam; nam
vel accusans, seu denuncians habet mo-
dum probandi, & id faciat, vel non ha-
bet hunc modum, & non se intromit-
10 tat, Iudicis enim erit per inquisitionẽ
Rempublicam purgare delinquentibus.
*Abb. in cap. constitutus, de appellatio-
nibus, & glos. hic in fine.*

In §. per inquisitionem cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio requirit formam publicam, vel denunciationem publici officialis.*
2 *Persona vna publica aquiualet multis de populo.*
3 *Infamia corruit, si procedat ab inimicitia, sic accusatio, pro qua non opus est purgatione canonica.*
4 *Iudicis arbitrio remittitur cognitio de inimicitia qualitate.*
5 *Inquisitio absque diffamatione bene procedit quando interuenit delinquẽtis confessio, vel contra processum non oppositio.*
6 *Accusatio maior non est quam proprij oris confessio.*
7 *Crimen dum patet, de infamia non est quærendum.*
8 *Forma dat esse rei.*
9 *Diffamatio est forma inquisitionis extrinseca.*
10 *Inquisitio videtur approbata à reo, si non opposuerit exceptionem de diffamatione non praua.*
11 *Volenti, & consentienti nõ fit iniuria.*
12 *Confessionem suam potest inquisitus deinde declarare, illam vero post tormenta debet ratificare.*
13 *Qui errat non fatetur.*
14 *Inquisitio infamia potest omitti ab eo, cui Princeps cõmisit inquisitionẽ de aliquo crimine contra certã personã.*

Inqui-

15 *Inquisitio infamia non potest omitti si Princeps commissionem faciat ad alterius petitionem.*

16 *Iudex nihil inueniēdo in inquisitione infamiæ potest superiori significare, vt error appareat denunciantium.*

17 *Inquisitio infamia omittitur, si in cõmissione nulla fiat mentio personarũ.*

18 *Inquisitio de fama est accessoria ad inquisitionem de crimine.*

19 *Cõmunis vox præfertur dicto aliquorum.*

20 *Iudex considerare debet locum diffamationis.*

21 *Fama nihil carius.*

HIc de tertio modo quo in criminalibus proceditur, & sic de inquisitione, cuius definitio patet ex supradictis. Hic tamen.

1 Aduerte primò, quod ad hoc, vt Iudex
legitimè inquirat ad pœnam infligendã,
requiritur fama publica, vel saltem denunciatio
publici officialis. *gl. hic verbo per inquisitionem ex l ea quidem, C.
de accusationibus, cap. præterea, de testi-*
2 *bus*. Ex quo habes, quod id, quod valent
plures de populo, id valet vna persona
publica patet ex *cap. qualiter, &
quando extra eod.* si tamen hæc infamia
oriatur à maleuolis, seu inimicis non
3 præiudicat sic diffamato, *d. cap qualiter*,
& ratio est, quia inimicitia probata corruit
ipsamet accusatio. *glos in cap. 2. extra eod.*
& patet ex versibus positis, vbi
inimicus ab accusando repellitur, taliter
igitur accusatus non indiget purga-
4 tione canonica. Verum tamen est, quod
cognoscere, quæ sit inimicitia capitalis,
nec ne remittitur in arbitrium Iudicis.
Innoc. in cap. cũ oporteat eod. tit. in 6.
& probat *ex cap si vero dicatur authẽtico de testibus, l. 1. §. quæstiones, ff.
de quæstionibus.*

Aduerte secundò, quod licet ista diffamatio
requiratur ad inquisitionem, si
tamen Iudex procederet ad inquiren-
5 dum non præuia tali diffamatione, &
inquisitus confiteretur suum delictum,
vel contra processum nullam opponeret
exceptionem processus est validus, &
firmus. *l. 2. § publico, ff. de adulterijs.*
Ratio autem est, quia diffamatio requi-
6 ritur ad veritatem inueniendã, & nulla
maior accusatio, quam propria oris cõ-
7 fessio, nec de infamia querendum est,
dum crimen patet. *cap. ecce 24. q. 3. l. si
debitori, ff. de Iudicijs.*

Dices diffamatio est forma inquisitionis,
ergo inquisitio facta sine præuia
8 diffamatione nulla est, forma enim est
illa, quæ dat esse rei. *l. Iulianus, ff. ad
exhibendum.*

Respondetur, distinguendo antecedens;
diffamatio est forma inquisitionis
intrinseca, & essentanialis, & nego, extrinseca,
seu potius figura, & concedo,
9 textus autem in *d. l. Iulianus* loquitur
de forma intrinseca, & essentiali, hæc
enim est secundum Philosophos, quæ
dat esse rei, non autem modus extrinsecus,
siue ordo rei, tanto fortius, quod
10 qui non apponit hanc exceptionem, ab
initio videtur consentire in inquisitione
sic facta, & volenti, & consentienti
11 non fit iniuria. Vnde est, quod accusati
dant mentitas, & expuunt etiam
in facies accusatorum; quasi falsum proposuerint,
ne secus facientes videantur
consentire.

Aduerte tertiò, quod licet inquisitus
confessus sit crimen, potest tamen suam
12 confessionem declarare, vnde si pendens
in corda crimen confessus sit, debet deinde
libere, & extra tormenta redicere.
cap. cum dilecti extra eod. & tunc po-
13 terit dicere se errasse, qui autem errat
non fatetur. *l. si per errorem, ff. de iurisdictione
omnium Iudicum, l. non fatetur, ff. de confessis.*

Aduerte quartò, inquisitionem infamiæ
posse omitti ex proposito, quando
Princeps ex motu proprio comittit alicui
Iudici inquisitionem certi criminis
14 contra talem, tunc enim non est quærendum
de infamia, quia hic habetur
pro infamato penes Principem. *cap. omnibus 2. q. 5. cap. sicut olim extra eod.*
Si autem fiat commissio inquisitionis ad
15 petitionem alicuius, tunc debet antea
dicta inquisitio diffamationis preire.
*Innocent. in cap. cum oporteat. extra
eod.* vbi ait, quod si Iudex inquirendo
16 de infamia nihil inuenerit, poterit de
hoc superiorem certum facere ne ei denuntiantes
errassent. Si vero superior
in litteris nulla facta mentione personarum
causam committat, dicens v.g. per-
17 uenit ad audientiam, &c. tunc non
debet Iudex de infamia inquirere.

Quæres, an data commissione ad inquirendum
de crimine censeatur etiam
data cõmissio ad inquirendum de fama.

Respondetur affirmatiuè sic *Innocen.*
18 *loco citato n. 5. circa medium*, & dat
rationem: nam inquisitio de fama est
accessoria ad inquisitionem de crimine,
& accessorium sequitur naturam sui
principalis, probatur ex *cap. præterea,
de officio delegati, & l. 2. ff. de iurisdictio-*

ctione omnium Iudicum.
Aduerte quintò, quod infamia debet
19 esse publica, & grauis, vnde si aliqui di-
cant talem esse diffamatum, & tamen
communis vox id non comprobet, pro
comuni voce est tenendum. *Innoc. in
cap. inquisitioni eod. tit. n.* 3. & debet
etiam Iudex considerare locum, vbi quis
fuerit diffamatus. *idem Innoc. loco cit.*
21 agitur enim de fama, qua nihil carius,
de alijs pro inquisitione videte *Inno-
centium loco cit. & Diaz. in praxi cap.*
154. *Soccinus loco citato parte* 1.

In §. Accidit cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio criminis potest opponi contra criminosum, declara in casu posito.*
2 *Criminoso cuilibet defensio reseruatur.*
3 *Exceptio non requirit inscriptionem, nisi excipiens vellet etiam agere ad pœnam.*
4 *Exceptio non requirit inscriptionem quando agitur de electione.*
5 *Exceptio contra electum requirit inscriptionem, & alia requisita.*

Hic de vltimo modo, quo Iudicia
criminalia incipiunt, & sic de
exceptione, quare.
Aduerte primò, quod contra crimi-
1 nosum potest crimen obijci per viam
exceptionis modo quo supra diximus, si
scilicet contra eligendum obiciatur cri-
men, & potest ipse aliud crimen objce-
2 re contra excipientē, nam cuilibet cri-
minoso reseruatur defensio, *cap. intelle-
ximus, de Iudicijs.*
Aduerte secundò, quod quando ex-
ceptio proponitur incidenter, & tan-
tum ad aliquem repellendum ab accu-
sando, vel testificando, tunc non requi-
3 ritur inscriptio; secus autem quādo ex-
cipiens vellet etiam agere ad pœnam
contra Reum, contra quem delictum ex-
cipit, tunc enim debet præmittere in-
scriptionem. *Abb. in cap. cum dilectus
citat. ex Bart. in l. si eius, ff. eod.*
Aduerte tertiò, hoc intelligi quando
agitur adhuc de electione, tunc enim
non requiritur inscriptio, licet ille re-
4 maneat in perpetuū maculatus in opi-
nione. *l. latius, ff. de his, qui notantur in-
famia, cap. cum tamen, de testibus.* Si
tamen opponatur post confirmationem
electi, tunc quia præcesserunt iam pu-
5 blicationes, ideo qui vult opponere de-
bet præmittere inscriptionē, & se obli-
gare ad pœnam talionis, & ad alias pœ-
nas extra ordinarias arbitrio Iudicis.
*glos. hic ex l. 1. in fine, ff. de iure deli-
berandi.*

DE DVPLICI PVRGATIONE

TITVLVS SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Infamia quæ ex delictis oritur purgari debet.*
2 *Purgatio quid sit?*
3 *Purgatio duplex.*
4 *Purgatio vulgaris qualis sit.*
5 *Purgatio vulgaris reiecta à sacris canonibus.*
6 *Monomachia inter Dauid, & Goliath fuit diuino instinctu.*
7 *Petrus excusatur de duplici homicidio.*
8 *Purgatio canonica quæ sit? remissiue ad dicenda.*
9 *Purgatio diffamato non datur, limita vt hic.*
10 *Purgatio datur accusato, & non conuicto de crimine.*
11 *Purgatio canonica non datur alias inquisito, sed alio modo dabitur illi à Iudice.*
12 *Purgatio periuro non datur, & ratio quare.*
13 *Purgatio criminoso notorio nō datur.*
14 *Criminis euidens notorietas non indiget accusatore.*
15 *Notorietas debet esse à viris idoneis.*
16 *Accusatus iurare debet se non esse talis criminis reum, cum contra ipsum non currant probationes.*
17 *Iuramentum vt habeatur verum fieri debet constare duodecim viris.*
18 *Iuramentum arbitrio Iudicis potest constare minus, quam duodecim.*
19 *Iuramentum maiorem numerum duodecim requirit in grauiori crimine.*
20 *Diffamatus deficiens in purgatione qualiter puniatur.*
21 *Criminoso enormiter licet se purgauerit datur aliqua pœna ad tollendum populi scandalum.*
22 *Scriptura sacra non continet omnia ad nostrum exemplum.*
23 *Iacob quomodo fuerit licitum plures vxores habere.*
24 *Delictorum nota duplicem differentiam.*

Deli-

25 *Delicta contra Maiestatem Diuinam quæ?*
26 *Delicta contra Homines quæ?*

1 DIXIMUS iam ex criminibus legitimè propositis etiam non probatis oriri tamen infamiã, verũ quia debet quis ab infamia se purgare, merito de tali purgatione hic, ad cuius tituli, & duorum §§. intelligentiam videbimus primò, quid, & quotuplex sit purgatio: secundò, de modis, & requisitis purgationis: tertiò, de eius effectibus.

Circa primum aduerte ex §. *contin-*
2 *git*, quod purgatio est demonstratio innocentiæ super obiecto crimine, in qua definitione nota, quod ly, demonstratio, non ponitur hic modo quo sumitur à Philosophis, qui dicunt per demonstrationem haberi radicem, seu essentiam rei, hic autem demonstratio idem est, ac dilucidatio per coniecturas, vt notat *glos. hic verbo demonstratio*.

Aduerte secundò, quod alia est pur-
3 gatio vulgaris, alia Canonica. Purgatio vulgaris est omnino reiecta à sacris Canonibus, vt *in tit. de vulgari purgatio-*
4 *ne*, est enim vulgaris purgatio idem, ac duellum, seu Monomachia, quæ reijcitur, antiquitus autem sic fiebat vulga-
5 ris purgatio, rangebatur accusatus ferro candenti, & si inde sequebatur adustio extimabatur conuictus, & alijs pœnis subijciebatur, hoc autem esset potius tentare Deum, quod iniquum est. *cap. nulla* 23 *q. vltima, & cap. cur Patriarcha* 22. *q.* 3. & hæc quoque purgatio euanuit, vnde potius macularetur secundũ Canones, qui sic purgari debet. *cap. significantibus extra de vulgari purgatione.*

Nec facit, quod in antiqua lege fuerit
6 Monomachia, & sic admissa ista purgatio, vt fuit inter Dauid & Goliath; nã illud euenit instinctu sancti Spiritus, vt in *cap. Monomachia* 3.q.8. & qui secundum Deum operatur non est sub legibus, diximus *lib.* 1. *de constitutionibus*,
7 sic etiam excusatur Petrus de duplici homicidio, vt in *c. cura citato tit. verb. aliquatenus ex text. in cap. occidit* 23. *q. vltima.*

Aduerte tertiò, quod alia est purga-
8 tio Canonica, quæ scilicet à sacris Canonibus comprobatur, vt in toto titulo *de purgatione Canonica*, & de hac videbimus in præsenti.

Circa secundũ aduerte primò, quod
9 ad purgationem canonicam faciendam multa requiruntur, & primò, quod quis non sit diffamatus, nam diffamato non datur purgatio, dummodo tamen non sit diffamatio ab inimicis, vt supra diximus. Si vero quis fuerit accusatus, sed
10 nõ conuictus de crimine, tunc hic admittitur ad purgationem, vt per *glos. in cap. ex duorum extra, de purgatione Canonica.* Secundò, non debet esse alias inquisitus, quia huic non datur
11 purgatio Canonica, sed arbitrio Iudicis debet se purgare, ac si esset seruus. *cap. nobilis homo citato tit. vbi glos. verbo ingenuus.* Tertiò, non debet esse periurus: nam periurus non admittitur am-
12 plius ad iurandum (purgatio autem fit per iuramentum, vt infra) *cap. quicunque,* 6. *q.* 1. *cap. paruuli* 22. *q.* 5 *l. nõ omnes, §. à barbaris, ff. de re militari*, quod est ex regula *semel malus in* 6.
13 Quartò, nõ debet esse crimen notoriũ, quia in notorijs nõ curamus de accusatione. *glos. hic verb. accusatorie ex c. cũ dilectus, de purgatione Canon.* nam patrati sceleris euidentia, neque accusato-
14 ris clamore indiget. *cap. euidentia de accusationibus.* Debet autem esse notorium viris idoneis, vt notat *glos. hic*
15 *verb. euidentia ex cap. litteras de tempore ordinandorum, vbi Butrius id declarat.*

Aduerte secundò, quod præter hæc
16 debet accusatus, contra quem non currunt probationes primò iurare se non esse tali crimine inquinatum. *cap. quotiens citato titulo.* Secundò, debent etiã duodecim viri bonæ famæ iurare se cre-
17 dere illum verum iurasse, & esse immunem à tali crimine. *cap. cum, P. Manconella, & cap. constitutus, de purgatione Canonica.* Verum tamen est, quod hic numerus cõpurgatorum potest mi-
18 nui arbitrio Iudicis. *glos. in cap. nobilis homo verb. duodecim citat. tit.* Tertiò, si delictum sit adeo graue poterit etiã au-
19 geri numerus compurgatorũ. *cap. inter sollicitudines, §. attendentes extra eod.*

Circa tertium, & sic circa effectus pur-
20 gationis aduerte, quod si quis in purgatione defecerit punitur, ac si in crimine de quo diffamatus est fuisset conuictus, vel sponte confessus, imo etiam si se purgauerit, dummodo sit crimen satis enorme poterit ei imponi aliqua pœna,
21 ne populi scandalizarẽtur. *gl. hic verbo fuisset, & text. in d. cap. inter sollicitudines, §. penultimo.*

Ex

Ex littera, & *glof.* horum SS. habes primò, quod non omnia, quæ in facris litteris ponuntur funt ad exemplum, &
22 permiffiuè, fic Iacob plures habuit vxores, fed difpenfatiuè. *cap. gaudemus, de diuortijs* Idem habetur in *cap. occi-*
23 *dit 23. q. vltima,* & narratiuè etiam ponitur factum Efau venatoris. *cap. Efau distinct.* 86.

Habes fecundò, ex S. *fin.* quod deli-
24 cta funt in duplici differentia, alia lædũt maieftatem Diuinã immediatè, vt funt fimonia facrilegium, hærefis, &c. alia
25 lædunt homines directè, & in ipfis lædunt Deum, vt eft vfura, falfum, adul-
26 terium, &c. & de his omnibus in hoc libro erit videndum, fit igitur titulus.

DE SIMONIA.

TITVLVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Simonia eft grauiffimum crimen, & maximè Deum lædit.*
2 *Simonia definitio qualis fit?*
3 *Simonia vnde dicatur?*
4 *Simõ magus qualiter denominauit hoc crimen?*
5 *Giezi in teftamento veteri quomodo commiferit hoc crimen?*
6 *Simonia quando, & quibus modis committatur?*
7 *Simonia dupliciter committitur.*
8 *Simonia contra Ius Diuinum qualiter committatur?*
9 *Simonia contra Ius Ecclefiafticum, feu pofitiuum qualis?*
10 *Simonia mentalis datur etiam, non autem punitur; quia*
11 *Deus folum iudicat de internis.*



VIDIMVS iam de caufa formali Iudiciorum, & fic de modis, quibus Iudicia criminalia intentantur, & profequuntur, erat vidẽdum de materia, circa quam verfantur fententiæ talium
1 Iudiciorum, merito, &c. & bene ab hoc affumimus exordium, eft enim crimen, quod maximè Deum lædit, vnde ait *gl. in fummario quæftionis primæ caufæ primæ,* quod omnia crimina refpectu fimoniæ pro nihilo æftimentur igitur ad huius tit. & S. primi intelligentiam.

Aduerte primò, quod fimonia eft ftu-
2 diofa volantas, feu cupiditas emendi, vel vendendi fpiritualia, vel fpiritualibus annexa, & poteft etiam dici commutatio rei fpiritualis cum temporali.
3 Dicitur autem fimonia à Simone mago primo huius criminis auctore, volebat
4 enim gratiam Spiritus fancti à Diuo Petro emere, vt *in actibus Apoftolorum cap.* 8. Ex hoc habes verificari regulam *Pfalmiftæ Pfalmo* 108. (*In memoriam reddeat iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non deleatur,*) *& glof. hic verb. auctor fuit,* ait: Tolerabile eft malos homines per dedecus immor-
5 talitati commendare. In lege autem veteri Giezi feruus Elifei primas petijt bona temporalia pro gratia, *Regum 4. cap. 5. cap. qui ftudet 1. q. 1. cap. citato extra, de fimonia.*

Aduerte fecundò, quod debet dari
6 res eo animo, & pacto, vt res facra recipiatur, vt in tota *q. 1. caufa* 1. etiam fi effent obfequia feruitutes, &c. quia, & hæc funt prætio extimabilia, ergo talia dans fimoniacus eft.

Aduerte tertiò, quod alia eft fimonia
7 de Iure Diuino prohibita, alia de Iure Canonico, feu pofitiuo. Contra Ius Diuinum eft velle vendere Sacramenta, d. *cap. qui ftudet* 1. *q.* 1. Contra Ius Cano-
8 nicum eft vendere beneficia, vel perfonatus vt notat *Ricetus hic,* & in hac fimonia ex poft facto Papa difpenfare po-
9 teft, in illa autem non difpenfat, & rale fimoniaci sũt perpetuo inhabiles, d. *cap. qui ftudet.*

Ex verbo voluntas collige, quod da-
10 tur etiam fimonia mentalis, quæ folo animo contrahitur, & hæc licet non habeat pœnam in Ecclefia militanti, habet tamen in Ecclefia triumphanti. *cap.*
11 *tua nos extra eodem.* Non punitur autem fic criminofi ab Ecclefia militanti, quia de internis iudicare folius Dei eft.

In S. Simoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Simonia duplex eft.*
2 *Simonia mentalis quæ?*
3 *Simonia mentalis deletur pœnitentia.*
4 *Simonia realis quæ?*
5 *Dare idem eft, ac non recipere, quod fibi debetur.*

1 HIc ait Lancellottus, quod fimonia duplex eft, fcilicet mentalis, & realis.

Ad-

Adverte igitur primò, quod simonia
2 mentalis est, quando aliquid datur, vel
recipitur ea intentione, vt beneficium,
vel ordo concedatur, vel si dans talia
haberet intentionem temporalia reci-
3 piendi pro ipsis, & hæc simonia pure
mentalis sola pœnitentia deletur.

Adverte secundò, quod simonia rea-
4 lis, dicitur conuentionalis, quando tali
animo, & pacto aliquid datur, vel pro-
mittitur, & tunc sic dans, vel promit-
tens, vel recipiens priuatur omni offi-
cio, & beneficio. *cap. cum super, de con-
fessis*. Idem est si debitũ Episcopo re-
mittatur, vt ex hoc beneficiũ vel or-
dinem det, quia est etiam simonia rea-
5 lis, idem enim est dare, ac non recipe-
re, quod sibi debetur. *glos. in cap. ve-
niens, de testibus, & Nauarus cap. 23.
num. 100.*

In §. contrahitur.

SVMMARIVM.

1 *Simonia præter oblationem rei mate-
rialis committitur alio modo.*
2 *Obsequium, & fauor linguæ veniunt
appel atione commodi temporalis.*
3 *Accipere aliquid pro rebus spirituali-
bus licitum quando sit?*
4 *Dos datur propter onera matrimonij,
non propter sacramentũ matrimonij.*
5 *Datum pro sacrificio, officio, &c. non
censetur datum pro spiritualitate, sed
pro opere materiali.*
6 *Simoniacè non datur quod ab Ecclesia
pro aliquo opere determinatum est*
7 *Census pro Ecclesijs dantur Episcopo
in signum recognitionis.*
8 *Eleemosynis fidelium animæ subleuã-
tur a pœnis.*

ADuerte hic, quod non tantum
oblatione solius rei corporalis,
seu materialis potest contrahi
1 simonia, sed etiam interuentu cuiuscun-
que rei temporalis simonia committi-
tur, vnde si quis seruiret Prælato tali
pacto, vt sibi deinde beneficium confer-
ret ambo essent simoniaci *glos.* hic in
figuratione casus, & ratio est, nam ob-
2 sequium, & fauor linguæ veniunt appel-
latione commodi temporalis *cap sunt
nonnulli* 1 *q.* 1. & idem est dicendum de
adulatore, si quis enim eo animo adu-
letur, vt ex tali affectu orto ex adula-
tione quid spirituale cõsequeretur, etiã
simoniam cõmitteret, eo quod munus
linguæ fauorabile sit, d. *cap. sunt non-
nulli*.

Quæres. An liceat aliquando aliquid
accipere pro spiritualibus.

Respondetur affirmatiuè in pluribus
3 casibus. Primò, pro contrahendo ma-
trimonio, pro hoc enim constituitur
dos, quæ potius datur loco honoris, quã
pretij. *glos. in cap. honorantur 32. q. 2.*
4 *verb. honorantur, & text. in cap. deci-
mæ 16 q. 1.* tum quia datur dos propter
onera matrimonij, non propter sacra-
mentum matrimonij. Secundò, pro sa-
crificio, officio, &c. in certis locis, tunc
enim id datur non pro spiritualitate,
5 sed pro operibus materialibus, merito
dantes non sunt simoniaci, *cap. fin. ex-
tra ne Prælati vices suas, cap. charitate
12. q. 2.* Tertiò, quando aliquid certum
6 est, & determinatum ab Ecclesia, puta
pro laboribus ministrorum in consecra-
tionibus Ecclesiarũ, vel in alijs functio-
nibus. *cap. cum sit extra, eod. cap. rela-
tum 10 q. 3.* Quartò, census pro Eccle-
7 sijs dicatis, vel cõsecratis Episcopo de-
betur in signũ recognitionis. *cap. quæ-
situm 1. q. 3.* Quintò, ad animas suble-
8 uandas à pœnis, vt in *cap. animæ, & cap.
tempus 13. q. 2.* vnde pecunia, eleemo-
synis animæ fidelium subleuantur à pœ-
nis.

In §. & sicut.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, & etiã eius Notarius pro-
hibentur aliquid accipere pro ordini-
bus.*
2 *Episcopus potest ab ordinandis exige-
re candelas in signũ recognitionis, &
pro iure successoribus conseruando.*
3 *Ministri neque vllo pacto possunt ali-
quid exigere pro ordinibus.*
4 *Directè quod fieri non potest indirectè
quoque prohibetur.*
5 *Oblatum sponte non potest recipi pro
rebus sacris, nisi animus dantis, &
recipientis non habeat hunc finem.*
6 *Intentio magis est consideranda, quam
actio.*

1 NOn tantum Episcopus, sed etiã
eius Notarius, & quilibet mi-
nister prohibetur aliquid re-
cipere pro ordinibus conferendis, imò
Toletus in Summa vult, nec posse can-
delas accipi in collatione ordinũ. Hoc
autem intelligendum est ex pacto, vel
conuentione, secus autem quando Præ-

latus velet exigere candelas in signum
2 recognitionis, & ad consuetuandum Ius pro successoribus, tunc enim bene id potest. *cap. quaesitum 1 q. 3.* vbi census exigitur propter Ius, quod habet Episcopus in Ecclesia cōsecrata, vel dicata.

Aduerte etiam hic primò, quod non
3 possunt id facere ministri, nec directè, nec indirectè, puta exigēdo aliquid pro carta v.g. vel pro alia simili causa: nam quod directè fieri non potest indirectè quoque prohibetur, vt notat *Soccinus in cap. in ordinando extra eod. n. 4.*

Aduerte secundò, quod etiam sponte
4 oblatum pro sacris rebus recipi nequit *Trid. sess. 21 cap. 9. in decretis reformationum*, vbi id prohibet, poterit tamen recipi si dans non eo fine det, vt emat
5 res sacras, sed affectu gratitudinis, vel amicitiae, & recipiens eo etiam animo reciperet: nam magis intentio est con-
6 sideranda, quam actio ipsa. *cap. cum voluntate, de sententijs excōmunicationis.*

In §. pecuniam vero.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniae nomine veniunt iura, & actiones.*
2 *Pecunia comprehendit res pondere, numero, & mensura consistentes.*
3 *Pecunia strictissime accepta est, quae numeratur.*
4 *Pecunia nomine, quae sumuntur pro rebus sacris dari non possunt.*

1 ADuerte primò, quod pecuniae nomine multa veniunt, & primo si largè sumatur etiam iura, & actiones pecunia dici possunt equiualenter *l. pecunia, ff. de verb significatione.*
2 Secundò, quod comprendit omnes res, quae consistunt in numero pondere, & mensura, quia facillimè in pecunia reducuntur *l. talis scriptura ff de legatis 1.* strictissimè autem sumpta pecunia est,
3 quae in numeratione consistit. § *pretiū institutionibus, de emptione, & venditione lib. 3.*

Aduerte secundò, quod hic nomine pecuniae quaelibet ex his rebus venit, ac
4 proinde nihil pro sacris rebus dari debet, nec promitti, vt supra diximus, patet ex *cap qui aliam cum sequentibus extra eodem.* Esset hic videndum, an possit aliquid dari pro Sacramentis recipiendis, sed diximus *libro 2. de Sacramētis in genere, & de Sacram. baptismi.*

In §. sed, & tu quoque.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur accipiendo aliquid pro collatione ordinum.*
2 *Sacerdos praeter taxatum nihil potest petere pro funeralibus directe, sed indirecte pro laboribus.*
3 *Exequiae sunt quid spirituale.*
4 *Peti aliquid nequit pro benedictione nuptiarum.*
5 *Iudex ex officio potest constringere populum ad seruandam honestā consuetudinem taxae pro exequijs.*

1 HIc ponuntur varij casus in quibus simonia cōmittitur, & primò pro ordinādis Clericis. *cap. si quis obiecerit 1. q. 3. & cap. cum Ecclesiae extra eodem.* Secundò, non potest Sacerdos petere aliquid pro funeralibus
2 defunctorum praeter id, quod manet taxatum, & hoc neque directè pro exequijs (sunt enim quid spirituale) sed tā-
3 tum indirectè pro laboribus iuxta *textum, & glos. in cap tua nobis extra eod.* Tertiò, nec pro benedictione nuptiarū
4 ex eadem ratione, vt ibimet probatum, & ex *gl. s.* ibi habes, quod Sacerdos, neque habet actionem ad petendū id, quod consuetudo taxauit, pro exequijs, & pro similibus, tamen ex officio Iudicis potest cōstringi populus ad ob-
5 seruandam honestam consuetudinem. *cap. ad Apostolicam extra eod. cap. pro consuetudinibus, Authentico de sanctissimis Episcopis.*

In §. Is quoque, cum tribus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Electio Praelatorum hodie non est in vsu.*
2 *Simoniacus est dans aliquid pro sui electione, quia hanc sequitur consecratio.*
3 *Ex praeparatorijs deuenitur ad praeparatum.*
4 *Beneficio iam impetrato non licet dare aliquid pro capienda possessione.*
5 *Canonicus, quia non dedit consocijs, quod erat in vsu pro capienda possessione non remouetur à canonicatu.*
6 *Simonia cōmittitur etiā ignorāte electo.*

Nemo

7 *Nemo priuari debet Iure suo ex facto alterius, hac regula limitatur.*
8 *Simonia vt committatur, sufficit, si aliquis ex electoribus sit maculatus.*
9 *Simonia inducitur etiam ab animo recipientis.*
10 *Actus ex malitia vnius malignatur.*
11 *Episcopus non potest dispensare cum simoniace electo etiam ignoranter.*
12 *Grauiora sũt reseruata superioribus.*
13 *Episcopus potest dispensare in impetratione simoniaca beneficij simplicis aliquibus requisitis concurrentibus.*
14 *Resignatio simplex confert Episcopo liberam potestatẽ conferendi cui vult.*
15 *Ratihabitio electi promissionis, vel praestationis alicuius rei; idem est, ac si ab ipso praestatum, vel promissum fuisset.*
16 *Pontifex solus dispensat cũ electo ratum habente promissionem alterius.*
17 *Ratum habere non potest aliquis, quod suo nomine gestum non est.*
18 *Ratificans tertius percussionem clerici factam suo nomine incidit in excommunicationem.*
19 *Ratificans male facta, idem est, ac si ad id mandatum dedisset.*
20 *Approbans factum damnabile est puniendus.*
21 *Simonia non dicitur si fuit ignoranter ab aliquo inimico in fraudem cõmissa eligendi.*
22 *Malus non debet de fraude sua commodum reportare.*
23 *Fraus probatur coniecturis.*

1 HIc agendum esset de simonia,
quæ committitur in electione
Prælatorum, verum quia hæc
electio hodie non est in vsu, & multa
de tali electione diximus in *lib.* 1. agen-
tes de electione; illa recolite: possunt
enim deseruire adhuc pro electione Su-
periorum; ideo præter ibi dicta.
Aduerte primò, quod ideo, qui dat
2 aliquid pro sui electione est simoniacus,
quia electio est præparatoria ad conse-
crationem, & ex præparatorijs deueni-
tur ad præparatum, vt per DD. commu-
3 niter *in rubrica*, C. *de edendo*, ideo qui
electionem simoniacè procurat, idem
est, ac si consecrationem sic procurasset.
cap. sunt viri, distinct. 40. *cap. sane* 15.
q. 1. Idem dic, si quis daret aliquid pro
capienda possessione in beneficio iam
4 impetrato, imò si staret cõsuetudo, quod
electus in Canonicum v. g. aliquid dare
debeat Canonicis consocijs pro capien-
5 da possessione, non per hoc esset remo-
uendus à canonicatu, quia nihil dede-
rit consocijs. *cap. Iacobus, extra eod.*
Aduerte secundò, quod si ignorante
6 electo aliquid sit promissum, vel datum
pro electione, tamen electio æstimatur
simoniaca, & nulla. *cap. nobis extra eod.*
& in hoc fallit regula, quod nemo de-
7 bet priuari iure suo ex facto alterius, hic
enim cadit ab electione, ex simonia cõ-
missa ab electoribus, sufficit enim, quod
vnus sit maculatus ex electoribus ad
8 hoc, vt actus dicatur nullus, malum
enim est ex singulis defectibus, merito
dum actus malus est, & simoniacus ele-
ctus debet cadere à Iure, vt notatur hic.
Dices, ad committendam simoniam
debet quis aliquid dare, vel promitte-
re, siue per se, siue per alium, vt diximus,
sed hic neque dat, neque promittit, er-
go non debet puniri, vt simoniacus.
Respondetur negando maiorem imo
9 petit principium, vt enim patet ex su-
pradictis etiam animus recipientis si-
moniam inducit patet ex text. in *cap.*
10 *per tuas litteras extra eod.* quia ex ma-
litia vnius malignatur actus, & extendit
Abb. in d. cap. à nobis, licet vnus ex ele-
ctoribus sit maculatus.
Aduerte tertiò, quod non potest Epi-
21 scopus dispensare cum simoniacè electo
etiam ignoranter: nam grauiora sunt
superioribus reseruata. *cap.* 4. *de officio*
12 *delegati*, secus autẽ est in beneficio sim-
plici impetrato cum tali simonia; nam
tunc potest Episcopus dispensare tribus
13 concurrentibus, vt notat *glos. hic in* §.
sed videamus verb. liberè. Scilicet pri-
mò, quod simonia cõmissa sit ignorante
eo, cum quo dispensatur, nec ipso ratum
habente. Secundò, quod beneficium sit
simplex non curatum, & cum personatu.
Tertiò, quod præcedat libera resignatio
in manibus ipsius Episcopi, quod est idẽ,
ac dicere, posse Episcopum si velit talem
beneficium eidem conferre; nam sim-
14 plex resignatio confert Episcopo libe-
ram potestatem, cui vult, vt supra di-
ximus *lib.* 1. *agentes de translatione*.
Aduerte quartò, quod si electus per
15 simoniam sic ignoranter ratam habeat
præstationem alicuius rei, vel promis-
sionem pro electione, idem est, ac si ip-
se dedisset, ac proinde solus Pontifex cũ
ipso dispensare potest.
Dices, quod nomine meo gestum non
17 est, id ratum habere non possumus *l. si
pupilli*, §. *idem quaeritur, ff. de negotijs
gestis*, sed talis præstatio non est facta

nomine electi, ergo non poteſt ipſe ra-
tificare.

Reſpondetur negando minorem, ſup-
ponimus enim, quod is, qui dedit no-
mine electi dederit, licet inſcio ipſo; ſi-
cut etiam ſi quis percutiat clericum no-
mine tertij, hoc enim ratificante inci-
18 dit ipſe ratificans in excommunicatio-
nem ob percuſſionē, quod eſt ſpeciale in
maleficijs, quod ſcilicet is, qui ratificat
male facta nomine ſuo idē eſt, ac ſi ad id
19 mandatum dediſſet. *cap. non ſatis extra
eod. Abb. in cap. ſicut, de ſententia ex-
communicationis*, vbi etiam ait, quod
pœnam meretur, qui approbat factum
20 damnabile, vt patet ex *text. & gloſ. in
cap. cum quis, de ſententia excommu-
nicationis in 6.*

21 Aduerte quintò, totum hoc limitari,
quando talis ſimonia ex ignorantia cō-
miſſa eſt in odium eligēdi, quia vir ma-
22 lus non debet de fraude ſua comodum
reportare *cap. ſede Apoſtolica de reſcri-
ptis. l. fundo. ff de rei vendicatione*, hoc
autem ex coniecturis probatur, puta, ſi
inimicus eligendi aliquid dediſſet ele-
23 ctoribus, præſumeretur enim in fraudē
id dediſſe, & coniecturis probatur fraus.
*cap. 2. de renuntiatione, & l. dolo, C. de
dolo.*

In § ac veluti.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacis, quæ pœnæ infligantur?*
2 *Ordinans recipiens pro ordine confe-
rendo ſuſpenditur à dignitate.*
3 *Ordinandus dans pro ordine ſuſcipien-
do ſuſpenditur ab ordine.*
4 *Simoniæ mediator laicus excommuni-
catur, clericus deponitur.*

1 HIc de pœnis, quæ infliguntur in
ſimoniacos eſt ſermo, & habe-
tur hic, quod recipiens aliquid
2 pro ordinatione ſuſpenditur à tali di-
gnitate, dans vero eſt ſuſpenſus ab or-
3 dine ſic ſuſcepto. *cap. de cætero 1. q. 1.*
& mediator huius criminis excommu-
4 nicatur ſi ſit laicus, ſi vero ſit clericus ve-
nit deponendus. *cap. non ſatis extra
eod. cap. ſi quis Epiſcopus 1. q. 1.*

In §. hæc tamen, cū ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacè ordinans, nō concurrens ta-
men in ſimonia & ordinatus nō ſimo-
niacè à ſimoniaco non ſunt puniendi.*
2 *Simoniacè ordinatus recipit characte-
rem, licet illum exercere non valeat.*
3 *Characteris impreſſio requirit eſſen-
tialiter characterem baptiſmalem.*
4 *Sacramenti gratia vt recipiatur re-
quirit ſuſcipientis diſpoſitiones.*
5 *Character baptiſmalis nunquam au-
fertur.*
6 *Simoniacè beneficium impetratum
renunciari debet, & clericus fit in per-
petuum inhabilis ad beneficia.*
7 *Simoniaci agentes, & cōſentientes ſunt
excommunicati.*
8 *Simoniacè impetrans beneficium, de-
latus illo priuatur, & ab ordine de-
ponitur.*
9 *Simoniacus tantum inquiſitus ad tē-
pus ſuſpenditur.*
10 *Simoniæ pœnam non incurrit coactus
ſuſcipere ordines à ſimoniaco.*
11 *Simoniacè ordinatus ignoranter, ſed
libere ſuſpenditur ab adminiſtratio-
ne ordinis.*
12 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſimo-
niacè ordinato ignoranter.*
13 *Simonia ſemper committitur in impe-
tratione beneficij ſi pro quolibet actu
aliquid detur.*
14 *Simoniaco publico ſolus Pontifex di-
ſpenſat.*

1 SImoniacè conferens ordines, ſed
non ſimoniacus exiſtens, ſic etiam
non ſimoniacè à ſimoniaco ſuſci-
piens ordines non ſunt puniendi, quia
ipſi non peccarunt vnde Eccleſia diſpē-
ſat, vt miniſtrare poſſint. *cap. ſtatui-
mus 21. q. 1.* vbi ex capite ignorantiæ
excuſantur.

Aduerte hic primò, quod ſimoniacè
2 ordinatus, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter
verè recipit caracterem talis ordinis, li-
cet in illo miniſtrare non valeat, vt in
d. *cap. ſtatuimus*, §. *ſicut ergo*, & ratio
eſt, nam impreſſio caracteris eſſentiali-
3 ter requirit caracterem baptiſmalem.
Beccan. q. 10. de Sacramentis in genere,
vbi refert doctrinam *Auguſtini libro 4.
de baptiſmo*, aliæ autem diſpoſitiones
4 requiruntur ad gratiam Sacramenti, er-
go quotieſcunque quis eſt baptizatus
recipit characterem, nam nec ſimonia,
5 nec cenſura, nec excommunicatio po-
teſt caracterem baptiſmalem auferre,
ergo remanente caractere, hic ſemper
eſt habilis ad ordines.

Aduerte ſecundò, quod alijs pœnis af-
ficiuntur ſimoniaci, & ſi ſint in ordini-
bus

bus conferendis conferens, & suscipiens suspenduntur, vt diximus. Si sit beneficium sic impetratum renũciari debet, vt diximus, & clericus in perpetuum
6 erit inhabilis ad beneficia, *vt in extrauaganti cũ de detestabili scelus eod. tit.* Tertiò, sunt excõmunicati omnes agentes, & consentientes. *cap. requiruntur*
7 *1 q.1* Quartò, sunt infames, *glos in cap. si quis Episcopus eadem causa, & quæstione verb. mediator.* Quintò, si fuerit delatus debet priuari beneficio sic ob-
8 tento, & deponi ab ordine, si vero fuerit de hoc inquisitus non est deponendus, sed tantum suspenditur ad tempus,
9 quo elapso poterit in sua Ecclesia ministrare. *§. quod si non ordinem, cap. presbyter 1. q.1.*

Aduerte tertiò, quod ille, qui omni-
10 no coactus susciperet ordinem à simoniaco, nulla pœna esset puniendus nam talis coactio ipsum excusat, vnde neque
11 est irregularis, secus autem si ignoranter, sed liberè accedat, tunc enim est suspensus ab administratione in ordine sic
12 suscepto, sed tamen potest Episcopus cum ipso dispensare, d. *cap. si quis Episcopus.*

Aduerte vltimo, quod quomodocun-
13 que, & cuicunque detur aliquid pro cõsequendo beneficio, pro præsentatione, electione, institutione, confirmatione, possessione. &c. semper committitur simonia, & beneficium amittitur *Toletus*
14 *in summa lib.5 cap.91.* & quando publica est tunc solus Pontifex dispensare potest, vt diximus.

In §. quinimmo.

SVMMARIVM.

1 *Simonia parentum in beneficio impetrando non nocet paruulis filijs, nisi quod tenentur illud resignare.*
2 *Misericordia digni sunt, qui alieno laborant vitio.*
3 *Simonia parentum nocet filijs maioribus illam ratificantibus, quibus si misericordia impertitur poterunt in alijs non in eadem Ecclesia remanere.*
4 *Dictis alienis acquiescere debet, qui non habet conscientiam læsam.*
5 *Filius debet optare patrem suo bono quæcumque agere, nisi veritas sit cõtraria.*

HIc idem casus proponitur, de quo supra diximus, de eo scilicet, in cuius electione ignoranter simonia in-
1 teruenisset, sic si paruuli ex delicto parentum taliter beneficium obtinuerint illud resignare tenentur, sed non erunt deponendi, quia ipsi non peccauerunt, sed patres eorum, neque filius in hoc casu debet portare patris iniquitatem. *cap. quicunque 1. q.5.* quod intellige
2 de Iure, & sic non indigent alia dispensatione, nam misericordia digni sunt, qui alieno laborant vitio. *l. lege, C. de naturalibus liberis.*

Limita tamen in eo qui maior existens conscius de tali simonia ipsam ratificauit hic enim est suspendendus, sed si ei misericordia impertiatur, in alijs
3 Ecclesijs non in eadem remanere poterit. *cap. quicunque 1 q 5. vbi glos. verb. magna misericordia.* Paruuli autem debent in hoc acquiescere dictis parentum, qui si dixerint factũ sic euenisse fides est eis præstanda. *glos. in præsenti, §. verb. omnino.*

Dices, qui non habet conscientiam
4 læsam debet esse omnino securus, nec alienis dictis acquiescere debet. *l. filiũ, ff de his qui sunt sui, vel alieni Iuris.* ergo non debet filius stare dicto sui patris.

Respondetur negando consequentiã, & ratio est, quia filius debet optare patrem nolle eius malum, & quod non di-
5 cat filio quidquam in eius damnum, nisi vere res ita euenisset. *cap. afferte mihi gladium, & cap litteras de præsumptionibus*, quod non est si alij id dicerent, tunc enim potest esse, quod isti mouerentur ex aliquo prauo affectu inuidiæ. & tunc qui non habet conscientiam læsam, non tenetur stare eorum dictis.

In §. hæc obijciat, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur etiam pro accessorijs ad res sacras.*
2 *Ius percipiendi fructus Ecclesiasticos prouentus, &c. non potest vendi.*
3 *Annexorum, & connexorum eadem est dispositio.*
4 *Simonia in crimine potest admitti seruus, vel alius criminosus ad accusandum.*
5 *Simonia æquiparatur crimini læsæ Maiestatis.*
6 *Simonia admittit ad accusandum etiã meretricem, & infamem, &c.*

Ido-

7 *Idoneitas maior requiritur in teste, quam in accusatore.*
8 *Simoniacus difficilius alijs criminosis potest obtinere dispensationem pro celebrando.*
9 *Vitiatus in radice fructum bonum producere nequit.*

1 ADuerte primò, quod hic valet regula accessoriorum, & ideo non tantum pro consecratione Ecclesiæ nihil præstare potest, sed neque pro accessorijs ad talem consecrationẽ: nam hæc esset fraus, ministri enim aliquod susciperent pro eisdem conseruationibus, licet ficto colore id facerent. *cap. si quis obiecerit* 1. q. 3. & sic Ius per-
2 cipiendi fructus Ecclesiasticos, prouentus, &c. nec vendi potest: nam hæc sunt accessoria ad Ecclesiam, d. *cap. si quis obiecerit*, & annexorum, & connexorum eadem est dispositio. *cap. quo Iure di-*
3 *stinct.* 1. *c. hac quippe* 3. q. 6. *Itum qui, §. si libertus, ff. de Iureiurando, notat gloss. in d. cap si quis obiecerit.*

Aduerte secundò, quod tanta est labes huius criminis, vt licet seruus, vel aliter criminosus non admittatur ad ac-
4 cusandum, vt supra diximus ex *cap. 2. de accusationibus*, tamen hoc limitatur, vnde seruus admittitur contra dominũ, quia simonia se habet ad modum crimi-
5 nis læsæ Maiestatis, in quo etiam seruus admittitur ad accusandum, & patet etiã ex dictis in initio de accusationibus.

Aduerte tertiò, quod etiã meretrix,
6 quæ alias ab accusatione repellitur pro hoc tamen crimine admittitur. *l. quæ adulterum, C. de adulterij*, sic infamis, vel criminosus qui licet alias repellatur, hic tamen ob grauitatem criminis non excluditur. *cap. licet extra eodem*, non sic tamen ad testificandum, quia
7 maior idoneitas requiritur in teste, quã in accusatore, patet ex d. *cap. tanta est labes.*

Aduerte quartò, quod licet alij criminosi facilius possint habere dispensa-
8 tionem pro celebrando, tamen simoniacus non sic, hic enim ab initio suscepti ordinis contraxit impedimentum. *cap. repelliuntur* 1. q. 1. & qui in radice
9 vitiatus est fructum bonum producere nequit. *cap. quibusdam* 1. *quæstione* 1.

In §. sciendum est, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Simonia non semper committitur, quamuis intersit præstatio. & quomodo?*
2 *Intentio dantis, vel recipientis consideranda est.*
4 *Simonia non committitur quando datur aliquid ad redimendam vexationem in Iure quæsito.*
5 *Simoniacus est dans aliquid pro expeditione.*
6 *Simoniaca est electio si quis alicui contradicenti pecuniã dari procurarit.*
7 *Homini quid prodest si vniuersum mundum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiam.*

1 ADuerte primò, quod non semper, & indistinctè qualibet præstatione simonia committitur, ideo si aliquid detur non ex pacto, neque ex tali animo sed tantum amicitiæ, & amoris causa, siue antecedat, siue post sequatur collationem ordinis, vel beneficij, nulla simonia committitur sic in præsenti. §. *sciendum est*, & patet ex *cap. placuit* 1. q. 1. *cap. tua. & cap. dilectus extra eod.* intentio enim sic dantis, vel recipientis non est deprauata, vt notat *gloss. hic in primo notabili*, & extenditur
2 ad casus similes, dummodo principaliter dans, vel recipiens non intendat emere, vel vendere res sacras.

Aduerte secundò, idem esse dicendũ ad redimendam vexationem in Iure quæsito, secus autem in Iure quærendo, vnde si quis v. g. molestetur in pacifica possessione, quã habet beneficij, vel of-
3 ficij potest ad suam vexationẽ redimendam aliquid soluere, nõ animo emendi res sacras, sed potius vi compulsus. *cap. dilectus extra eod.* secus autem in Iure quærendo, tunc enim non licet, esset enim propriam simoniam committere, vt si quis ad hoc, vt ei detur possessio, vel expediãtur litteræ, &c. aliquid da-
4 ret pro expeditione, hic simoniacus esset *Trid. sess.* 24. *cap.* 1. *de reformatione, & sess.* 21. *cap.* 1. patet ex *cap. Matthæus extra eod.* vnde vt ibi habetur, si quis
5 contradicente aliquo electioni de se facta, pecuniam ei procuraret dandam,
6 talis electio, & confirmatio inde secuta simoniaca est, & debet officium, & dignitatem deponere, vt enim habetur in fine

fine dicti *cap.* quid prodest homini si
7 vniuersum mundum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur.

In §. ita demum cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non potest vendere ea, quæ sunt iurisdictionis, quia sunt annexa spiritualitati.*
2 *Simoniaci dicuntur Barones officia vendentes.*
3 *Iustitia est res sacra.*
4 *Soluens aliquid pro licentia exigendi suspenditur à beneficio.*
5 *Papa an possit dispensare in simonia?*
6 *Papa nequit dispensare in simonia cōmissa pro Sacramentis, & sacramentalibus.*
7 *Papa in ijs, quæ spectant ad Ius diuinum non potest dispensare.*
8 *Papa potest dispensare in simonia commissa pro beneficijs, & dignitatibus.*
9 *Simonia secluso animo vendendi, vel emendi res sacras consistit in Iure mere positiuo.*
10 *Simonia an precibus cammittatur?*
11 *Simonia non committitur precibus ad Deum, vel Sanctos.*
12 *Simonia committitur precibus ad homines pro indigno.*
13 *Preces iacem sunt ac pretium.*
14 *Simonia committitur precibus etiam pro digno, si superior praesse ex illis moueatur, secus si moueatur dignitate subiecti precibus commendati.*
15 *Precibus se ipsum proponens, tanquā ambitiosus est deponendus.*
16 *Simoniacè ordinatus an possit celebrare?*
17 *Simonia scienter, & voluntariè in ordinatione commissa parturit irregularitatem, in qua solus Pontifex dispensat.*
18 *Simonia inscio ordinato commissa nullam dat illi difficultatem, quin possit celebrare.*
19 *Simoniacè voluntariè ordinatus est etiam excommunicatus.*
20 *Simonia oritur tantum in ordine, vel beneficio.*
21 *Simonia committitur etiam pro dando, vel accipiendo aliquid pro litteris dimissorialibus sigillo, &c.*
22 *Simoniaci Cardinales, Patriarcha, &c. sunt ipso facto excommunicati.*
23 *Simonia an committatur si detur aliquid, aut promittatur pro Vicariatu?*
24 *Vicariatus est res spiritualis.*
25 *Simoniacè ordinatus est suspensus tātum ab ordine sic suscepto.*
26 *Simonia an committatur si pactum intersit de dando aliquid causa remunerationis non intendens vendere, nec emere?*
27 *Simoniacum, & damnatum est pactū emendi, vel vendendi res sacras.*
28 *Simoniacum non est pactum de recognoscendo, vel remunerando pro laboribus.*
29 *Simonia non committitur si post factū detur aliquid recompensandi causa labores.*
30 *Simoniæ peccatum non est dare vltra quod quis meretur, sed potius iniustitiæ, quod etiam liberalitas excusat.*
35 *Simonia an sit mutuari aliquid ad captandam amicitiam, vt deinde sequatur consecutio beneficij. &c.*
32 *Simonia, & vsura simul concurrunt in mutuante, vt inde aliquid consequatur.*
33 *Simonia non est aliquid mutuare ad captandam tantum amicitiam.*
34 *Simonia committitur vendendo sepulturam.*
35 *Sepultura est res pia, & non potest ab Ecclesiasticis impediri.*
36 *Simonia non est vendere locum bonorabilorem sepulturæ.*
37 *Simonia realis tantum, vel conuentionalis inducit pœnas Iuris in simoniacos; aliæ non.*
38 *Simoniacè susceptū debet restitui ante sententiam & post sententiam ei cui condemnatur quis restituere.*
39 *Iniuste quod nobis aduenit iniuste nō acquiritur.*
40 *Simoniaca electio Papæ est reiteranda.*
41 *Simoniace ministrans Sacramenta nō tenetur ad restitutionem simoniace suscepti.*

1 ADuerte primò, pro his §§. quod non potest Prælatus vendere ea, quæ sunt iurisdictionis, quia, & hæc habent secum spiritualitatem annexam. *cap.* 1. *&* 2. *extra ne Prælati vices suas*, & notat *glos. hic verb. Lateranensi, & Turonēsi*, & ratio redditur, nam dum Sacerdotium venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

Aduerte secundò, quod eadem ratio-
2 ne simoniaci dicuntur Barones, & alij, qui officia, & patentes suorum gubernatorum vēdunt sic *Capiblancus pragmatica 4. de Baronibus*, & ratio est, nam simo-

simonia committitur venditione rei sacræ; sed Iustitia est res sacra. *cap. 2. ne*
3 *Prælati vices suas*, ergo bene tales debent dici Barones vendentes, & ementes talia officia, inducuntur enim emptores ad Iustitiam extorquendam, vt expensum recuperent, & aliud quid lucrentur.

Aduerte tertiò, ex *§. fin.* quod ad si-
4 militudinem simoniæ est etiam prohibitũ, ne quis pro licentia colligendi aliquod soluat, & si quis id fecerit suspenditur à beneficio Ecclesiastico, nõ enim debet Iuribus Ecclesiæ vti, qui eius profectum nititur impedire, & si aliquid exactũ sit restitui debet, *glos. bis verb. exigere*, sed pro maiori dilucidatione huius materiæ occurrũt aliqua pro quibus.

5 Quæres primò: An possit Papa dispẽsare in simonia, & approbare pactum simoniacum.

Respondetur cum distinctione, aut sumus in Sacramentis, & sacramentali-
6 bus, & in his non potest Pontifex dispensare, quia hæc est simonia prohibita de Iure diuino vt supra diximus, & in ijs, quæ spectant ad Ius diuinum Papa
7 dispẽsare nequit diximus libro primo de Episcopis. & summo Pontifice. Vel sumus in beneficijs, & in dignitatibus. & in his Papa dispensare potest, debet tamen à voluntate paciscientium auertere intentionem emendi, vel vendendi res spirituales, vel spiritualitati annexas. *glos. in cap. cum pridem extra de pactis verb. illicitæ pactionis*, & ratio est, quia secluso tali animo sistimus in
9 Iure mere positiuo, & in hoc cur non poterit Pontifex dispensare, vt patet ex *cap. proposuit de concessione præbendæ*.

10 Quæres secundò: An preces inducant simoniam.

Respondetur cum distinctione, aut
11 sunt preces spirituales ad Deũ vel Sanctos, & istæ licitæ sũt. *cap Sanctorum 1. q. 1.* Aut sunt preces ad homines, &
12 sub distinguo, vel sunt preces pro promotione indigni, & sunt illicitæ, ac simoniacè. *cap. de ordinationibus 1. q. 1.*
13 preces enim idem sunt, ac pretium. *cap. sunt nonnulli 1. q. 1.* Aut sunt pro digno, & iterum distinguo, vel superior præcisè ex precibus mouetur, & tunc etiam simonia committitur, aut moue-
14 tur propter dignitatem subiecti, quod preces proponunt, & tunc nulla committitur simonia *cap. quibusdam 1. q. 1.* & notant *textus*, & *glos. in cap. tuam in Domino de ætate, & qualitate*. Si autem quis se ipsũ precibus proponeret, & tunc siue superior moueatur ex pre-
15 cibus, siue non, ipse est deponendus tanquam ambitiosus. *cap. nullus itaque causa, & quæst. citata.*

Quæres tertiò: An simoniacè ordi-
16 natus possit celebrare.

Respondetur cum distinctione, aut simonia fuit scienter, & voluntariè, &
17 tunc celebrans sine dispensatione, & pœnitentia efficitur irregularis, in qua irregularitate solus Pontifex dispensat. *Couarruuias in clem. si furiosus in 1. par. relectionis*, § 1. Si autem se inscio,
18 nec ratum habente simonia commissa est, tunc validè ordinatur, & habet ordinis executionem expeditam. *Nau. in manuali confessariorum cap 25. n. 68. Cardinalis Alexandrinus in cap. statuimus, & cap. si quis 1. q. 1.* quando autẽ
19 voluntariè quis fuit sic ordinatus est etiam excommunicatus, vt in *Extrauaganti detestabile hoc titulo, Felinus in cap. de cætero, de re iudicata, Rocus de Curte tract. de Iurepatronatus verb. & vtile*, quod intellige circa simonia-
20 cos tantum in ordine, vel beneficio. *Diaz in praxi criminali cap. 94. verb. extrauagantem, Pauli* vbi etiam notat, quod licet, quod detur pro litteris dimissorialibus, vel pro sigillo, vel pro si-
21 mili causa semper simonia est. Ex *eod. Diaz* nota, quod cum Romæ maximè vigeret hoc crimen ideo tam Cardinales, quam Patriarchæ, Episcopi, &c. tale crimen committentes sint excommu-
22 nicati ipso facto. & si Ecclesiam ingrediantur sunt irregulares colligitur ex *cap. is cui, de sententia excommunicationis in 6.* & patet ex *Bulla Pij IV. anno 1564. & Pij V. anno 1569.*

23 Quæres quartò: An pro Vicariatu possit aliquid dari, vel promitti.

Respondetur negatiuè: nam Vicaria-
24 tus est res spiritualis, quia habet admixtam Iurisdictionem spiritualem, & temporalem. *Soccinus in cap. consulere hoc tit. num. 1.*

Quæres quintò: An simoniacè ordi-
25 natus sit suspensus à quolibet ordine, an tantum ab ordine sic suscepto.

Respondetur ex *Soccino* in *cap. per tuas n. 13.* esse suspensum tantum ab ordine sic suscepto.

Quæres sextò: An non intendens vẽ-
26 dere, nec emere res sacras possit pacisci de dando aliquid causa remunerationis, seu compensationis gratuitè pro beneficio.

Respondetur affirmatiuè, quod intelli-

telli-

telllge, ac poſitá doctrina ſcilicet, quod
27 duplex poteſt eſſe pactum, aut de emēdis rebus ſacris, & intuitu illarum, &
tale pactum eſt ſimoniacum, ac damnatum in d. *extrauaganti cum deteſtabile, & cap. tua nos extra eod.* aut fit animo purè recompenſandi labores corporales, qui interueniunt in tali conceſ-
28 ſione, & impetratione, vel etiam ad recognoſcendum, arbitrium concedentis, & tunc licitè dari poteſt, vel promitti etiam ab initio, & ratio eſt, quia nemo eſt, qui neget ex poſt facto poſſe dari aliquid ad recōpenſandos tales labores, ergo poterit dari etiā ad id pactum, ſic *Vallentia tom. 1. diſp. 6. q. 16.*
29 *pun. 3* qui citat *Gabrielem, Caietanū, Sotum, & alios*, & idem notiſſimè docuit *Tannerus 2. 2. diſp 5 q 8 dubio 3. n 36.* & expreſſè *Rodriquez in Summa tom. 4. cap. 133. n. 19.* qui ait, quod licet detur aliquid vltra æſtimationem talium laborum, tamen non eſt peccatū
30 ſimoniæ, ſed peccatum potius iniuſtitiæ, quatenus emitur res vltra maiorem æſtimationem, ſed poteſt euitari tale peccatum, quando quid datur omnino liberaliter, tunc enim nulla iniuſtitia committitur, tum etiam, quia vt diximus ex S. *Doctore in lib. 1.* contra agnetes de paupertate religioſa, non eſt cōtra votum paupertatis ex regulis gratitudinis dare per quartam partem vtra id, quod quis meretur, & ſic merenti 80. dare 100.

Quæres ſeptimò: An poſſit quis mu-
31 tuare aliquid Epiſcopo, vel alter ad captandam amicitiam Epiſcopi, vt ex tali mutuo moueatur Epiſcopus ad beneficium concedendum ſibi, vel ſuo filio, &c.

Reſpōdetur, quod ſi hic verè, & principaliter hoc intendat ex tali mutuo, & ad hoc mutuet committit vſuram, & ſimoniam, vſuram, quia aliquod præten-
32 dit vltra ſortem principalem, ſimoniā, quia intendit medio tali mutuo emere res ſacras, at ſi mutuet tantum eo præciſo animo, vt captet amicitiam con-
33 cedentis, & ſit poſtea in eius electione dare beneficium nec ne, tunc fieri poteſt, nec ſimonia committitur, ſic colligitur ex *Leſſio libro 2. cap. 20. dubio 9. n. 64 & Tannerus 2. ſecundæ tract. 5. cap 3. n. 6. & alios refert Diana par. 1. tract. 1 de contractibus reſolutione 61.*

Quæres octauò: Quomodo non cōmittant ſimoniam Eccleſiaſtici, qui vēdunt locum Eccleſiæ pro ſepulturis?
34 Reſpondetur, quod aut propriè vendunt ſepulturam, & certum eſt, quod ſimoniā cōmittunt, ſepultura enim eſt res
35 pia, nec poſſunt Eccleſiaſtici impedire ne mortui ſepeliantur in proprijs Eccleſijs. *Suarez de regularibus tom. 1. lib. 4. de ſimonia cap. 14. n. 22.* aut intendunt vendere locum honorabiliorē, itant poſſit emptor prohibere, ne alij
36 ſepeliantur in tali loco, & tunc quia hoc eſt ius mere temporale, ideo poterunt Eccleſiaſtici illud vendere, & non committent ſimoniam. *Garſias de beneficijs tom 1. par. 3 c. 9. n. 117 Emanuel Sà verb. ſimonia n. 2. Barboſa in collectaneis tom. 2. lib. 3 tit. 28 c. 13 Genuenſis in praxi Archiepiſcopali c. 32. & Garſias loco citato*, refert ſic fuiſſe *decisum Romæ coram Lancellotto 17. Maij 1572.*

Nota etiam hic ex *Tannero 2 ſecundæ diſp. 5. q. 8 dubio 4 n. 99.* quod nulla ſimonia inducit pœnas iuris ſcilicet ex-
37 communicationis & ſuſpenſionis, niſi ſimonia realis, vel conuentionalis, non autem ſola ſimonia mentalis, ſecus ſi fuerit ſimonia conuentionalis, puta per Apocas, vel ſcripturas, hæc enim ſimonia refertur ad conuentionalem. Habes etiam ex eodem, quod ſuſceptum ſimo-
38 niacè in talibus caſibus reſtitui debet, nam nobis non acquiritur, quod iniuſtè nobis aduenit, & ante ſententiam
39 debet reſtitui ei, à quo acceptum eſt, at poſt ſententiam ei reſtitui debet, cui reſtituere condemnatur ſimoniacus.
40 Nota ſecundò, quod electio Papæ ſic ſimoniacè facta nulla eſt, & reiteranda, vt notat idem *Tannerus*.

Nota tertiò, ex *Turriano in diſputationibus ſelectis centuria 4. dubio 59. ſecundum Vaſquez, & alios*, quod ſimoniacè miniſtrans Sacramenta non te-
41 netur reſtituere ſimoniacè ſuſceptum, nam obligatio reſtitutionis in hoc caſu non eſt de iure naturæ, ſed de iure poſitiuo, merito quis condemnari debet, & tunc coactè, & auctore prætore, ſic acceptum reſtituere cogitur.

DE HÆRETICIS, Schiſmaticis, & Apoſtatis.

TITVLVS QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis lædit maieſtatem Diuinam.*
2 *Hæreticus quis dicatur?*
3 *Hæreſeos etimologia.*

4 *Hæresiarca qualis habeatur.*
5 *Hæreseos crimen resides in intellectu.*
6 *Hæreticus vt dici possit requiritur, vt erret in fide.*
7 *Hæreticus non dicitur recedens à communi opinione, sed ad summum temerarius.*
8 *Hæreticus non potest esse nisi baptizatus.*
9 *Hæretici dicuntur qui pertinaciter, non simpliciter,& ex errore sentiunt contra fidem.*
10 *Hæretici non sunt adorantes dæmones tantû ad finem aliquid consequendi.*
11 *Hæretici non sunt expuentes sacras imagines calore iracundiæ.*
12 *Schismatici quinam sint?*
13 *Schismatici in larga significatione possunt dici peccatores, & excommunicati num. 14*
14 *Schismatici propriè sunt separantes se ab Ecclesia vniuersali.*
15 *Schismatici possunt esse infideles, qui non sunt vniti Ecclesiæ.*
16 *Schismaticorum,& hæreticorum differentia.*
17 *Schismatici non solum sunt Papæ authoritatem negantes, sed etiam hæretici.*
18 *Ecclesiam esse vniuersalem est vnus ex fidei articulis.*
19 *Apostasia quid sit?*
20 *Apostasia etimologia.*



1 EGIMVS iam de vno crimine, quod lædit maiestatem Diuinam sequebatur videre de alio, merito,&c.ad cuius titul.& §.primi intelligentiam videbimus primò, qui sint hæretici, & vnde dicantur. Secundò, quæ requirantur ad hoc, vt quis sit formaliter hæreticus. Tertiò, videbimus, quid sit schismaticus, & quomodo inducatur schisma. Quartò, aliqua breuiter de Apostatis.

Circa primum aduerte primò, quod
2 hæreticus est, qui falsas opiniones gignit,& sequitur, vt habetur hic in §. 1. *ex cap.hæreticus* 24. q. 3 & hæresis idem est, ac electio a verbo hercisor, quod idem est, ac separatio, seu diuisio, idem
3 enim est eligere,ac separare. *Hieronym. in cap. hæresis* 24. q.3. vbi ait,quod hæresis græcè idem est,ac electio quasi hæretici sibi peculiarem disciplinã sumunt insectandam.

Aduerte secundò,quod habemus etiã
4 alium terminum, qui est (hæresiarca) & hic ille dicitur, qui est caput,& auctor hæresis, & tales auctores ferè centum ponuntur in fine. *q.* 3 *causa citata*, vt ibi videre est.

Circa secundum aduerte, quod cum
5 hæresis resideat in intellectu, qui alio modo retinet doctrinam, quã Ecclesia vniuersalis substinet, nec alibi residere potest quam in intellectu,cuius est veri-
6 tatem indagare,& à falso diuertere ideo ad hoc vt quis sit formaliter hæreticus requiritur primò, quod error sit in fide Catholica, siue in dogmate vniuersali, alias errans contra communem opinionem non potest dici hæreticus, sed ad
7 summum temerarius. *Siluest. verb. hæreticus, §.7 ex cap. ad abolendam extra eodem.* Secundò, debet esse quis baptizatus,alias enim infidelis non potest
8 dici hæreticus, quia non potest dici separatus, qui nunquam fuit vnitus. *Siluest.loco citato.* Tertiò, requiritur, quod sit pertinacia in volũtate errantis, si quis enim simpliciter sentiat aliquid con-
9 trarium fidei, putans rem ita se habere, cognita deinde veritate si expellat deinde errorem, hic non potest dici hæreticus. *cap. accusatus, de hæreticis in 6.* vbi habetur, quod hæresis requirit pertinaciam, & ideo non possunt dici hæretici,
10 qui adorant dæmones, vt aliquid consequantur ab ipsis, scientes tamen, & tenentes non esse adorandos. Item si quis expueret imagines Sanctorum, vel
11 quid simile faceret calore iracundiæ, nam hic non posset dici hæreticus cum non habeat pertinaciam in voluntate,d. *cap. accusatus, vbi glos.& DD. communiter*

Circa tertium schismatici sunt, qui se
12 ab vnitate Ecclesiæ per inobedientiam separant ideo.

Aduerte primò, quod multi veniunt appellatione schismaticorũ in larga significatione, & imprimis quilibet pec-
13 cator prout separatur ab alijs in charitate, schismaticus dici potest. *cap. audi denique* 1. q. 1. Item excommunicati, nam & isti sunt separati à communione
14 fidelium. *cap. cum excõmunicato ead. causa q.* 3. Strictissimè autem illi sunt schismatici, qui separant se ab Ecclesia vniuersali, & cleros constituunt, & ordi-
15 nant nolentes sub Summo Pontifice esse, vt notant *glos. hic ex Abb. in c. tua extra eodem.*

Aduerte secundò, quod ille potest
16 scindi, qui semel fuit vnitus, vnde infideles, nec schismatici dici possũt. Item schisma-

ſchiſmatici non ſunt idem, ac hæretici, omnes enim hæretici sũt ſchiſmatici, at non omnes ſchiſmatici ſunt hæretici, &
17 ratio eſt, nam omnis hæreſis habet peccatum, & excommunicationem, & ſic habent ſeparationem ab Eccleſia, at nõ omnis ſeparatus ab Eccleſia eſt hæreticus, niſi ſeparationi hæreſis addatur. Sic ſunt, qui ſe ſeparant ab Eccleſia negan-
18 tes auctoritatem Summi Pontificis, iſti enim nõ tantum ſunt ſchiſmatici, ſed etiam hæretici, vt patet ex *text. & ex Archidiacono in cap. inter 24. q. 3.*

Vnde eſt, quod iſti negent articulum
19 fidei exercite, negant enim Eccleſiam Catholicam, & vniuerſalem, vt in *cap. ſi eligentium de electione*, merito pertinaciter ſic manens, vt hæreticus eijci debet. *Archid. loco citato.*

Circa quartum aduerte, quod Apo-
20 ſtaſia eſt temerarius receſſus à fide, vel ab obedientia, vel à religione, & ſic quandocunque quis, vel eſt inobediens præceptis Eccleſiæ, vel recedit à religione poſt profeſſionẽ, vel recedit ab obedientia ſuperiori debita ſemper eſt Apoſtata. *S. D. 2. 2 q. 12. gloſ. in cap. 1. de*
21 *Apoſtatis.* Apoſtatari autem idem eſt, ac à ſtatu priori recedere. *Hoſt in ſum. verbo hæreſis, & Siluest. verb. apoſtata num. 2. & ſequentibus.*

In §. vtrumque verò, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Schiſmatici ſunt ipſo facto excommunicati.*
2 *Schiſmatici omni honore, & dignitate ſpoliantur.*
3 *Schiſmatici vt puniantur poteſt ſuperior Eccleſiaſticus ſæcularis brachium implorare.*
4 *Schiſmaticorũ bona confiſcantur, quæ tum redeunt recuperare poſſunt.*
5 *Schiſmaticorũ acta habentur pro nullis, declara vt infra.*
6 *Iudex an poſſit pro quolibet crimine clericorum implorare brachium curiæ ſæcularis.*
7 *Imploratio brachij curiæ ſæcularis ſemper fit ad iuuandum Iudicem Eccleſiaſticum.*
8 *Puniri nemo debet multiplici pœna.*
9 *Schiſmatici cur multas patiantur pœnas?*

Agitur hic de pœnis ſchiſmaticorum, quæ variæ sũt, pro quibus. Aduerte primò, quod id, quod
1 hic loquimur de ſchiſmaticis à fortiori habet locũ in hæreticis, & ſic in primis ſunt excõmunicati ipſo facto *cap. quoniam, de officio ordinarij*, quod intellige etiã in ſchiſmate abſque hæreſi. *Abb.*
2 *in cap. 1. de ſchiſmaticis.* Secundò, ſpoliantur omni dignitate, & honore Eccleſiaſtico, d. *cap. quoniam.* Tertiò, ſi nõ
3 poſſit ſuperior Eccleſiaſticus ipſos de facili coercere poterit ad hoc implorare brachium curiæ ſæcularis, d. *cap quoniã cap. 1. eod. tit. & cap. principes 23. q. 1.*
4 Quartò, omnia eorum bona confiſcantur. *cap. 1 de ſchiſmaticis in 6.* Si tamen redeant poterunt recuperare prædicta bona. *cap. quo à te, de clericis coniugatis.* Quintò, omnia acta per ipſos nulla ſunt, & pro nullis habentur. *Abb. in c. 1.*
5 *de ſchiſmaticis.* Dixi, & pro nullis habentur; nam ſunt aliqua acta ab ipſis, quæ ſunt valida, ſed habentur pro nullis quoad forum, ſic diximus ſupra de ordinibus collatis etiam à miniſtro hæretico, excommunicato, &c. *vt in lib. 2. Canon. de Sacramento ordinis.*

Sed quæres circa tertiam pœnam: An
6 pro quolibet alio crimine clericorum poſſit Iudex implorare auxilium curiæ ſæcularis.

Reſpondetur, tunc id licere quando clericus eſt incorrigibilis. *gloſ hic verb. brachij*, & quandocunque, vel quomodocunque imploretur ſemper fit ad adiuuandum Iudicem Eccleſiaſticum, nec
7 propter alium finem. *cap. cum non ab homine de Iudicijs, cap. dictũ diſtinct. 81.*

Dices cõtra poſitas pœnas nemo de-
8 bet multiplici pœna puniri. *l. Senatus, ff. de accuſationibus*, ergo non debent ſciſmatici, vel hæretici tot tantiſue pœnis puniri.

Reſpondetur diſtinguendo antecedẽs in crimine priuato, & concedo, in crimine læſæ maieſtatis, & nego: *l. quiſquis,*
9 *C. ad l. Iuliam maieſtatis*, vbi multiplici pœna punitur, qui offendit maieſtatem humanam; ergo multo magis, qui lædit maieſtatem Diuinam.

In §. hæreſis vſque ad §. ſed, & eorundem.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici ſiue clerici, ſiue laici tradantur*

tur curia sæculari, & puniuntur pœna mortis.

2 *Heretici conuicti sunt puniendi, si autem de heresi dubitetur ad Pontificē est recurrendum.*

3 *Episcopus negligēs in persecutione hereticorum sua diœcesis remouetur à dignitate.*

4 *Princeps laicus si monitus non expellat hereticos est excommunicatus, & si sic steterit per annū absoluuntur subditi à summo Pontifice à iuramēto fidelitatis.*

5 *Hereticorū fautores quoq; puniūtur.*

6 *Delinquit in grauius, qui errorem defendit, quam qui errat.*

7 *Hereticorum quilibet fautores excōmunicantur, & ab omni munere, & actu repelluntur.*

8 *Hereticis non datur aduocatus.*

9 *Hereticorum bona confiscata si laicorum sint, fisco applicantur, si clericorum, Ecclesia.*

10 *Hereticorum filij quamuis catholici priuantur hereditate paterna.*

11 *Pœna suos debent tenere auctores; hoc dictum declaratur.*

12 *Hereticorum filij nō sunt capaces hereditatis, etiam si instituantur ab extraneis.*

13 *Heretici vxor non amittit dotem, nisi scienter cum heretico contraxisset.*

14 *Ignorantia præsumitur, nisi de scientia probetur.*

15 *Hereticorum filij cur puniantur, & non vxor datur disparitas.*

16 *Heretici si statim antequam conuincantur suum crimen confiteantur, & abiurent, sunt mitius puniendi, & cum ipsis misericorditer procedendū.*

17 *Heretici priuantur Ecclesiastica sepultura, & ipsos sepeliens scienter est excommunicatus.*

18 *Hereticos sepeliens vltra pœnam ad quid teneatur?*

19 *Hereticis pro sepultura locus deseruiens est interdictus pro sepultura fidelium.*

20 *Inanimata etiam puniuntur.*

21 *Hereticorum bona confiscantur etiā post ipsorum mortem, si viuentibus ipsis non fuerint confiscata; & post quod tempus?*

22 *Hereticorum bona per quod tempus præscribantur à filijs?*

23 *Hereticus in intellectu tantum non includitur in excōmunicatione Bulla Cœna licet grauiter peccet.*

24 *Ecclesia non iudicat de internis.*

25 *Hereticus voce tantum inter infideles, neque est excommunicatus, & à quolibet confessario absoluitur.*

26 *Heresis fundamentū est in intellectu.*

1 ADuerte primò, quod præter dictas pœnas heretici etiam alijs pœnis puniuntur, & sic traduntur curiæ sæculari, vt puniantur, vt in *cap. ad abolendam extra eod.* etiam si sit Clericus. *cap. ad abolendam de Iudicijs*, & pœna mortis puniuntur à Iudice sæculari. *Host. in summa eod. verb. §. qua pœna*, quod intellige quando heretici fuerunt conuicti de heresi, vel quia fuerunt deprehensi, dum actu heresim docerent, quod si de heresi dubitetur ad Pontificem est recurrendum. *cap. quoties 24. q. 1.*

2 Nota etiam primò, quod Episcopus negligens in persecutione heresis circa suam diœcesim remouetur à dignitate Episcopali. *cap. excommunicatus, §. fin. extra eod.* & superior sæcularis si monitus, vt hereticos expellat de sua ciuitate, & expellere nequierit est excommunicatus, & si per annum steterit in tali excommunicatione Summus Pontifex omnes fideles vassallos absoluit à iuramento fidelitatis, & vassallagij, & terram dabit in posse ipsorū fidelium saluo iure directi Domini, vt in *cap. excōmunicamus, §. moueantur.*

3 Nota secundò, quod omnes fautores, & defensores hereticorum puniuntur, nam in grauius delinquit, qui errorem defendit, quā qui errat. *cap. quia aliorū 24. q. 3.* sunt enim excommunicati, & ab omni munere publico repelluntur, imò ab omni actu legali, vnde nec poterunt testari, nec donare &c. sicut nec ipsi heretici. *l. manichæos, C. de hæreticis*, si Iudex sit, nulla est eius sententia, si notarius eius instrumenta sunt nulla, si regularis amittit quodlibet priuilegium, si Clericus priuatur omni officio, & beneficio, d. *cap. excommunicamus, § credentes*, & quomodocunque facientes sūt infames, & deponendi à suis officijs. *cap. si aduersus extra eod.* nec aduocatus admittitur pro ipsis, d. *c. excōmunicamus.*

4 Aduerte secundò, quod bona ipsorū hereticorum confiscata iam lata deinde sententia occupantur à fisco si hereticus sit laicus, vel ab Ecclesia cuius est beneficium, si Clericus sit beneficiatus, vel Ecclesiæ maiori, vt notatur hic, & in d. *cap. excōmunicamus, §. damnati.*

10 Ampliatur hoc primò etiam si filij essent catholici, & viui, isti enim priuantur omni hereditate paterna, d. *l. manichæos,*

ebaos, C.eod. & propter acerbitatē deli-
cti parentum puniuntur etiam filij; non
vt filij directè puniantur, sed vt paren-
tes magis in pœnis filiorum crucientur.
l. isti quidem, ff. quod metus causa. Nec
facit si dicas, quod filius non debet pri-
uari hæreditate propter delictū patris,
quia pœnæ suos debeat tenere aucto-
11 res, nam hoc procedit in spiritualibus,
vt scilicet crimen vnius non transfun-
datur ad alium, secus in temporalibus,
vt notat *glos. hic verb. filijs ex text. in
summario q.3. causa 24.*
Amplia secundò, vt licet filij ab ex-
traneo instituerentur hæredes, tamen
non sint capaces dictæ hæreditatis pro-
12 pter tale crimen à parente commissum
diximus *lib 3. ciuili, §.interdum de hæ-
reditatibus, quæ ab intestatu deferūtur.
l.quisquis, C ad l.Iuliā maiestatis l.fin.
eitat.tit.* vbi propter crimen læsæ maie-
statis humanæ imponitur dicta pœna,
ergo etiam propter crimen læsæ maie-
statis Diuinæ.
Limita hoc in dote vxoris, quæ non
confiscatur propter hæresim viri, vt no-
tatur hic in *§. sed, & cum alteri, & ex
toto tit. Codicis, ne uxor pro marito, &c.*
13 dummodo non contraxisset scienter cū
hæretico, tunc enim in pœnam huius
criminis valet confiscatio etiam in bo-
nis dotalibus, & debet probari de scien-
tia. *l. verius, ff. de probationibus*, alias
ignorantia præsumitur, *ex regula igno-
rans in 6.*
Dices filij puniuntur, ergo etiā vxor
cum vir, & vxor sint duo in carne vna.
Respondetur negando consequentiā,
15 puniuntur enim filij, quia præsumuntur
velle sequi vestigia patris, cum sint ex
eodem sanguine, hæc autem præsum-
ptio in vxore esse non potest.
Aduerte tertiò, quod sunt sufferendi,
seu mitius puniendi hæretici quando
statim deprehensi antequam conuinca-
16 tur, publicè suum crimen profitentur,
& abiurant, tunc enim non sunt punien-
di pœna mortis, vt notatur hic in *verbo
hæresi*, & debent etiam satisfacere,
quibus concurrentibus cum ipsis mise-
ricorditer procedi poterit, vt notat *glos.
hic verb. concurrente ex cap. ad abolen-
dum extra eodem.*
Aduerte quartò, quod etiā post mor-
tem durat pœna hæreticorum, & sic
non sunt sepeliendi in Ecclesia. *cap. sicut
17 ait extra eod.* imò si quis ausus sit eos
in Ecclesia sepelire sciens esse hæreticos
est excommunicatus, nec debet absol-
ui, donec proprijs manibus ipsos hære-
ticos exhumauerit ab Ecclesia, & proie-
cerit diximus *lib.2. ex textu in cap. sa-
cris de sepulturis*, & ideo id faciat pro-
18 prijs manibus, nam, vt ait *Apostolus ad
Romanos 6.* vt notatur in *cap. omnes di-
stinct. 47. sicut exhibuerunt membra
sua seruire iniquitati ad iniquitatem,
sic exhibere debent illa seruire iustitiæ
ad iustitiam*, & locus ipse, in quo hæreti-
19 cus erat sepultus est interdictus pro se-
pultura fidelium in perpetuum, nisi re-
concilietur, & benedicatur, vnde etiam
20 inanimata puniuntur. *cap. mulier 15.
quæst. 1.*
Nota etiam, quod adeo puniuntur hæ-
retici post mortem, vt si viuis ipsis non
fuerit processum ad confiscationem, &
abdicationem bonorum suorum id non
21 sit prohibitum post eorum mortem
ante annum quadragesimum à die mor-
tis. *glos. hic verb. ipso mortuo, & patet
ex l. quisquis, C. ad l. Iuliam maiestatis,
cap. accusatus eod tit. in 6.* at post annū
quadragesimum sunt iam præscripta à
filijs, si fuerint in bona fide patrem suū
22 fuisse catholicum, & sic cum bona fide
sunt præscripta bona, nec Ecclesia ab-
dicare vult.
Aduerte quintò, quod ad hoc, vt quis
sit hæreticus comprehensus sub excom-
municatione Bullæ Cœnæ debet esse
hereticus, & intrinsecè, & extrinsecè cū
pertinacia, vt scilicet corde id retineat,
23 & hoc ipsum ore proferat, alias si tantū
error sit in intellectu etiam cum perti-
nacia in voluntate, tamen hic non pu-
blicet suum errorem, non incidit in ex-
communicationem, licèt grauiter pec-
cet, quia excommunicatio est pœna Ec-
24 clesiastica, & Ecclesia non iudicat de in-
ternis. *l. cogitationem, ff. de pœnis.* Idem
etiam dic si error sit tantum extrinsecè,
intrinsecè autem, & in intellectu verum
retineat, licet quis signis exterioribus
contrarium ostenderet, hic neque esset
excommunicatus, licet grauiter pecca-
25 ret, sic sunt, qui negant fidem catholi-
cam inter turcas non corde, sed tantum
extrinsecè, isti enim non incidunt in
bullam, vnde redeuntes possunt à quo-
libet simplici cōfessario absolui, sic *To-
letus lib.4. c.4. n.6. Suarez 3. par. tom.1.
disput.4. sessione 2. n.22. & disp.21. n.3.
Sanchez in summa tom.1. lib.21. cap.7.
n.8 Filiucius, Siluius, Fagundez, Ho-
mobonus, Valerus, Bartholomæus Aegy-
ptius, Zanardus*, & alij plures, quos re-
fert, & sequitur *Antoninus Diana par.3.
tract.4. resolut.*143. Et ratio esse potest,
quam in initio apposuimus, quia scilicet
hære-

hæresis admittit errorem in intellectu, & ibi residet, hic nullus est error in in-
26 tellectu, ergo nulla hæresis, nulla hæresis, ergo nullus lapsus in excommunicationem, quæ in hæresi fundatur, decedente enim fundamento corruit, & ædificium.

In §. sed, & eorundem, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum filij, & nepotes tam legitimi, quam illegitimi puniuntur propter delictum parentum.*
2 *Hæretica matris filij puniuntur non nepotes.*
3 *Hæresis crimen est grauius crimine læsæ maiestatis.*
4 *Filij spurij nõ puniuntur, licet ex coniecturis probetur pater.*
5 *Hæreticorum emendatorum filij non puniuntur.*

1 ADuerte primò, quod filij legitimi, vel illegitimi nati ex hæreticis puniuntur propter delictum parentum, vt supra diximus ex *cap. statutum hoc eod. tit. in 6.* & ideo non possunt promoueri, nec filij, nec nepotes si
2 pater, & mater fuerunt hæretici, si vero sola mater, tunc tantum filij puniuntur, vt notatur *hic ex d. cap. statutum*, ducta paritate ex crimine læsæ maiestatis
3 humanæ. *l. manichæos, C. eod.* ergo multò magis in hoc crimine, quod grauius est, & lædit maiestatem Diuinam. *cap. sicut qui Ecclesiam 17. q. 4.*

Limita tamen primò in filijs spurijs,
4 & qui non habent certum patrem, licet enim ex coniecturis probetur pater spurij, quia tamen non est certus, si pater fuerit hæreticus non debet filius puniri propter hæresim talis patris incerti, vt notat *gloss. hic ex Perusino in d. cap. statutum*, & ratio hæc esse potest, nam ratio quare lex punit filios est, quia sunt ex improbo patre, sed in spurijs sumus incerti de hoc, ergo, &c.

Limita secundò in filijs, quorum pa-
5 tres non decesserunt in hæresi, sed fuerunt fidei, & vnitati Ecclesiæ reconciliati, nam emendatio tollit pœnam, vt notatur hic in §. *hos tamen ex text. in d. cap. statutum.*

In §. sed videamus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia benignè suscipit redeuntes venientes ad se*
2 *Hæretici si abiurauerint suscipiuntur ab Ecclesia, & recluduntur in carcere perpetuo.*

1 ECclesia non claudit gremium redeuntibus ad ipsam. *auth. inter claras in fine, C. de summ. Trinitate, & fide catholica, l. manichæos, C. eod.* vbi si hæretici velint redire ad fidem, Ecclesia eos suscipit, sed tamen debet prius abiurare hæresim, & deinde
2 recludi in perpetuo carcere. *cap. excommunicamus, §. si autem extra eod. & gloss. ibidem*, imò sponte redeuntes licet sint notorij hac tamen sola pœna puniri debent. *cap. statutum eod titulo in 6.*

In §. quod si cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici relapsi qui nam sint?*
2 *Hæreses sunt connexæ, ideo hæreticus in vno articulo censetur in omnibus.*
3 *Negans vnum articulum reijcit primã veritatem, quæ est obiectum formale fidei.*
4 *Relapsus non dicitur abiurans vnum crimen deinde in aliud incidens.*
5 *Relapsus dicitur, qui abiurans hæresim in vno articulo incidit deinde in negationem alius articuli*
6 *Fidelis non dicitur qui vnam rem negat, licet aliam affirmet.*
7 *Pœna maxima relapsorum est desperare veniam.*
8 *Clerici relapsi in hæresim deponũtur, & laici curiæ sæculari traduntur.*
9 *Ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad se; intellige in spiritualibus.*
10 *Ecclesia punit in extrinseco, quos Deus admisit, vt euitetur occasio peccandi.*

VIdebimus hic primò, qui dicantur relapsi. Secundò, qua pœna puniantur.

Circa primum aduerte, quod relapsus
1 in hæresim potest dici multipliciter. Primò, qui est suspectus de hæresi, sed tamen

men non probata hæresi conuincitur denuo de eodem crimine, & hic non dicitur propriè relapsus, quia antea contra ipsum non fuit probatum crimen, licet grauius puniri debeat, tamen non omnium eadē est pœna re apsorū, vt *hic in §. hi vero* Secūdò, grauiter suspectus de hæresi (suspitione hominum) si abiurauerit & deinde conuincatur in hæresi dicitur relapsus. *Perusinus in cap. accusatus eod. tit in 6.* Tertiò, qui fuit conuict s de hæresi contra vnum articulum, & abiurauerit, si deinde incidat in hæresim contra alium articulum, hic etiam dicitur relapsus, quia hæreses sunt
2 connexæ, & qui incidit contra vnum articulum incidit in omnes, qui enim vnū articulum fidei negat tollit primam veritatem, quæ est obiectum formale fidei,
& qui tollit primam veritatem omnem
3 dictum ab ipsa elidit. *glos. hic in figuratione casus in vltimo notabili, Ioannes Andreas in d. cap. accusatus, & patet à simili ex cap. illud 26. q. 2.*

Dices, qui abiurat pro vno crimine si incidat in aliud non dicitur relapsus.
4 *l qui cum tutoribus, §. 1. ff. de transactionibus*, ergo q i abiurat hæresim in vno articulo non debet puniri, vt relapsus, si in alium incidat in articulum.

Respondetur negando consequentiā,
5 tum quia abiurantes generaliter abiurant, tum quia licet specialiter pro tali articulo abi iraffet pro omnibus videretur abiuraffe, quia res fidei connexæ funt ratione vnius obiecti, & ideo non
6 dicitur fidelis, q ii vnam rem negat, licet aliam affirmet *glos. hic verb. iudicandus*, meritò hic debet æstimari relapsus.

Circa secundum maxima pœna rela-
7 psorum hæc est, vt non habeant spem veniæ, vnde si sint clerici deponuntur, si sint laici declarātur tales, & simpliciter
8 traduntur curiæ sæculari puniendi modo, quo diximus supra de degradatione, & omnino repelluntur ab Ecclesia licet ipsis Sacramentum Eucharistiæ, & pœnitentiæ non sint deneganda, si signa contritionis ostenderint. *Perusinus loco citato in 6 & glos. hic verb petita.*

Dices, *Ecclesia non claudit* gremium redeuntibus ad ipsam *auth. inter claras, C. de summa Trinitate*, ergo non debet ipsos expellere, si ad ipsam redire velint, ac proinde debet punire mitius, & non tradere curiæ sæculari.

Respondetur distinguendo antecedēs
9 non claudit gremium in spiritualibus, & concedo, in temporalibus, & nego, vt
10 patet ex *glos. hic verb. denegando*, ac proinde multos punit Ecclesia in extrinseco, quos scit habuisse remissionē apud Deum, & hoc ideo facit, vt euitetur occasio peccandi, & ne detur delinquendi facultas.

In §. qui verò.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus diffamatus licet non conuictus, si se non purgauerit est excommunicandus.*
2 *Hæreticus diffamatus persistens in excommunicatione per annum habetur pro conuicto.*
3 *Qualitas personæ est attendenda.*

1 SI quis non conuictus, sed diffamatus de hæresi, tamen non se purgauerit à tali crimine debet excommunicari. *cap. excommunicatus, §. qui vero, & cap ad abolendum extra eodem*, & si per annum steterit in tali excommunicatione habetur pro cōuincto, ac proinde bona applicantur fisco.
2 *cap. quicunque, & cap. rursus 11. q. 3.* quod limita quando qualitas personæ aliud expostulat, puta si fuerit bonæ famæ, &c. sed tamen per accidens non potuit se purgare, tunc enim mitius cū ipso procedendum est, nam semper qua-
3 litas personæ est attendenda. *cap. omnibus 22. q. 5. & cap. inter de purgatione canonica.*

In § plura quoque.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis criminis grauitas multa habet statuta, non sic alia crimina.*
2 *Hæresis in crimine proceditur simpliciter, & de plano.*
3 *Hæresis in crimine admittuntur testes etiam periuri dummodo periurij pœnitentiam egerint, nisi sint inimici.*
4 *Testibus dicens, vt hæreticos excusent incidit in excommunicationem Papæ reseruatam.*
5 *Hæresis in causa possunt concurrere Episcopus, & Inquisitor, etiam si alteri causa à Papa esset delegata.*
6 *Inquisitioni contra hæreticos resistens est ipso facto excommunicatus.*
7 *Hæresis in crimine si testes contrarie dixerint, item pro veritate sunt audiendi.*

Hære-

8 *Heretici carcerati sunt custodiendi ab Episcopo, & ab Inquisitore diuersis custodibus, diuersis clauibus.*
9 *Hereticorum carceratorum custodes, quid iurare debeant? quid notarij, scribæ, &c.?*
10 *Heresis in crimine proceditur secretissimè circa omnia.*
11 *Heresis pro crimine discooperiendo Iudex debet esse pronior ad torturam.*
12 *Hereticus quamuis non conuictus est torquendus potius, quam illi danda purgatio canonica, dummodo sint indicia sufficientia.*
13 *Heresis quando potest constare alia via, quam per torturam, non est adhibenda tortura.*
14 *Tortura est vltimum remedium in defectum testium.*
15 *Indicia ad torturam, à quibus capienda.*
16 *Testis omni exceptione maior sufficit ad torquendum delinquentem in crimine S. Inquisitionis.*
17 *Inquisitus vir bonæ famæ non potest torqueri dicto vnius testis.*

1 ADuerte primò hic, quod propter grauitatē criminis hæresis multa manent statuta, quæ in alijs criminibus non sic ponuntur, & ideo dicta testis in primis non applicantur, & proceditur in hoc crimine simpliciter,
2 & de plano. *cap. statuta eod. titulo in 6.* imò admittuntur testes etiam si in alia causa fuissent periuri, dummodo sui periurij pœnitentiam egerint, & etiam si sint excommunicati dummodo non sint
3 capitales inimici ipsius inimici. *glos. in cap. in fidei, & cap. accusationibus extra eodem*, imò si quis dicat testibus, vt
4 hæreticos excuset incidit in excommunicationem, & non potest absolui nisi à Summo Pontifice tamquam fautor hæreticorum. Secundò, licet vnus Iudex in vna causa procedere possit, tamen in hoc crimine, & Episcopus, & inquisitor ambo simul procedere possunt, & com-
5 pilare siue coniunctim, siue diuisim, etiā si alicui à Papa causa talis hæresis delegata sit, tamen neque Episcopus debet desistere. *cap. per hoc citato titulo.* Tertiò, Domini temporales non possunt resistere sanctæ Inquisitioni, & si aliquem pro crimine inquisitionis carceratum detineant non poterunt liberare incon-
6 sulto inquisitore, vel ordinario loci, & secus facientes tam ipsi, quam fautores consilium dantes, &c. sunt excōmunicati ipso facto, vt colligitur ex *fine cap. inquisitionis citato titulo.* Quartò, testes si contrarium dixerint in eodem crimi-
7 ne hæresis si velint iterum veritatem proponere sunt audiendi, dummodo ex coniecturis appareat ipsos venire ex zelo orthodoxæ fidei. *cap. accusatus, §. licet vero eod. titulo in 6.* Quintò, custodes carcerum etiam habent differentiā, & sic debēt adhiberi duo custodes vnus
8 pro Episcopo, alius pro inquisitore, qui habeant duas claues distinctas ad claudendas portas carcerum, vbi manent inquisiti de hæresi *Clem. 1. § fanè eod. titulo.* Sextò, dicti custodes cum suis substitutis quos retinēt pro custodia iurabunt nihil loquuturos in secreto inquisitis, nisi in præsentia alterius custo-
9 dis, qui audiat, quod ipsi dicunt. Item iurant de fideli custodia de tradendis ijs, quæ pro victu carceratis mittuntur, nec non notarij, scribæ, & alij iurabunt negotiū secretè, & fideliter agere d. *Clem. 1. § porro.*

Aduerte secundò, quod proceditur in
10 ipso secretè, vt nec in genere, nec in specie, nec quomodolibet notitia hæresis haberi possit, & quando dantur defensiones ipsimet inquisito, datur sola copia depositionum absque nominibus deponentium, & pro actis contra hæreticum nihil soluitur, attamen ipsemet inquisitus suas defensiones, & scripturas, quas pro se præsentat soluere tenetur, vt notatur *in repertorio inquisitorum*, & ipsi etiam Iudices, & Aduocati debent esse in hoc secretissimi. *cap. ad abolendā extra eod. & Clem. 1. §. porro.*

Aduerte tertiò, quod pro hoc crimi-
11 ne discooperiendo, cum sit valde occultum Iudex debet esse pronior ad torturam. *Genuensis in praxi Archiepiscopali cap. 32.* vbi ait, quod si quis non sit conuictus, sed habeat indicia ad torturam, potius debet torqueri, quam quod
12 ei præbeatur purgatio Canonica. *Ioannes Roias de hæreticis par. 2. n. 295. & sequenti*, & sic seruatur in nostra curia Archiepiscopali Neapolitana, docet idē *Genuensis loco citato.* Verum tamen est, quod quando delictum alia via constare
13 potest, quam per torturam, tunc potius alia via est attendenda, quam quod sit à tortura inchoandum, est enim tortura vltimum remedium in defectum testiū. *Portella in dubijs Regularīū verb. tortura n. 4 Michael Zanardus in directorio Theologorum par. 3 cap. 88.* Indicia tamen ad torturam possunt præstari per
15 duos testes etiam non idoneos, vel etiā familiares, vel infames sic *Butreus in tract.*

tract. de iudicijs ad torturam par. 1. q. 2. n. 7. Bertazolus volumine 2. cõsilio 341. n. 12. Rolandus à Valle consilio 24. n. 25. Si autem vnus testis omni exceptione maior deponat de certa scientia potest
16 delinquens in quodlibet crimen sanctæ Inquisitionis torqueri. *Zacchinus de hæreticis cap. 9. Ludouicus Peguera in praxi cap. 12. n. 7. ibi etiam Campegius in additionibus littera C,* nisi inquisi-
17 tus esset vir bonæ famæ, tunc enim nec valet depositio vnius talis testis pro inditio ad torturam, sic tenet *Sanctarellus de hæresi cap. 4. dubio 1. n. 1. Zanardus loco citato par. 3. cap. 95. folio 513. Boerius decisione 103. n. 2. & alij communiter.*

In §. Apostatæ cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Apostatæ à fide idem sunt, ac hæretici.*
2 *Apostatæ à religione non sunt absoluendi, nec admittendi ad sacram cõmunionem, nisi redeant.*
3 *Clerici quomodo dici possint apostatæ.*
4 *Clerici Apostatæ ab ordine sunt infames, & à testimonio repelluntur.*
5 *Clerici Apostatæ ab ordine, nisi admoniti se correxerint, sunt deponendi, & amittunt priuilegium clericale, quo non sunt adiuuandi.*
6 *Clericus delinquens non incedens in habitu, & tonsura potest à laicis capi, non autem puniri.*
7 *Clericus nolens ad clericatum redire, negando summi Pontificis authoritatem, vt hæreticus est puniendus.*
8 *Clericus si ex aliqua passione dimiserit habitũ clericalem mitius est puniendus.*

DEfinitionem Apostasiæ cum suis speciebus apposuimus in initio huius tituli, tamen præter ibi dicta,

1 Aduerte primò, quod Apostatæ à fide idem sunt, ac hæretici, apostatæ enim à professione religionis nunquam ab-
2 solui debent, nec admitti ad sacram Communionem, nisi ad suam religionẽ accedant. *Diaz in praxi criminali cap. 114. ex Concilio Arelatensi 2. cap. fin.* Apostatæ autem ab obedientia, & ab
3 ordine sunt Clerici, qui habitum relinquentes, & tonsuram non deferentes, vel contrahendo matrimonium redeũt ad sæculum, & stantibus his sunt infa-
4 mes infamia iuris, & repelluntur à testimonio. *cap. alieni 2. q. 7. c. beatus 3. q. 3.* nec possunt eligi ad dignitatem. *cap. legi 16. q. 1.* Nota etiam, quod si admoniti non se correxerint sunt deponendi. *cap. si autem cum duobus sequen-*
5 *tibus 16. q. 3.* & carent priuilegio Clericali, & si deprehendatur à laicis pro aliquo delicto, nec sunt adiuuandi, nec liberandi per censuram Ecclesiasticam; sic ex multis iuribus notat *Diaz loco citato,* quod etiam seruatur in praxi, vt si Clericus delinquens non incedat cum habitu, & tonsura possit libere capi à
6 curia sæculari, licet non puniantur, nisi de licentia sui ordinarij. Quod si clericus, qui dimiserit habitũ nolit redire ne-
7 gando auctoritatem Summi Pontificis, tunc debet puniri, vt hæreticus, si autẽ ductus aliqua passione tantum dimiserit
8 habitum, & signa pœnitentiæ ostenderit, tunc mitius cum ipso procedi debet.

DE SORTILEGIS, Maledicis, & Sacrilegis.

TITVLVS QVINTVS.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegium, blasphemia, sacrilegium sunt delicta contra maiestatem Diuinam.*
2 *Sortilegi qui nam dicantur?*
3 *Factum cuiusdam Medici diuinare volentis orbis subuersionem à verbis S. Scripturæ.*
4 *Sors quotuplex sit?*
5 *Sors Diuisoria. quæ sit?*
6 *Sors Consultoria, quæ sit?*
7 *Sors Diuinatoria, quæ sit?*
8 *Sors fit pluribus modis.*
9 *Sors, quæ fit Deo inspirante dicitur potius prophetia.*
10 *Cognitio contingentium supernaturalis est, & soli Deo reseruatur.*
11 *Sors fit per Dæmonum inuocationem.*
12 *Necromantia, quæ dicatur?*
13 *Geomantia qualis sit?*
14 *Idromantia, quæ sit?*
15 *Numa Pompilius fecit Idromantiam.*
16 *Pyromantia quæ sit?*
17 *Astrologia, quæ sit?*
18 *Astrologiam exercentes per figuram Iudicialem sunt excommunicati.*
19 *Chiromantia quæ sit?*
20 *Inquisitores quando poterunt se intromittere in crimine sortilegij.*
21 *Hæresis erit committere sortilegium*

media sanctissima Eucharistia, vel reliquijs Sanctorum, vel adorare Dæmones.

22 *Hæresim non sapit sortilegium cum petuntur à Dæmone remedia pro amore alicuius fœminæ captiuando.*

23 *Inuocantes Dæmones per verba deprecatiua videntur esse haretici, ideo ab inquisitoribus puniri poterunt.*

24 *Adorantes Dæmones actu extrinseco tantum, non ex intentione, non incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

25 *Præuentio datur inter inquisitorem, & Episcopum.*

26 *Clerici sortilegi degradandi sunt, & curiæ sæculari tradendi, intellige quādo sortilegium mixtum est hæresi.*

27 *Clerici simpliciter sortilegi degradandi sunt tantum verbaliter.*

28 *Odia sunt restringenda.*

29 *Clerici sortilegi puniuntur alijs pœnis.*

30 *Sortilegij in crimine debet Iudex considerare qualitatem delicti, & animū delinquentis, & secundum hanc circumspectionem augere, vel diminuere pœnam.*

32 *Sacerdos celebrans super rebus ad sortilegia aptis, qua pœna puniendus?*

33 *Sacerdos celebrans pro defunctis, vt viui moriantur, qua pœna est puniendus.*

34 *Sortilegorum pœna, e quorum sortilegijs licet non sit secuta mors, tamen damnum notabile deuenit.*



1 ONTINVATVR titulus iste ad præcedētes hoc ordine, visum est supra de aliquibus criminibus, quæ lædunt maiestatem Diuinam, sequebatur videre de alijs, merito, &c. ad cuius tituli, & triū §§§. intelligentiam videndum est primò, qui sint sortilegi. Secundò, ad quos spectet eos punire. Tertiò, quibus pœnis puniantur.

Circa primum dicimus ex §. *sortilegi*, quod sortilegi sunt, qui prætextu religionis per quasdam sortes diuinatorias
2 scientiam profitentur, vel quarumcunque scripturarum inspectione facta futura promittunt. *cap. sortilegi 16. q. 1.* Definitio clara est, & secundum vltimā sui partem volebat quidā Medicus Saxonius nomine nostris temporibus diuinare huius regni, & fere totius orbis subuersionem fundans se in dicto Dani-
3 dis: (Emitte spiritum tuum, & renouabis faciem terræ) & talem spiritū ventorum putabat anno 1638. propè festū Pentecostes fuit deinde tanquam amēs condemnatus ad perpetuam pœnitentiam cum non posset perfectè conuinci.

4 Aduerte igitur primò, quod triplex est sors scilicet Diuisoria, Consultoria, & Diuinatoria. Diuisoria est, quæ ca-
5 dit in rebus habendis, & sic sors pro diuisione rei: An hæc, vel illa pars con-
6 tingat. Consultoria est respectu vsus rei iam habitæ, an sit licitus vsus nec
7 ne. Diuinatoria est, quæ cadit in præuisione futurorum, & hæc semper prohibita, docet *Soccinus in rubrica de sortilegis n. 4. & sequentibus.*

8 Aduerte secundò, quod hæc sors pluribus modis fit, vel per inuocationem Diuini nominis, & Domino inspiran-
9 te, & hæc non dicitur sors, sed prophetia, quæ est donum Dei, & hæc licita est, quamuis sit supra naturā cognoscere
10 res contingentes, quarum cognitio soli Deo reseruatur, vt *Theologi cum S. D. 1. par. de scientia Dei.* Quandoque fit
11 per inuocationem Dæmonum, & hæc vel dicitur Necromantia, vel Geomantia, vel Idromantia, vel Pyromantia,
12 vel Chiromantia. Necromantia est diuinatio, quæ fit reuocatis cadaueribus per vmbras eorum, vel inuocando Dæmones, vt per ora talium cadauerum recenti mortuorum loquantur, sic *Lu-*
13 *canus libro 6* Geomantia est diuinatio ex terra, vt solent facere Geomantes fi-
14 gurando circulos in terris. Idromantia est diuinatio per aquas, vt notat *Augustinus libro 7 de Ciuitate Dei*, vbi
15 ait Numam Pompilium Idromantiam fecisse, vt videret ludificationes Dæ-
16 monū. Pyromantia est quæ fit per ignē à pyr, quod græcè est ignis. Astrologia
17 est diuinatio per vsus, & signa Celesta, & in hac prohibita est diuinatio per fi-
18 guram Iudicialem sub pœna excommunicationis Pontificiæ per Sixtum V. & Vrbanum VIII. Chiromantia est diuinatio facta per lineas manuum, chiros
19 enim idem est, ac manus, & hæc diuinatio, vt plurimum non caret superstitione, vt notat *Alfonsus de Castro libro 1. de iusta hæreticorum punitione, & Petrus Criuellus libro peculiari de reprobatione superstitionum, notat Diaz in praxi criminali c. 110. in additione.*

Aduerte secundò, quod poterunt se
20 intromittere inquisitores in crimine sortilegij præcipuè, quando isti id facerent medijs reliquijs Sanctorum, sanctissima Eucharistia, &c. hoc enim est hære-

hæresim sapere, sic notat *Paulus Gril-*
landus in tractatu spirituali, de hac
21 materia idem est si Dæmones colerent
construendo fictile, vel erigendo aras,
secus autem si tantum ab illis remedia
peterent forsan ad captiuandum amo-
rem alicuius fœminæ, tunc enim nec isti
22 sapiunt hæresim. *glos. hic ex Perusino*
in c. accusatus, §. sane, de hæreticis in 6.

Aduerte secundò, quod quandocun-
que est inuocatio Dæmonum per verba
deprecatiua, quia videtur adoratio per
23 consequens est crimen hæresis, & pu-
niri possunt isti tales, & recognosci ab
inquisitoribus, sic tenet *Bartholomæus*
de Spina olim magister sacri Palatij in
Apologia 4 contra Ponsinibium. & Si-
mancæ in Catholica institutione tit. 21.
n. 15. Si tamen isti non crederent Dæ-
24 mones esse adorandos, sed facerent tā-
tum illum actum extrinsecum non inci-
derent in excommunicationem Bullæ
Cœnæ, quæ locum habet in vero hære-
tico, qualis non est hic, qui tantum si-
gna extrinseca facit, hodie tamen datur
præuentio inter inquisitorem, & Epi-
25 scopum, sic refert *Ioseph de Sesse ex Cō-*
stitutione Sixti V. tom. 4 decis. 464. *&*
466. *& Molfesius in Summa tom. 1. tra-*
ctatu 11. *c. 7. n. 145. Raphael della Tor-*
re 2. 2. S. D. q 96 art. 4.

Circa tertium, & sic circa pœnas sor-
tilegorum.

Aduerte primò, quod si sortilegi sint
Clerici debent degradari, & tradi curiæ
sæculari. *Butreus in cap. at si Clerici, de*
26 *Iudicijs*, & fundat suam doctrinam in
textu in cap. admoneant 26. q. 7. Ait ta-
men *Butreus* hoc esse intelligendum,
quando sortilegi sunt etiam intincti de
hæresi, vt supra diximus: nam per so-
lam diuinationem, seu sortilegium non
possūt sic declari tot pœnalitaribus sub-
27 diti. *Abb. in d. cap. column. 13.* vbi ait,
quod debent degradari verbaliter, quia
odia sunt restringenda ex *cap. odia in 6.*
28 ergo dum textus ibi dicit, quod debēt
degradari intelligi debet de degrada-
tione verbali non de reali. *Diaz c.* 100,
vbi ait, quod debent puniri pœna per-
petui carceris, & alijs pœnis, quæ ha-
29 bentur in *cap tua extra de pœnis*, imò
Abb in c 2. de sortilegis glos. 2. ait, quod
in pœna imponenda sortilegis debet Iu-
dex considerare qualitatem delicti, &
animum delinquentis, an fecerit id sciē-
30 ter, an animo determinato, &c. & se-
cundum grauitatem delicti pœnam de-
bet augere, vel diminuere. Idem se-
quitur *Paulus Grillandus in tract. de*
sortilegio q. 11. column. 2. versiculo Cle-
rici vero, & Concilium Lateranense la-
tum sub Leone X. sess. 9. hoc remittit in
arbitrium Episcopi, vt pro prima vice
ad libitum puniat, si vero non resipue-
rint priuentur beneficijs, recludantur
in monasterio, & deponantur, vt docet
Diaz loco citato.

Aduerte secundo, quod si sint laici
accusari de tali crimine fustigantur per
plateas ciuitatis cum mitra, & melle
31 vnguntur, vt muscæ accedant, & co-
medant, sicque deludantur ab omnibus
addentes ad Diaz in d. cap. 1. de sorti-
legis ex textu in cap Episcopi 26. q. 5.
vbi etiam ait, quod sunt deijciendi de
diœcesi.

Aduerte tertiò, quod si quis Sacerdos
32 celebraret Missam super rebus aptis ad
sortilegia, vt super pasta, super calami-
tas, &c. deponitur, priuatur beneficijs,
& in perpetuum carcerem detruditur,
vel celebrat Missas defunctorum pro vi-
uis, vt moriantur, & tunc deponitur, &
33 relegatur in perpetuum exilium. *Sessa*
in aphorismis inquisitorum lib. 1. c. 58.
n. 10. si vero quis sortilegia fecerit, licet
non sit secuta mors, sed tantum infir-
mitas, impotentia generandi, damnum
34 notabile in animalibus, frugibus, &c.
licet hic non sit tradendus curiæ sæcu-
lari, debet tamen fabricari in carceri-
bus sancti Officij, sic *Gregorius XV.*
in Bulla edita anno 1623. 20. *Martij.*

In §. diuersa est.

SVMMARIVM.

1 *Maledicentia erga Deum, & Sanctos idem est, ac blasphemia.*
2 *Blasphemia quid sit.*
3 *Blasphemia potest sapere hæresim, si quod dicitur, in intrinseco intelligatur.*
4 *Blasphemiæ plures sunt species.*
5 *Blasphemia cōtinens iniuriam in Deū, vel Sanctos grauior est, & potest esse hæreticalis, si est cum intentione.*
6 *Blasphemia est tribuere alijs cultum Deo debitum.*
7 *Idololatria opponitur cultui latriæ.*
8 *Latria qualis dicatur?*
9 *Latria in quibus consistat?*
10 *Cultus Deo qualiter debeatur? qualiter Sanctis?*
11 *Dulia quid sit, & quibus tribuatur?*
12 *Hyperdulia quid, & quibus tribui debeat?*

13 *Crux Christi adoratur eadem adoratione qua ipse Christus.*
14 *Maria Virgo cur non adoretur adoratione latriæ, sicuti crux?*
15 *Partus est pars viscerum matris.*
16 *Maria Virgo adoratur cultu suo proprio.*
17 *Maria Virgo non est representatiua Iesu Christi, sicuti crux.*
18 *Maria Virgo non adoratur cultu latriæ ad euitandos plures errores.*
19 *Sanguis, & Caro præputiũ Christi, &c. cur non adorentur cultu latriæ?*
20 *Christus assumpsit sibi partes suas essentiales, & totales.*
21 *Sanguis in scala Sancta, &c. & alia res Christi, quæ hic extant non sunt partes essentiales.*
22 *Christi vngues, & capilli non habuerunt augmentum, quod prouenit ex superfluitate cibi.*
23 *Christus tantum cibi sumpsit in vita, quantum ad sustentandum calorem erat necessarium.*
24 *Sanguinis aliqua pars non est pars totalis corporis.*
25 *Christus sanguinem effusum sibi in resurrectione assumpsit.*
26 *Creatori attribuens id, quod est creatura blasphemus est dicens v.g. (potta di Dio.)*
27 *Blasphemi etiam ab inquisitoribus puniri poterunt, & quomodo.*
28 *Blasphemia leuis sufficit si abiuretur.*
29 *Blasphemia grauis, quomodo puniatur tam in nobilibus, quam in alijs personis.*
30 *Blasphemiæ pœnas non incurrunt mẽte capti, furiosi, &c.*
31 *Blasphemorum pœna puniuntur, qui è versibus sacræ Scripturæ componũt profana.*
32 *Blasphemi publici sunt excõmunicati.*
33 *Peccans in Deum ab eius Ecclesia est expellendus, nec gaudere debet immunitate.*
34 *Blasphemans ex ira, si postmodum signa dederit contritionis nõ est damnandus vt hæreticus, sed tantum salutariter puniendus.*
35 *Verba blasphemiæ in vsu Hispanorũ, vel Italorum, quemadmodum sint punienda?*
36 *Verba blasphemiæ dicentes sunt denũciandi inquisitoribus.*
37 *Imagines Sanctorum conspurcantes, expuentes, vel percutientes etiam si calore iracundiæ fecerint sunt grauiter puniendi.*
38 *Imagines conspurcantes debent abiurare etiam de leui, & de vehementi suspicione abiurare.*
39 *Imagines vituperantes si sint pertinaces in tali delicto sunt Curiæ seculari tradendi.*

HIc de maledicis est videndum, ideo videbimus, quid sit maledicentia, quot sint eius species, & quibus pœnis maledici puniantur.

Aduerte igitur primò, quod hic lo-
1 quimur de maledicentia erga Deum, &
Sanctos, & hoc modo idem est, ac bla-
sphemia in Deum, vel Sanctos, vel tri-
2 buendo ipsis, quod non conuenit, vel
denegando, quod proprium est. *gloss hic*
verbo in blasphemiam colligendo ex S.
D 2. 2. *q* 13. *art* 1. vbi etiam ait, quod
3 quando blasphemia habet actum cor-
dis idem est, ac hæresis, quando vero est
tantum extrinseca, tunc manet in sua
4 specie blasphemiæ, & habet plures spe-
cies, vel enim est iniuria in Deum, &
tunc grauior est, puta (Deus est iniustus)
5 vel in Sanctis, puta (S. Petrus est fus)
pereat S. Paulus, &c. & si in his concur-
rat intellectus putans hæc posse cadere
in Deo, vel Sanctis est blasphemia hæ-
reticalis, alias species ponit *S. D.* 2. 2.
q. 75 *& sequenti.*
Aduerte secundò, quod maledicentia
6 etiam est offerre alijs, quam Deo hono-
rem debitum ipsi Deo, quod est idola-
7 tria, & actus oppositus latriæ, quæ est
summa adoratio debita creatori omniũ,
8 ac proinde soli Deo. *Bonau. lib.* 3. *di-*
stinct. q. 1. *& Gabriel ibidem q.* 1. *Ric-*
cardus lib. 4. *distinct.* 15 *q* 2. *art.* 5. con-
sistit autem latria in tribus scilicet in
9 confessione fidei, in oblatione, in ado-
ratione, & laude, quæ omnia licet San-
ctis etiam concedantur, & reliquijs Sã-
ctorum, ipsis tamen exhibentur tanquã
participationes diuinæ bonitatis, & nõ
10 modo quo dantur Deo, cultus enim
Deo exhibitus, debetur Deo propter
Deum, & sic vltimatè, Sanctis autem de-
betur propter Deum, cultus vero, qui
11 Sanctis offertur dicitur Dulia, idest ser-
uitus reuerentialis. *idem Gabriel loco*
citato. Hyperdulia vero est cultus, quo
12 aliqua creatura sancta magis Deo vnita
adoratur, sic Virgo mater, instrumenta
passionis Christi, eius sactum præpuriũ,
scala eius sãguine intincta, Christi Cu-
nabula, &c. crux vero Christi Domini,
quatenus repræsentat Christum crucifi-
xum adoratur eadem adoratione, qua
adoratur ipse Christus crucifixus, qui cũ
13 sit Deus, & homo, & humanitas sit sub-
sten.

ſentata à Diuinitate per cõſequẽs pro-
pter hanc inſeparabilitatem ipſe Chri-
ſtus cultu latriæ adoratur, ſic & eius
crux, vt ipſius repræſentatiua. *S. D. in
3. diſtinct. 9. q. 2.* & Theologi cum ipſo
communiter.

Quæres cur Beata Virgo non adore-
14 tur eadem adoratione latriæ cum ma-
gis accedat ad Chriſtum, imò cū Chri-
15 ſtus ſit pars ipſius Virginis, partus enim
eſt pars viſcerum matris. *l. 1. ff. de ven-
tre in poſſeſſionem mittendo.*

Reſpondetur hanc eſſe rationem,
16 quia ſcilicet Dei matrē adoramus cul-
tu ſuo proprio, at cultus crucis non eſt
propriè, & propter crucem, ſed bene vt
crux eſt repræſentatiua ipſius Chriſti, ac
17 proinde potius ipſe Chriſtus in cruce
adoratur, quod non habet locum in
Virgine, quæ eſt perſona diſtincta à per-
ſona Chriſti, & habet ſpecialem digni-
tatem in ſe propter quam ſit adoranda.
Tum etiam ad euitandam idolatriam,
18 ne ſcilicet fideles inducerentur ad ado-
randam Virginem, tanquam quartam
perſonam Diuinitatis, quod non poteſt
habere locum in cruce, cum ſit res ina-
nimata, imagines autem, & reliquiæ
Sanctorum, eodem cultu adorantur quo
colimus prototypum.

Dices circa præputium Chriſti, & eius
ſanguinem in Scala Sancta. Hæ ſunt res
19 Chriſti, ergo debent adorari eadem
adoratione, qua adoratur ipſemet Chri-
ſtus, ſed Chriſtus adoratur cultu latriæ,
ergo pariter iſte res.

Reſpondetur negando maiorem, &
20 ratio eſt: nam Chriſtus Dominus par-
tes eſſentiales, vel totales ſuæ humani-
tatis quas ſemel aſſumpſit numquam di-
miſit, ſed bene ſuæ propriæ ſubſtantiæ,
ſeu perſonæ ſemper habet adiunctas,
ille autem res, quæ ad hue extant non
21 ſunt de eſſentia, neque ad tota iratem
ſpectant, ſicut etiam fuerunt vngues, &
capilli in opinione illorū, qui d cunt, ea
habuiſſe augmentū in Chriſto, vt ma-
gis oſtenderet ſe hominem. Ego tamē
dicerem nō habuiſſe augmentum, quia
22 hæc augētur ex ſuperfluitate cibi Chri-
ſtus vero ſemper cibum tantum ſibi ne-
23 ceſſarium ſumpſit pro temperamento,
& calore naturali, vt ſupponimus cum
Theologis ex *S. D. de incarnatione*, ce-
terum neque ſanguis extra corpus po-
teſt dici pars totalis, vt eſt in illis, qui
24 ſalaſſantur, licet aliqua pars ſanguinis
ſit pars totalis corporis, & talem ſan-
guinem etiam effuſum Chriſtus aſſum-
25 pſit in ſua reſurrectione. Hæc ſint per
modum tranſitus; quotieſcunque igitur
quis inuertit hunc ordinem adorationis
blaſphemus eſt, & idolatra tribuens
26 creaturis id quod ipſis non competit,
& creatori dans, quod creaturæ eſt, ſic
eſt blaſphemus illorū, qui dicunt (pot-
ta di Dio).

Aduerte tertiò, quod in blaſphemis
idem eſt attendendum, ac diximus in
27 ſortilegis, ac proinde poterunt etiam
puniri ab inquiſitoribus, & ſuſtigantur
etiam publicè traiecta lingua ferro, vel
ligno conſtricta, ſi vero blaſphemia ſit
28 leuis ſufficit, quod abiuretur, ſi grauis,
blaſphemæ damnantur ad triremes, ſi
ſit perſona nobilis punitur pœna pecu-
29 niaria, & detruditur in monaſterio, vel
in carcere ad pœnitentiam peragendā
ſic *Diaz in additione ad caput 114 &
Roias in tract. de hæreticis par. 2. n. 76.*
30 tamen ab his pœnis excuſantur mente
captus, furioſus, vel ebrius. *l. omne de-
lictum, S. per vinum. ff. de re militari,
cap. à crapula, de vita, & honeſtate Cle-
ricorum.*

Aduerte quartò, quod etiam ſub his
31 pœnis blaſphemarum veniunt punien-
di, qui verſus ſacræ Scripturæ paſquina-
tis, vel alijs vſibus prophanis accōmo-
dant. *Trid. ſeſſ. 24 in fine*, vbi pœna
huius criminis remittitur ordinarijs lo-
corū, & ſi hæreſim ſapiat remitti debent
ipſis inquiſitoribus, idem *Diaz loco ci-
tato.*

Aduerte quintò, quod publicè bla-
32 ſphemantes Deum, vel Sanctos ſunt ex-
communicati, & ipſis impeditur ingreſ-
ſus ad Eccleſiam, vt patet ex *cap. 2. de
maledicis, & ex Concilio Lateranenſi
ſub Leone X. ſeſſ. 9.* & Iure optimo, qui
peccat in Deum ab eius Eccleſia expelli
debet. *cap. Deum 22. q. 2.* imò nec gau-
33 dent immunitate, vt tenet *Marta de
Iuriſdictione par. 2. c. 8. n. 30. & 31. &
Boerius deciſione 110.*

Aduerte ſextò, quod qui ex ira, vel
ex alia ſimili paſſione blaſphemauerit
bis, vel ter etiam ſi ſint verba hæretica-
lia, dummodo oſtenderit ſignū ſuæ con-
34 tritionis, & appareat non fuiſſe ex ani-
mo determinato, ſed tantum calore ira-
cundiæ, non debet quis damnari vt hæ-
reticus, ſed tantum erit imponenda ali-
qua pœnitentia ſalutaris, puta quod te-
neat candelam accenſam tempore Miſ-
ſæ ſolemnis, vel ſimili pœnitentia, ſic
practicatum refert *Genuenſis c. 68 n. 13.
& Zanardus in directorio Theologo-
rum par. 3. cap. 134. Albericus q. 27.
n. 6. & Roias de hæreticis loco citato.*

Quæres

Quæres quid de verbis Hispanorum
35 (puta de Dios, vel voto à Dios) sic etiam de verbis Italorum (à dispetto de Dio, vel rinego Dio) an sint æstimanda hæreticalia, & qua pœna puniendi sint, sic loquentes.

Respondetur esse denunciandos inquisitoribus, & puniendos, vt hæreti-
36 cos, licet animo aliud sēserint, nisi abiurent, & probent se omnino calore iracundiæ id dixisse, verba enim in se sunt hæreticalia, ac proinde possunt cōtra ipsa procedere inquisitores. *Boerius decis. 301. n. 1. Grammaticus decis. 50. Mascardus de probationibus lib. 1 conclus. 194. n. 3. & deinceps.*

Aduerte vltimò, quod conspurcantes, expuentes, vel percutientes imagines Sanctorum, licet calore iracundiæ hæc fecerint, sunt tamen puniendi grauiter etiam ad modum hæreticorum, sa-
37 pit enim hic actus heresim Luteranam, per quam negatur veneratio, & religio erga sacras imagines, & ideo soli inquisitores possunt ipsos recognoscere, & punire, sic *Farinaceus q. 20. n. 68. Raphael della Torre in 2. 2. S. D. q 96. ar. 4. disp. 2. Riccius in praxi tom. 1. resolutione 423. Genuensis in praxi Archiepiscopali c. 18.* & si velint aiurare, debent etiam de leui, & de vehementi suspicio-
38 ne abiurare. *Zanardus loco cit. par. 3. c. 64. Simanca tit 27. n. 20. & 21. qui ait:* hos esse puniendos dura, & vltrici sententia, statuit *Gregorius X. in Concilio Lugdunensi,* & si constat de pertinacia, & eorum peruerso animo poterunt etiā
39 tradi curiæ sæculari, vt puniātur *Diana par. 4. tract. 7. de pœnis delictorum resolutione 9.*

In §. similibus vsque ad finem tituli.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium quid sit?*
2 *Sacrilegium quotupliciter committatur?*
3 *Sacrilegium est furari reliquias Sanctorum.*
4 *Clericum percutere sacrilegium est.*
5 *Clericus non potest renūciare suo priuilegio clericatus.*
6 *Sacrilegium in personam clerici reputatur crimen publicum.*
7 *Sacrilegium continet læsionem personæ, vel loci sacri.*
8 *Sacrilegi laici in Hispania puniuntur à Iudicibus Ecclesiasticis.*
9 *Sacrilegium omittere sapit heresim.*
10 *Heretici capiuntur à Iudicibus Ecclesiasticis.*
11 *Laicus delinquens in Ecclesia, & inde extractus a Iudice laico bene poterit ab ipso puniri.*
12 *Iudex cognoscens de vno crimine non potest alius de eodem cognoscere.*
13 *Iudex Ecclesiasticus tenetur remittere laicum Curiæ sæculari, post quam de illius sacrilegio cognouerit.*
14 *Iudex sæcularis pro suo crimine non tenetur stare processui facto à Iudice Ecclesiastico.*
15 *Nemo debet pro vno delicto pluribus pœnis affici.*
16 *Crimen diuiduum bene poterit à duobus puniri Iudicibus.*
17 *Sacrilegium diuiditur à delicto in ipso sacrilegio commisso.*
18 *Sacrilegi sunt inhabiles promoueri ad ordines Ecclesiasticos.*
19 *Sacrilegi sunt infames.*
20 *Sacrilegi non gaudent immunitate.*
21 *Sacrilegi sunt excommunicati.*
22 *Clerici sacrilegi deponuntur, & pœna pecuniaria etiam puniri possunt.*
23 *Clerici sacrilegis communicantes grauiter puniuntur.*
24 *Clerici communicantibus cum sacrilegis Papa dispensat, licet aliqui teneant posse etiam Episcopum.*

1 HIc de sacrilegis, pro quibus aduerte primò ex *Diaz in praxi cap. 90.* quod sacrilegiū est personæ, vel sacræ rei violatio, vel eiusdem vsurpatio, patet ex *S. D. 2. 2 q. 99. art. 3. & ex Siluestro in summa verb. sacrilegium ex Petro Follerio in praxi criminali Canonica p. 2. c. 17.* & sub hac definitione comprehenduntur omnes species sacrilegij: nam vel committitur in personam Ecclesiasticam, vel à persona
2 Ecclesiastica, vt fornicatio à sacro, vel cum sacra; vel in loco sacro, vt quando aliquo crimine violatur sanguine, vel semine, vel homicidio; vel de loco sacro, & in re sacra, vt cum quid sacrum ab Ecclesia aufertur, vel quid non sacrum
3 ab eadem, imò, & qui reliquias Sanctorum furatur sacrilegus dicitur *Riccius decis. 73. n. 4. ex Archid. & Turrecremata in cap. corpora de consecr. dist. 1.* & has species dilucidat *Diaz loco citato.*

Aduerte secundò, sacrilegium, quod
4 committitur in personam clerici percutiendo ipsum, v. g. offendere etiam Ecclesiam, ideo nec potest clericus cedere

Iuri

Iuri ſuo faciendo, vt in perſona propria,
5 vel in bonis lædatur: nam adhuc eſſet
offenſa Eccleſia, & ideo nec poteſt cle-
ricus Eccleſiæ præiudicium inſerre per
ſuam renunciationem, *vt per DD. in*
cap. ſi quis ſuadente diabolo 17. *q.* 4.
*Nauar. in manuali confeſſariorum c.*27.
*n.*76. *Follerius in praxi Canonica p.* 2.
6 *cap.*17. & hoc crimen publicum etiam
reputatur. *l. ſi quis in hoc genus, C. de*
Epiſcopis, & Clericis, & videbimus in-
fra de ſententia excommunicationis.
7 Aliæ ſpecies ſacrilegij clareſcent pari-
ter ex infra dicendis, quotieſcunque ta-
men perſona ſacra, vel res, vel locus læ-
ditur ſacrilegium eſt.

Aduerte tertiò, id quod refert *Diaz*
8 *loco citato*, quod ſcilicet apud Hiſpanos
Iudices Eccleſiaſtici puniunt etiam lai-
co ſacrilegos, & refert doctrinam *Ioan-*
nis Lupi, qui ait, quod iſti poſſunt indi-
ſtinctè à quibuslibet puniri, ſapiũt enim
hæreſim, dum negant cultum debitum
9 Eccleſiæ, & Sanctis, & vt hæretici capi,
& puniri debẽt ab Eccleſiaſticis Iudici-
10 bus. *cap. accuſatus, de hæreticis in* 6. Ve-
rum tamen eſt, quod ſi laicus deliquе-
rit in Eccleſia, & inde fuerit extractus
11 iuridicè bene poterit à Iudice laico pu-
niri de crimine, & de ſacrilegio, eſt enim
hoc crimen mixti fori, meritò datur
12 præuentio, & quotieſcunque vnus Iu-
dex cognouit de vno crimine, non po-
teſt alius de eodem cognoſcere, vt ad
hoc propoſitum notat *Soccinus in cap.*
poſtulaſti de foro competenti nu. 16. Si
13 autem Iudex Eccleſiaſticus cognouerit
de ſacrilegio tenetur deinde pro delicto
remittere laicum Curiæ ſæculari, quia
Iudex ſæcularis pro ſuo crimine non te-
netur ſtare processui facto à Iudice Ec-
cleſiaſtico. *§ ſi vero crimen, auth. de*
14 *ſanctiſſimis Epiſcopis*, & notant *Alexã-*
der, Soccinus, & Iaſon in l. magiſtratus,
ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.

Dices, nemo debet pro vno delicto
15 pluribus pœnis affici. *l. ſenatus, ff. de*
accuſationibus, ergo non debet idem
ſacrilegus puniri, & à Iudice Eccleſiaſti-
co, & ſæculari.

Reſpondetur diſtinguendo antece-
dens, quando crimen eſt indiuiduum
non producens aliud, & concedo, quan-
do crimen alia ſecum fert, & nego, ſic
16 explicat *Bart. in textu in d. l. ſenatus.*
Hoc autem ideo eſt, nam idem crimen,
& habet ſacrilegium, & defectum ipſum
in ſe, ergo benè poterit puniri à Iudi-
17 ce Eccleſiaſtico pro ſacrilegio, à Iudice
laico pro ipſa culpa.

Aduerte quartò, quod ſacrilegi varijs
18 pœnis puniuntur, & primò ſunt inha-
biles promoueri ad ordines Eccleſiaſti-
cos. *cap. ſi quis presbyter diſtinct.* 50.
19 Secundò, ſunt infames. *Abb. & DD. in*
cap. conqueſtus, de foro competenti, Re-
buffus in praxi beneficiali par. 2. *titu-*
20 *lo de modis amittendi beneficia n.* 56.
Tertiò, non gaudent immunitate. *cap.*
frater 18. *q.* 4 *Boerius deciſione* 100. *n.* 3.
21 Quartò, ſunt excommunicati. *cap. con-*
queſtus de foro competenti. Quintò, ſi
22 ſint Clerici deponuntur. *cap. ſi quis*
deinceps 17. *quæſt.* 4. & poſſunt etiam
puniri pœna pecuniaria. *cap. quiſquis*
cauſa, & q. citat. Sextò, Clerici ipſis cõ-
municantes, eorum eleemoſynas reci-
23 pientes, vel ſepelientes poſt mortem
priuantur Eccleſiaſtico beneficio, nec
poſſunt reſtitui in proprio ſtatu ſine di-
24 ſpenſatione Apoſtolica. *gloſ. hic verbo*
irrecuperabiliter, licet ſecundum *Abb.*
poſſet etiam Epiſcopus diſpenſare.

DE FVRTIS.

TITVLVS SEXTVS.

SVMMARIVM.

1 *Furtum eſt delictum lædens maieſta-*
tem humanam.
2 *Furti definitio.*
3 *Furtum non dicitur in rebus ſtabili-*
bus.
4 *Furtum non cadit in re propria, ſed*
in re communi bene poteſt cadere.
5 *Meum dici non poteſt, quod eſt com-*
mune.
6 *Furtum fraudulenter committitur.*
7. *Furtum cõmittitur etiam animo alie-*
na concupiſcente.
8 *Furtum committitur in qualibet re*
etiam minima.
9 *Rapina quid ſit, & quomodo diſtin-*
guatur à furto.
10 *Furtum etiam in re leui eſt peccatum*
contra iuſtitiam.
11 *Furtum committitur in proprietate,*
poſſeſſione, & vſu rei.
12 *Furtum non committit furans rem,*
quæ pro derelicta habetur.
13 *Res, quæ pro derelictæ habentur ſunt*
in bonis nullius.
14 *Furtum cõmittitur furando res proie-*
ctas ex incendio, naufragio, &c. &
ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ.
15 *Furtum committit furans rem deper-*
ditam, quam inuenit.

Fur-

16 Furtum non cõmittitur si animo tantum damnificandi id fiat, & sic non punitur vt furtum, sed vt iniuria.

17 Furtum non est surripere alienam ancillam animo explendæ libidinis, dummodo illa sit meretrix.

18 Furtum committitur circa vsum surripiendo ancillam non meretricem animo explendæ libidinis.

19 Furans centum, ex millibus, quæ sunt in arca, vel modium ex aceruo, non tenetur nisi pro eo, quod furatus est.

20 Furti materia notabilis, quæ dicatur, & illius circumstantia?

21 Furtum an aliquando excusetur?

22 Furtum excusatur ratione quantitatis.

23 Furtũ excusatur ratione necessitatis.

24 Diues tenetur subuenire necessitatibus.

25 Furans pro necessitate cum deuenerit ad pinguiorem fortunam non tenetur restituere.

26 Furtum est actus licitus indigenti, ideo pro actu licito ad nihil tenetur.

27 Furans aliquid vltra suam necessitatem bene pro illo tenetur.

28 Furans pro necessitate parentum excusatur à furto.

29 Furtum à creditore, qui non potest sua consequi excusatur; & non tenetur reuelare etiam lata excommunicatione contra occupantes bona.

30 Qui accipit, quod sibi debetur suum accipit non alienum.

31 Possidens dubius an ea, quæ possidet sua sint, debet deponere conscientiam dubiam.

32 Possessio certa praualet dubijs, & possidentis conditio melior est.

33 Possidens nullam habens pro se rationem pro his, quæ possidet, debet adhibere diligẽtiã inueniendo Dominũ, alias distribuere pauperibus.

34 Furtum committit vtens re locata ad alium vsum, ad quem locata est: & tenetur ad interesse. nu. 36. & n. 44.

35 Furtum committit vtens re commodata vltra tempus, pro quo commodata est.

37 Furtum committit vtens re pignorata, nisi res pignorata non sit vsu consumptibilis.

38 Furtum nõ committit vtens re pignorata, cui voluntas contraria pignorantis non constat, vel habet epicheiam.

39 Quod tibi non nocet, & alteri prodest, id fac: hac regula facit præsumere epicheiam.

40 Iniuriam inferre est facere aliquid cõtra ius alterius.

41 Vsus an considerari debeat eodem modo in conductore, ac in pignoratario.

42 Locans voluntariè priuat se vsu, quem habebat sua rei locatæ.

43 Pignorans neque volens potest vti re pignorata, & sic necessariò non habet vsum.

44 Fur dicitur vtens re commodata præter vsum concessum.

45 Furtum dicitur, quia læditur Ius cõmodantis vtendo re commodata præter vsum concessum.

46 Vsus, quia commodatario limitatur, ideo illius excessus prohibetur.

47 Furtum non est circa vsum, vbi vsus non prohibetur.

48 De furto quando quis teneatur?

49 De furto tenentur consilium dantes, vel auxilium præstantes.

50 De furto non tenentur consilium dantes, &c. alias furaturo.

51 Consilium dãs de re mala peccat mortaliter.

52 Auxilium dans rei malæ peccat mortaliter, licet alias commissuro.

53 De furto tenentur custodes rerum non adhibendo in illis diligentiam.

54 Custodum triplex est genus.

55 Custodientes gratis rem alterius tenẽtur de dolo & lata culpa non deleui, vel leuissima.

56 Famuli tenentur etiam de leui culpa in rebus dominorum suorum.

57 Custodes recipientes mercedem pro custodia tenentur de dolo lata, leui, & leuissima culpa.

58 De furto tenetur conductor, si in re conducta non adhibuerit diligentiã, vt pater familias.

59 De furto non tenetur conductor equi, pro cuius custodia dominus mittit famulum.

60 De furto tenetur emptor rei furtiuæ, etiam si alteri vendidit.

61 De furto non tenetur emptor rei furtiuæ, si illam restituit furi, vt ab ipso pretium recuperare possit.

62 Damnum proprium potius euitari debet, quàm bonum alterius procurari.

63 Furi restituens rem furtiuam dat illi occasionem vero domino restituendi.

64 Restitutio quid sit?

65 Restitutionis alia definitio.

66 Restitutioni obligati versibus comprehensi.

67 Restitutioni tenentur ij, quibus fures dederunt aliquid, ne clament pro furto commisso, vel committendo.

Resti-

68 *Restitutioni tenetur, qui scit ex suo prauo consilio furtum euenisse, secus si tantum confirmauit furandi voluntatem.*

69 *Restitutioni tenetur mandans furtum, & non reuocans mandatum, vel reuocatione non perueniente ad mandatarium.*

70 *Restitutioni tenentur consentientes in furto.*

71 *Restitutioni tenetur approbans furtum, dummodo talis approbatio ad furandum sit inductiua.*

72 *Restitutioni tenentur receptantes, & auxiliũ dantes furibus pro suis furtis.*

73 *Damno alterius concurrentes ad refectionem damni tenentur.*

74 *Restitutioni tenentur non impedientes, & non manifestantes, si ipsis incumbat, vel si commodè valeant.*

75 *Restitutioni non tenentur vicini silentes, dum committitur furtum, peccant tamen mortaliter si possint, & non clamauerint.*

76 *Restitutio debet fieri à Iudice ferente iniustam sententiam, vel à teste falsum deponente.*

77 *Restitutio aliquando fit de re ablata, aliquando de ipsa, & interesse.*

78 *Restitutioni equi tenetur furans equũ, & fructuum perceptorum ab illo.*

79 *Restitutioni non tenetur fructuum perceptorum ex equo si Dominus nõ erat locaturus equum.*

80 *Restitutioni non tenetur fur fructuũ perceptorum ex locatione rei Domini diutius, qui illam non erat locaturus.*

81 *Restitutio fructuum non cadit in rebus vsu non consumptibilibus.*

82 *Restitutio fructuum nõ cadit in rebus non fructificabilibus, sed tantum pretij ex illis percepti.*

83 *Restitutio fructuum non debet fieri de fructibus industrialibus, qui prouenient ex negotiatione.*

84 *Restituendi non sunt fructus industriales, neque à possessore malæ fidei.*

85 *Restitutio pretij est facienda secundum summum, & maximum valorem.*

86 *Restitutio pretij est facienda à fure, quanti Dominus vendidisset, si certo sciuerit tempus, quo à Domino res vendita esset.*

87 *Restitutio pretij est facienda vsque ad summum, si valor rei furatæ, dum erat in posse furis crescat.*

88 *Restitutio pretij summi rei furatæ est facienda à fure, licet ipse fur nõ vendiderit tali valore.*

89 *Restitutio damni facti in seminibus est facienda arbitrio boni viri.*

90 *Restitutio non solum damnificationis, sed etiam iniuriæ in tali damnificatione illatæ est facienda.*

91 *Restitutio cui sit facienda.*

92 *Restitutio differri potest à debitore, vel fure, si ex illa imminens damnũ creditori sequatur.*

93 *Restitutio melius fiet, si ob euitandum creditoris damnum pecunia deponatur penes aliquem bonæ vitæ virum.*

94 *Restitutio denegari debet, ne sequatur malum imminens.*

95 *Restituens debet adhibere omnem diligentiam, vt Dominus certus inueniatur.*

96 *Restituens rem Ecclesiæ, vel pauperibus, si deinde verus dominus adueniat, tenetur aliam facere domino restitutionem.*

97 *Restituens si non inueniat verum Dominum, poterit pauperibus, vel suæ suorumque paupertati subuenire.*

98 *Restitutionem facturus, nam inueniẽs Dominum, melius erit si confessarij consilio restituat, vel applicet sibi.*

99 *Iudex nemo debet esse in causa propria.*

100 *Restitutionis sunt multa capita.*

101 *Restitutione non facta animæ decedentes (absoluta tamen à peccatis) an tamdiu stabunt in Purgatorio, donec satisfiat debito ab hæredibus suis viuentibus?*

102 *Pœna correspondet culpæ propriæ.*

103 *Restitutio an debeat fieri à fure creditori absenti proprijs expensis?*

104 *Creditor debet esse indemnis, & immunis à suis bonis recuperandis.*

105 *Restitutio an semper obliget, & non facta à decedente, an impediat illi absolutionem?*

106 *Restitutionis præceptum est negatiuum, quod semper obligat.*

107 *Restitutionem potens facere, & non faciens infirmus non est absoluendus.*

108 *Restitutionem faciendam relinquens hæredibus, si certus sit hæredes illã facturos est absoluendus.*

109 *Restitutio quando sit facienda, & an quoties omittitur toties fie peccatũ?*

110 *Restituere potens, & non restituens toties peccat quoties omittit restitutionem, intellige manente integra occasione restituendi.*

111 *Retentio rei alienæ si sit per minimũ tempus non est peccatum mortale.*
112 *Restitutioni ponens actum contrariũ peccat mortaliter.*
113 *Restitutionem differens eo, quia creditor non petit, non peccat.*
114 *Restitutionem, quæ impotentia excuset?*
115 *Restitutionem excusat grauis incommoditas debitoris.*
116 *Restitutionem differre volens pluribus vicibus pro sui cõmoditate bene absoluitur à confessario.*
117 *Restituere non posse dicitur non tantum is, qui nullo modo potest, sed etiam qui nec commode.*
118 *Restituere non tenetur debitor, si & pariter creditor in extrema sint necessitate.*
119 *Restituere neque tenetur debitor, si cum necessitate creditoris cõcurrat necessitas parentum.*
120 *Pater, & filius pro vna persona habetur.*
121 *Necessitatis tempore omnia bona sũt communia.*
122 *Restituere statim tenetur, qui mala fide, & iniusto titulo acquisiuit bona aliena, & dissipauit.*
123 *Restitutio facienda est statim etiam cum sui iactura, & ignominia ab eo, qui iniusto titulo, & mala fide bona aliena acquisiuit.*
124 *Status proprius non dicitur, qui illicita via acquisitus est.*
125 *Restitutio cõmodè fieri potest ab eo, qui iusto titulo acquisiuit, sed postea in deteriorem statum venit.*
126 *Restitutioni an teneatur cedens bonis si deuenerit ad pinguiorem fortunam, & an pro satisfactione sufficiat ignominia, quam passus est?*
127 *Restituere non tenetur persona honesta cedens bonis, ne cum ignominia mendicare cogatur.*
128 *Restitutioni obligatus non tenetur vendere instrumenta suæ artis, vt creditori satisfaciat.*
129 *Bonum publicum præfertur bono priuato.*
130 *Restituere tenetur, & nihil sibi retinere potest, qui ex sui culpa, & dilapidatione bonorum venit in deteriorem statum.*
131 *Manifestare tenetur omnia bona sua cedens bonis, & aliquid occultans peccat.*
132 *Restituere non tenetur cedens bonis si deuenerit ad pinguiorem fortunam, ignominia cedente loco pretij, dummodo illam passus sit petentibus creditoribus.*
133 *Restituere tenetur cedens bonis, si nõ petentibus creditoribus, sed ex Iudicis sententia passus sit illam ignominiam.*
134 *Nemo potest cogi inuitus ad accipiẽdam vnam rem pro alia.*
135 *Obligatio tollitur solutione eius, quod debetur.*
136 *Soluere non potens aliunde debita, an teneatur acceptare hæreditatem, vel legatum, vel an possit repudiare in præiudicium creditorum.*
137 *Debitor tenetur in conscientia acceptare hæreditatem, vt satisfaciat creditoribus.*
138 *Debitor nisi creditoribus satisfecerit non potest ingredi religionem.*
139 *Acquirendi occasione non vtens non dicitur alienare.*
140 *Restitutio facta per alienas manus, an valida habeatur.*
141 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*
142 *Restituens rem per alienas manus personæ honestæ, si hæc incidat in manus latronum, vel aliter amittat rem cui amittatur?*
143 *Restituens debitor ex commodato deposito, &c per alienas manus si pereat res perit damno creditoris.*
144 *Casus fortuitus accidit Domino rei.*
145 *Restituens debitor ex mutuo, si res pereat, ipsimet debitori mutuatario perit.*
146 *Restituens debitor ex commodato, pignore, &c si res pereat ex culpa perit debitori.*
147 *Restituens fur quomodocunque, & qualitercũque res pereat furi perit.*
148 *Delinquens non releuatur à culpa quomodocunque res pereat.*
149 *Restitutionis materia est amplissima.*
150 *Restitutionis materia remittitur ad diffusiores tractatus.*

1 ISVM est supra de delictis, quæ lædũt immediatè maiestatem Diuinam, sequebatur videre de ijs, quæ lædunt immediatè maiestatem humanam, vt patet ex diuisione criminum posita in initio. merito. &c. ad cuius tituli, & §. 1. intelligentiam videbimus primò, quid sit furtum Secundò, quæ sint eius spe-

ſpecies. Tertiò, qui teneantur de furto, & ad quid teneantur. Quartò quando quis teneatur reſtituere cui, & quomodo. Quintò, aliqua moralia breuiter circa hanc materiam notabimus.

Circa primum aduertè, quod furtum
eſt fraudulosa cõtrectatio rei alienæ lucri faciendi gratia, vel ipſius rei vel vſus eius, poſſeſſioniſue, quod omni iure prohibitum eſt admittere, ſic definiunt *Ciuiliſtæ in §. furtum libro 4. Ciuili titulo de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur*, pro qua definitione nota,
3 quod dicitur contrectatio, quæ amotionem ſignificat, vt intelligamus in ſtabilibus non cadere furtum, ſed potius dicuntur ſtabilia inuaſa, vel iniuſtè occupata, ſic *gloſ. in d. §. verbo rei*. Dicitur
4 alienæ ad oſtendendum, quod in re propria furtum non cadit, ſecus in re com-
5 muni, quia non poteſt dici meum, quod commune eſt. *l. ſi ſocius, ff. de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur*. Dicitur fradulosè, quia ſi quis non cum fraude, ſed bona fide ſit in poſſeſſione
6 alicuius rei, vel vtatur ipſa, &c. hic non committit furtũ *gl. ibidem verbo fraudulosa*. Canoniſtæ vero huic definitioni addunt etiam prohibitionem animi furandi, dicente Domino; (non concupiſces) & concupiſcentes rem alienam
7 etiam fures dicuntur. *cap. vulgaris de pœnitentia diſtinct. 1. c. finali 14. q. vltima*, vbi Canoniſtæ in qualibet re etiã leui furtum conſtituunt, ſemper enim
8 habentur eſſentialia, & quælibet res licet minima aliena eſt.

Circa ſecundum aduerte primò, quod
9 habemus furtum, & rapinam; furtum eſt de quo diximus. Rapina præter furtum adiungit violentiam, & ideo raptores grauiori pœna puniuntur; nam præter furteptionem rei alienæ iniuriam, & violentiam inferunt Domino, & in hoc differunt inter ſe rapina, & furtum. *S. D.*
10 *2. 2. q. 66. art 4. & art. 9.* quomodocũque autem ſit furtum, ſiue in re graui, ſiue in re leui ſemper peccatum eſt cõtra iuſtitiam.

Aduerte ſecundò, quod furtum com-
11 mitti ſolet, vel in ipſa proprietate rei, vel in poſſeſſione, vel in vſu eiuſdem.

Circa furtum in proprietate nota pri-
12 mò, quod qui furatur, ſeu potius detinet aliquam rem, quæ habetur pro derelicta, vt ſeruus languidus expoſitus, animal morboſum eiectum, & cætera ſimilia non committit furtum; nam res, quæ pro derelictis habentur, ſunt in
13 bonis nullius, *§. hoc amplius lib. 2. Ciuili, de rerum diuiſione*. Limita hoc primò, quando res ſunt eiectæ animo recuperandi, vt ſi quis proiecerit merces in mari propter naufragium, vel ſi ex
14 incendio, vel ruina id fecerit. *l. falſus, §. iactus, ff. de furtis, l. deprecatio, ff. ad l. rhodiam de iactu*, & iſti tales ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ. *cap. 1. de raptoribus*. Limita ſecundò, in inuen-
15 tore rei deperditæ, hanc enim cogitur reſtituere præmia diligentia, (ſed cui videbimus infra) *cap. ſi quid inueniſti 14. q. 5. Nau. c. 17. n. 171. l. falſus, §. qui alienum, ff. eodem*.

Nota ſecundò, quod proprietas rei debet furari animo lucrandi ipſam, vel eius vſum, vel poſſeſſionem, & ideo ſi quis haberet animum damnificandi tã-
16 tum in re aliena non puniretur pœna furti, ſed pœna iniuriarum, & damni infecti. *l. rerum. ff. de furtis*. Idem dic de eo, qui ſurripuit alienam ancillam
17 animo libidinis explendæ, ſi illa ſit meretrix non committit furtum. *l. fullo, §. qui ancillam, ff. eodem*. Si tamen non eſſet meretrix ſurripiens ipſam etiam animo libidinis, & non animo retinen-
18 di committeret furtum circa vſum, ſic *Socinus in rubrica de furtis n. 7. prope finem*, vbi non dicitur quis fur, niſi tantum pro eo, quod voluit lucrari. Vnde eſt, quod ſi ex area, vbi manent mil-
19 le, quis furetur centum tantũ pro centum tenetur, ſic ſi ex aceruo tritici quis furetur tantum vnum modium, pro illo tantum vno modio tenetur. *l. vulgaris, l. ſi quis fur, & l verum, ff. eodem*.

Nota tertiò, quod materia notabilis in
20 furto varia aſſignatur à DD. plura tamẽ ſunt conſideranda ſcilicet perſona, à qua ſurripitur, perſona, quæ furatur, circumſtantia temporis, loci, &c. quibus omnibus perſpectis poterit confeſſarius ex ſe iudicium facere, quæ ſit materia leuis, quæ grauis, patet ex *l. pretia rerum, ff. ad l. falcidiam*.

Quæres: An poſſit quis aliquando
21 excuſari à furto; etiam ſi furetur rem alienam inuito Domino.

Reſpondetur affirmatiuè, & primò
22 ratione quantitatis. *S. D. q. 66. art. 3. Nau. cap. 17. n. 20. & ſequenti*. Secun-
23 dò, ratione grauis neceſſitatis etiam ſi non ſit extrema, quia grauis neceſſitas ſtatim corruit in extremam; ergo ſi licet in extrema neceſſitate, licet etiã in graui. *Bonacin. de contractibus diſp. 1. q. vlt. puncto vlt. n. 32.* Ratio rationis eſſe poteſt; nam diues in his caſibus te-
24 netur dare, ergo poteſt pauper pro ſua neceſ-

V 2

neceſſitate accipere, & ad ſummũ peccaret venialiter inuertendo ordinem,
deberet enim prius oſtendere ſuam neceſſitatem diuiti, qui ſi non daret, tunc
licitè iſte poſſet ſubripere, ſic *Emanuel Sà in ſumma verbo furtum n 1. Angelus eod. verb. n.37. Leſſius lib.2.cap.12. dubio 12. n.71.*

Imò nota, quod licet iſte deuenerit
25 ad pinguiorem fortunam, nec tenetur
ſublatum tempore neceſſitatis reſtituere, quia ſurreptum in neceſſitate, legitimè etiã conſummatũ eſt tempore, quo
licitum erat ipſi indigenti, & ſic in tali
26 indigentia iuridicè, & iuſtè completus
eſt actus; ergo dum iuſtè conſummatũ eſt ſurripiens ad nihil tenetur. *Silueſt. in ſumma verbo furtum n.1. Sotus lib.4. q.7 art.1.* bene tamen tenetetur pro eo,
27 quod ſuſcepit vltra id cuius indigentiam
habebat: nam pro eo commiſit furtum, merito reſtituere tenetur. Tertiò, ratione grauis neceſſitatis ſuorum parentum, vel filiorum, ſi quis non habeat
28 aliunde, vnde poſſit ipſos alere in extrema neceſſitate. *Silueſt. loco citato n.10. & verbo neceſſitas, Nauar. c. 24. n.5. & c.17. n.61. & 118.* Quartò, in creditore, qui non poteſt conſequi, quod ſibi debetur, hic enim poteſt à ſuo de-
29 bitore ſubripere ſecundum valorẽ eius,
quod ſibi debetur, nec tenetur reuelare lata deinde excommunicatione contra occupantes prædicta bona: nam qui ac-
30 cipit, quod ſibi debetur ſuum accipit
non alienum. *Medina in C. de reſtitutione q.18. Silueſt. verb. furtum verbo 16. Nauar. c.17. n.113.*

Circa furtum in poſſeſſione, & vſu no-
31 ta primò, quod dubitans circa bona,
quæ poſſidet: An ſint ſua, nec ne, poteſt deponere conſcientiam dubiam, niſi à parte appareant rationes alieni dominij, quia poſſeſſio certa præualet dubijs,
32 & certis rationibus, merito melior erit
conditio poſſidentis. *Vaſquez p 5. q 62. art.1. Salas par.2. q.21. tract.8. diſp.1. ſeſſ.23. n.231. Aragonius 2.2. q.62. ar.1.*

Nota ſecundò, e contra, quod ſi non habeat rationem pro ſe, nec ſcit fuiſſe rem ſuorum prædeceſſorum, nec habet aliquam aliam rationẽ tituli, debet ad-
33 hibere diligentiam, vt Dominum inuenire
poſſit, quem ſi inuenire nõ valeat, pauperibus erit diſtribuenda res. *Molina de iuſtitia, & iure tom.3 diſput.721. n.3. Rebellius de obligationibus Iuſtitiæ par.1. lib.2. q.5. n.3. Sanchez tom.1. citato libro 2. c 23. n.177.*

Nota tertiò, quod qui vtitur re aliena inuito Domino committit furtum,
vnde primò, qui rem locatam diſtrahit
34 ad alium vſum, quam ad illum pro quo
locata eſt committit furtum, quia contrectat rem alienam inuito Domino. Secundò, qui re cõmodata pro certo vſu, & tempore vltra tempus, vel vltra vſum
35 determinatum vtitur committit furtũ
ex eadem ratione. *l. qui iumenta, & l. qui rem, ff. de furtis*, & conductor rei ſi vtatur vltra vſum pro quo conduxit tene-
36 tur ad intereſſe. *Farinacius in quæſtionibus Criminalibus q.110.* Tertiò, qui
vtitur re pignorata committit furtum. *l. qui pignore, ff. de furtis*, & ratio eſt, quia eſt cõtrectatio rei alienæ fraudulo-
37 ſa inuito Domino, & domino damnũ
infert. Limita tamen hunc caſum de pignore in eo, qui vtitur re pignorata, quæ vſu non conſumitur, vt ſimiliter diximus *lib.3. Ciuili titulo quibus modis re contrahitur obligatio*, & ſic in terminis tenet *Lopez in ſuo inſtructorio p.2. c.58.* vbi refert doctrinã *S.D. 2.2 q.78. art.1. ad ſextum, Ioannis de Anania, & aliorum*. Verum tamen eſt, quod
38 ſufficit ſi non ſit contraria voluntas ip-
ſius pignorantis, qui ſcilicet non dixerit, & volo, vt ipſa re pignorata non vteris, quotieſcunque enim iſte nõ prohibuit ſic expreſsè, tunc poteſt pignoratarius, ſeu creditor vti ipſa re pignorata ex Epicheia, quæ ſaltem requiritur
39 ex *l. ſi pignore, ff. de furtis*, & cenſetur
Epicheiam adeſſe ex regula naturali, quod tibi non nocet alteri prodeſt id fac. His poſitis ſic probatur dictum, pignoratarius nullum damnũ, nec iniuriam infert Domino; ergo poteſt vti tali re pignorata. Probatur antecedens: non infert damnum, nam ſupponimus, quod res non ſit vſu conſumptibilis, non
40 infert iniuriam, nam inferre iniuriam
eſt facere aliquid contra Ius alterius, ſed in hoc caſu Dominus tempore pignoris nullum habet vſum circa rem pignoratam; ergo nullam ei infert iniuriam, qui ipſa re vtitur tempore, quo Dominus vti non poteſt.

Dices primò, ſi Dominus locaret vſũ talis rei perciperet commodum ex tali locatione propter vſum, ergo pignora-
41 tarius, qui vtitur ipſa re debet reſtitue-
re valorem talis vſus, & non reſtituendo committit furtum.

Reſpondetur negando conſequentiã,
42 & ratio eſt, quia ideo ſentit commodũ
ex tali locatione, quia ipſe habebat vſũ ſuæ rei, ergo dum priuat ſe tali vſu fas eſt, vt pignoratarius ſentiat commodum

ex

ex regula secundum naturam, at in casu
43 nullum sentit incommodum ratione
vsus, dum enim est res pignorata, ne-
que nolens potest vti ipsa; ergo ei nul-
lum infertur præiudicium.

Dices secundò, cõmodatarius si vta-
44 tur præter vsum concessum committit
furtum, vt supra diximus ex d. *l. qui
rem, ff. eodem*, & tamen commodans
concessit ad certum vsum, is vero fur
45 dicitur, quia lædit Ius commodantis; er-
go pariter in casu nostro dicendum est.

Respondetur negando consequentiã,
& ratio est, quia commodans habet vsũ,
46 ergo potest sic, vel taliter limitare con-
cessionem, at pignorans non habet vsũ
47 tempore pignoris; ergo si pignorata-
rius interim vtatur nihil facit contra
Ius illius, nec damnum infert, quia sup-
ponimus rem non esse vsu consumpti-
lem.

Circa tertium est videndum, qui te-
neantur de furto, & ad quid teneantur:
ideo.

Aduerte primò, quod quotiescunque
48 quis surripit rem alienam, vel iniustè
retinet, siue possidet, vel vtitur re non
sua semper committit furtum, & tene-
tur de furto, & ad hoc adduci possunt
omnes casus supra positi de possessore
male fidei, de pignore, &c. tamen præ-
ter dictos casus.

Nota primò, quod tenentur de furto
49 consilium dantes, dummodo furem in-
duxerint ad id. Item auxilium præstã-
tes, puta tenendo scalam, vigilando, ne
curia pertranseat, &c. quia ipsi sunt cau-
sa damni, merito damnum reficere te-
nentur, sic *Molinas tom. 2. disp. 736. n. 5.
Caetanus 2. 2. q. 62. art. 6. Vasquez opu-
sculo de restitutione c. 9. §. 1. dubio 1.
& dubio 2. n. 32. Nauarra lib. 3. cap. 4.
n. 15. 35. & 67. Malderus 2. 2. tract. 4.
c. 1. dubio 2. & alij communiter*, ex ra-
tione supra posita.

Limita tamen hoc, quando fur etiam
50 absque tali consilio infallibiliter com-
misisset furtum, siue concurreret cum
consilio, & auxilio, siue non, tamen
consilium dans peccaret ratione pra-
51 ui consilij, sic *Lessius lib. 2. cap. 13. du-
bio 2. Laiman in Theologia morali lib. 3.
sess. 5. tract. 2. c. 5. n. 5.* qui id docent dũ-
modo consilium dantes non induxerint
furem in plus, quia tunc pro tali excessu
tenerentur ipsi consilium dantes. Item
auxilium præstantes, etiam si fur sine
eorum auxilio opus perfecisset adhuc
52 peccant mortaliter, quia poterant furtũ
impedire vociferando, vel aliter, ideo
ex hoc peccant quasi approbantes ma-
lum proximi.

Nota secundò, quod custodes rerum
53 si non adhibeant diligentiam, quam
adhibere tenẽtur etiam concurrunt in
furtum, tamen pro custodibus distinguit
54 tres casus. *Lopez in suo instructorio
par. 2. c. 48. vbi ait:* quod triplex est ge-
nus custodum. Primum est eorum, qui
55 sine mercede, sed gratis custodiunt, &
isti tenentur tantum de dolo, & lata
culpa, non autem de culpa leui, vel le-
uissima, de hac enim non tenetur, qui
custodiam adhibet ad commoditatem
alterius. Secundum genus est eorum,
qui recipiunt mercedem, sed non pro
56 custodia, sic sunt famuli dominorum,
qui recipiunt mercedem pro famulatu,
ideo tenentur etiam de leui culpa, quia
sentiunt aliquod commodum. Tertium
genus est eorum, qui recipiunt merce-
57 dem pro tali fine determinato, sic est
Maiordomus, & adiutor ipsius, puta
(ripostiero) & isti tenentur de dolo la-
ta; leui, & leuissima culpa, sic colligit *idẽ
Lopez ex l. qui mercedem, ff. locati*.

58 Nota tertiò, quod conductor etiã de
furto tenetur si non adhibuerit diligen-
tiam, vt pater familias adhibet in rebus
suis. Limita hoc in conductore equi, si
59 Dominus equi mitteret famulum pro
custodia, tunc enim non tenetur con-
ductor aliam adhibere diligentiam, nec
tenetur de furto si sequatur, sic *idem Lo-
pez in §. postremò, ex Siluestro verbo
custos, §. 4.*

Nota quartò, teneri etiam de furto,
qui emit rem bona fide à fure, si enim
60 ipse emptor alteri vendidit, & promisit
indemnitatem, siue expressè, siue tacitè
semper ipse emptor tenetur ad restitu-
tionem euicta re à vero Domino, *Sotus
de iustitia, & iure lib. 4. q. 7. art. 2.* quia
ipse nullum Ius habebat in rem, quam
vendidit; ergo iniustè recepit pretium,
merito restituere tenetur. Verum ta-
men est, quod poterat ipse rem furi re-
stituere, vt ab illo valeret suum pretiũ
61 recuperare, siue deinde fur restitueret
rem Domino, siue non parum refert, sic
*Sotus loco citato, Alensis, & Gabriel in
4. distinct. 15. Vgo de Celso in suo reper-
torio verbo deposito versiculo 6.*

Ratio huius dicti est, quia debet quis
62 potius euitare damnum proprium, quã
procurare bonum alterius. *l. præses, C.
de seruitutibus, & aqua c. non licet 23.
q. 5.* tum etiam, quia qui talem rem red-
dit furi ea intentione, vt ipse vero Do-
mino restituat, hic potius releuat furem
à cul-

à culpa, dum præbet ei occasionem ad
63 restituendum. Alij de furto tenentur,
vt colligi potest ex principio generali
hic posito.

Circa quartum erat videndum, qui teneanrur restituere, cni, & quomodo pro qua restitutione.

Aduerte primò, quod restitutio in casu nostro est actus Institiæ, quo damnum proximo illatum compensarur, sic
64 *Molina de iustitia, & iure in principio*,
sed magis placet definirio, quam dat
Medina in C. de restitutione. Restitutio est actus Iustitiæ, quo res redditur
Domino sub hac enim definitione venit
65 omnis restitutio, siue ex furto, sine ex
damno, siue ex contractu, siue ex quasi
contractu, siue quomodolibet res debeatur.

Aduerte secundò, quod mult i tenentur ad restiturionem, & plnres comprehendit *Lopez par*.1. *c*.10. per illos versus.

66 *Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,*
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

In specie igitur tenentur de furto, &
ad restiturionem. Primò, illi, quibus
67 fures dederunt aliquid ne clamenr pro
furto commisso, vel committendo ab
ipsis, tunc enim totum damnum de proprio resarcire tenentur. *Lessius lib*.2. *de iustitia, & iure c*. 13. *dubio* 10. *nu*.68.
Nauar. lib.4. *c*.4. *n*.132. Secundò, qui
scit ex suo prauo cõsilio furtum euenisse. *Emanuel Sà verbo restitutio n*.35.
Tannerus 2.2. *disp* 4. *quæst*.6 *dubio* 14.
n.395. *Nauar. lib*.3. *c*.4. *dubio* 4. *n*.48.
88 *Enriquez lib*.14. *c*.3. *n*.14 Secus autem quando confirmauit tantum volũtarem determinati ad furandum. *Laiman in Theologia morali lib*.2. *sect*. 5.
tract.2. *c*. 5. *n*. 2. *& alij*. Tertiò, mandans furtum, & non reuocans manda-
69 tum, vel licet reuocauerit, reuocario
ramen non peruenit ad mandatarium.
Siluest. verbo mandatum, *Nau. c*. 14.
n.40. Quartò, consentientes dummodo
eorum consensus concurrat ad damnũ
tertij, vt esset in superiore respectu vni-
70 uersitatis, tenetur enim superior vigilare, ne damnum eueniat, alias ipse de
damno tenetur, patet ex *Nau. c*.17. *docet Siluest. verbo restitutio* 3. *Sotus libro* 4. *q*.7. *art*.3. Idem dic de palpatore, seu approbatore, dummodo eius ap-
71 probatio, & adulario sit causa inductiua ad hoc. *Nau. loco citato num*.132.
Caetanus verbo restitutio, Siluest. verbo eodem 3. §. 6. Quintò, receptatores, &
dantes hospitiũ malefactoribus qui sine
72 ralibus anxilijs maleficia, & furta non
committerent. *Medina de restitutione in fine*, & paret ex *l*.1. *ff. de receptatoribus*. Ratio est: nam isti tales videntur participare, & concurrere in damnum alterius merito ad damni refectio-
73 nem tenentur, patet ex *l. qui damnũ*,
ff. de adulterijs, docet *Cagnolus in l. culpa, ff. de regulis iuris*, *& l. si pignore*,
ff. eodem, *Nau. c*.17. *n*.20. *Medina de restitutione par*.10. *in fine*. Sextò, tenentur restituere non impedientes, aut
non manifestantes, quod respectu non
impedientium intellige, quando ipsis in-
74 cumbit onus impediendi, & non impediunt, & dummodo possint absque
periculo vitæ manifestare, & non manifestant *Caetanus verbo restitutum*,
& Cagnolus in l. culpa ff. de regul. iuris,
Nau. loc. cit. n. 8. vicini vero nõ tenentur
d. bẽt tamẽ ex iustitia impedire damnũ,
ac proinde si solo silentio concurr ant,
75 dum impedire possunt (dummodo non
fuerint pecunia corrupti) peccant mortaliter contra charitarem proximi, secus
autem quando non potuissent remediũ
adhibere sine proprio damno, tunc eo;
quod non impedierint, neque peccant
mortaliter. *Caetanus loco citato*, & colligitnr ex eodem *Nauarro*. Septimò,
Iudices proferentes sententiam iniustã,
76 & testes falsum deponentes, eodem
modo tenentur, solutione tamen vnius
liberanrur alij: *Felinus in c delictorũ*,
de testibus cogendis, *Couarruias in clem*.
1. *de homicidio par*. 1. §. 2. *Abb. in c cum causam de testibus n*.7. *& alij DD. communiter*.

77 Aduerte secundò, quod restitutio est
facienda aliquando de re ablata, aliquã-
do de ipsa, & de interesse, ideo.

Nota primò, quod si quis furetur equũ
v.g. & deinde detineat ipsum per longũ
tempus, ac locando, pẽsiones percipiat,
tenetur deinde testituere equum, & fructus perceptos, quia non sunt fructus
78 omnino industriales, sed quasi naturales, & ex re aliena, vel melius distingue,
vel Dominus erat locaturus equum, vel
non, si erat locaturus, tunc & equum,
& fructus perceptos deductis expensis
necessarijs cogitur fur reddere, secus
autem si non erat locaturus, tunc enim
79 Domino nullnm infertur incommodum, sic *Malderus in* 2.2. *S.D tom*.2.
disp.10. *dubio* 2. *n*.4. *& tract*.4. *c*.1. *dubio* 10. *Sanchez in Summa tomo* 1 *lib*.2.
c.23. *n*.132. *Nau. de restitutione lib*. 4
c.1.

c. 1. dubio 6. Molina de iustitia, & iure tom. 3. disp 714 n. vlt & respectu Domini diuitis, qui non esset locaturus,
80 quod fur non teneatur ad restitutionē de fructibus perceptis ex locatione docet *Nau in manuali c. 17. n. 25. Lopez in instructorio par. 1. c. 101.* vbi apertissime docet hoc, & colligitur etiam ex *Siluestro verbo furtum q. 19.* quod extende simili modo in rebus vsu non cō-
8 sumptibilibus, vt in vase aureo, torque, &c. vt expresse docet *Lopez loco citato*. Idem dic de pecunia furata, de vino, tritico, &c. quæ ex se fructificare
81 non possunt, si quis enim talia furetur non tenetur restituere, nisi solum pretium talium rerum, non autem id, quod perceptum est ex negotiatione cum tali
83 pecunia; nam negotiatio est in fructibus industrialibus, & isti non sunt re-
84 stituendi, nec à possessore male fidei, vt colligitur ex eodem *Siluest. verbo restitutio 3 q 7 & 9.*

Nota secundò, quod si quis furetur rem, & ipsam vendat, puta frumentum, hic tenetur restituere pretium talis rei
85 secundum valorem summum, & maximum quanti res illa vendi poterat. Ratio est: nam Dominus habebat Ius ad illam rem vendendam pro suo libito, hic tali tempore, & non alio, ac proinde læditur eius Ius. Non sic autem si fur certè sciret tempus determinatū,
86 quo Dominus esset venditurus, tunc enim teneretur reddere pretium quanti tunc res valuisset, siue fuerit minimum, siue maximum. *Lessius lib. 2. c. 12. dubio 16 nu. 109 Vasquez in opusculo de restitutione c. 5. §. 1. dubio 13. n. 76 & alij DD. communiter* idem confirmant.

Nota tertiò, quod ex hac ratione videtur eodem modo esse dicendū, quod si quis furetur rem, quæ valet decem v. g. & dum retinet talem rem crescit eius valor vsque ad summum, & tali
87 pretio ipse vendidit, tunc tenetur restituere Domino tale pretium summū, etiam si proueniat ex accidenti, & ex causa extrinseca, ratio autem est, quia res est Domini, & pretium Domino accrescit, qui tunc præsumitur venditurus quando res habuit maiorem æstimationem sic *Bonacin. de contractibus disp. 1. q. 3. punt. 11. n. 9. imò Nauarrus c. 17. n. 26.* tenet, quod licet fur non vendiderit rem, dum valebat pretio summo, sed vendiderit dum valebat pretio infimo, tamen summum pretium reddere
88 tenetur, si Dominus tunc esset venditurus (& præsumptio stat pro Domino vt diximus) nam lædit Ius Domini in tali pretio summo, tunc enim poterat Dominus vendere; ergo tale pretium est attendendum, sic *Vasquez loco citato c. 5. §. 1. dubio 12. n. 78. Siluest. verbo furtum q. 16. Angelus eod. verb. nu. 44. Gabriel in 4. distinct 15. q. 2. art. 1.*

Nota quartò, quod quando damnifi-
89 catum est in seminibus, ex quibus fructus sperabatur, vel alienæ segetes deuastatæ sunt, quis tenetur ad restitutionem non tantum pro valore seminis, sed etiam arbitrio boni viri debet cōpensari, quod inde sperabatur sic *Lopez cap 102.* qui etiā refert doctrinam *Soti*,
90 qui ait præter hoc esse etiam reddendū aliquid aliud pro iniuria, quam quis passus est cum in proprio prædio, vel vinea talia subijt.

Aduerte tertiò, restitutionem esse faciendam proprio Domino, vel eius hæ-
91 redibus, si sint maiores, secus autem tutoribus, vel etiam ei, à quo sublata est, vt factori, depositario, pignoratario, &c. *argumento textus in l. itaque fullo, §. sed, & si res pignori, ff eod.* notat *Lopez loco citato c. 103.* potest etiā restitui ipsimet furi ad recuperandum ab eo pretium dummodo emptor bona fide emerit ab ipso, vt supra diximus.

Nota etiam, quod potest debitor differre solutionem eius, quod debet, siue ex furto, siue quomodocunque, si ex tali restitutione instantanea facienda, damnū
92 ipsius creditoris immineat, puta si quis debeat Titio mille, & scit, quod si faciat talem restitutionem statim ipse dissipabit viuendo luxuriosè, in ebrietatibus, &c. tunc poterit debitor ad aliquod tēpus differre solutionem, vt euitetur tale
93 damnum in creditore, tutius tamen aget si ipsam pecuniam debitam deponat penes aliquem virum bonæ vitæ qui deinde tempore habili creditori restituat, sic tenet *Lopez loco citat. ex Medina, & Caetano* ducta ratione à simili, si quis debeat gladium Caio, & hic petat
94 pro committendo homicidio, dictum gladium debitor non tenetur reddere hic, & nunc, & non peccat denegando, si intendat euitare illam occasionē peccati; ergo eodem modo in casu nostro dicendum est.

Nota secundò, quod quando Dominus est incertus, tunc tenetur debitor
95 adhibere omnem diligentiam, vt ipsū, vel eius hæredes inuenire possit, quod si non adhibuerit moralem diligentiam, & rem dederit Ecclesiæ, vel pauperibus, adue-

adueniente deinde vero Domino tenetur etiam ei pretium restituere, & sibi
96 imputet hanc secundam restitutionem, non enim debebat facere primam in præiudicium veri Domini, quod si Dominus sit omnino incertus, tunc potest
97 pauperibus distribuere, quod si ipse debitor, vel eius familiares sunt tales poterit suis applicando sic restituere pro anima veri Domini, sic tenet *Sotus de iustitia, & iure lib.4. q.6. art.1. Nau. autem c. 17. n.92.* tenet posse id facere debitorem propria auctoritate, sed con-
98 sultius erit prosequi in hoc sententiam sui confessarij, ne ipsemet videatur Iudex in causa propria contra text. in *l.1.*
99 *ne quis in sua causa, & l. in omnibus, C. de testibus.*

Circa quintum aliqua dubia erunt examinanda pro materia restitutionis,
100 signanter ex causa furti, habet enim restitutio multa capita, vt diffusè pertractat *Lopez loco citato c.3. & deinceps* hic tamen breuiter.

Quæres primò: An verum sit, quod
101 animæ decedentium non facta restitutione (absolutæ tamen à peccatis) diù remaneant in Purgatorio, donec fiat satisfactio debiti à suis hæredibus viuentibus.

Respondetur negatiuè, & ratio est ex *S.D. quodlibeto 6. art.3. Soto de iustitia, & iure, Adriano quodlib. 8. & ex alijs,*
102 quia scilicet pœna correspondet culpæ propriæ, sed qui nunc non restituit id non est ex culpa propria; ergo puniri non debet.

Quæres secundò, si is, cui est facien-
103 da restitutio pro ablatis, sit absens, & non sit rediturus de breui, an sufficiat certiorari de hoc: An teneatur debitor suis expensis ablatum ibi transmittere.

Respondetur teneri ablatū ibi trans-
104 mittere proprijs expensis, & periculo, quia creditor debet esse indemnis, & immunis in suis bonis recuperandis, sic *Sotus de iustitia, & iure lib.4 q.3* qui id extendit etiam ad commodatarium, & mutuatarium, qui se absentant à loco commodati, vel mutui elapso tempore ad quod habuerunt commodatū, vel mutuum, ita vt teneantur ipsis proprijs sumptibus ibi transmittere.

Quæres tertiò: An semper obliget
105 restitutio: An possit absolui decedens non facta restitutione.

Respondetur præceptum restitutionis
106 esse negatiuum scilicet non retineas, quod tuum non est. *S.D. 2.2. q.62. art. vlt.* ergo semper obligat. Pro eo tamē qui est in agone dic, quod si possit tunc restituere, & non faciat, non est absol-
107 uendus quamuis vellet in testamento grauare hæredes ad dictam restitutionem, nisi certò sciret hæredes talem restitutionem executuros statim, & cum maiori commoditate, quam ipse resti-
108 tueret hic, & nunc, ne scilicet eius bona vendantur sub asta, & viliori pretio. *Nau. in Sum. c.17. n.68. Angelus verb. restitutio 3. §.2.*

Quæres quartò, quando sit facien-
109 da restitutio, & an quis toties peccet quoties potest, & non restituit.

Respondetur secundum *Caetanum 2.2. q 67. art. 3. & Nau. loco citato,*
110 quod toties quis peccat quoties potest restituere, & non restituit, intellige tamen quādo habet integram occasionem restituendi, & id non facit, secus autem vnum perseuerat peccatum ob non restitutionem, puta quis furatus est decem, & negotiatur cum illis toties peccat mortaliter, quoties habet illos decem, & non restituit, sic notat *Lopez q.113.* si vero retentio rei alienæ sit per
111 minimum tempus, puta per duos, vel per tres dies non est peccatum mortale non restituere, nisi creditor quoque esset in extrema necessitate, sic docet *Lopez loco citato ex Soto, & alijs.* Si vero quis potens restituere poneret actum
112 contrarium, puta nolo restituere, hic peccaret mortaliter, vt patet ex *Victoria, & ex Caetano,* & reducitur ad præceptum Domini, non concupisces. Si vero quis non soluat eo, quod creditor
113 sciens non petit, non peccat, donec interpelletur, sic *Sotus, Siluest. & alij apud eundem Lopez, & Riccardus articulo 5. q.5.*

114 Quæres quintò, quæ impotentia excuset à peccato in materia restitutionis.

Respondetur, quod excusat grauis in-
115 commoditas debitoris, quare, vt diximus *cum de Sacramento Pœnitentiæ agentes de ministro,* bene poterit confessarius absoluere pœnitentem nolentem nunc restituere, quia commodè nō
116 potest, sed volentem restituere pluribus vicibus, & diuisim, dummodo ex hoc creditor non sentiat damnum notabile; pro hoc dicto ratio est, quia dicitur non posse restituere non tantum is,
117 qui nullo modo potest, sed etiam is, qui nec commodè potest. *l. nepos, ff. de verborum significatione.*

Nota tamen primò, quod si creditor sit etiam in extrema necessitate sic pa-
118 riter est debitor, non tenetur hic restitue-

ſtituere durante tali extrema neceſſita-
te ſic colligitur ex *S. D. & Caetano lo-
co citato* contra *Riccardum, & Scotum*,
quia melior eſt conditio poſſidentis. Imò
119 id etiam erit dicendum concurrente
extrema neceſſitate parentū ipſius de-
bitoris dum pater, & filius pro vna per-
120 ſona habentur. *l. fin. C. de impuberū,
& alijs ſubſtitutionibus*, nec facit, quod
creditor Ius habeat ad rem ſuam recu-
perandam, nam tempore extremæ ne-
ceſſitatis omnia bona ſunt communia
121 pro illa extrema neceſſitate, *idem Lo-
pez cap.* 114.

Nota ſecundò, pro eo, quod dixi, non
teneri debitorem cum ſui iactura, &
ignominia totum ſimul reſtituere eſſe
limitandum, vel enim quis iniuſtè ac-
quiſiuit bona mala fide, & iniuſto titu-
lo, & deinde diſſipauit, & hic ſtatim
122 obligandus eſt reſtituere, quia alias
præberetur anſa vſurpandi, & diſſipandi
aliena, ſi ſcirent debitores ſic commodè
poſſe reſtituere. *Corduba de caſibus cō-
ſcientiæ q.* 68. vbi probat ex alijs. Vel
quis acquiſiuit mala fide, & iniuſtè, &
habet ad præſens talia bona, & tūc etiā
123 cum ignominia ſui ſtatus in quo nunc
eſt reſtituere tenetur, quia hunc ſtatum
iniquè acquiſiuit, nec poteſt dici ſtatus
proprius ille, qui illicita via acquiſitus
124 eſt. *Lopez cap.* 118. vbi de communi
opinione teſtatur. Vel quis acquiſiuit
ex iuſto titulo, & deinde decidit indete-
riorem ſtatum, & tunc non tenetur cū
ſui ignominia reſtituere, ſed poteſt id
125 facere commodè, modo quo diximus:
*Sotus de iuſtitia, & iure lib. 4. q. 7. ar-
tic. 3. Corduba loco citat. Siluester verb.
excommunicatio* 1. *dubio* 13. *& eſt etiā
aliorum Doctorum*.

Quæres ſextò: An cedens bonis ſi-
126 ſtè teneatur reſtituere, ſi quæ verè
habeat: An verè hæc iniuria ſit pro
pretio: An liceat deuenerit ad pinguio-
rem fortunam ſit immunis à ſatisfactio-
ne creditorum, pro quibus paſſus eſt
dictam iniuriam.

Hoc quæſitum plures habet partes,
ideo.

Dico primò, quod ſi cedens bonis ſit
perſona honeſta, & quæ non incidit in
tale malum ex dilapidatione bonorum
127 voluntaria, & hic poterit retinere ne-
ceſſaria pro alimentis proprijs, & ne co-
gatur mendicare cum ignominia ſui
iuſti ſtatus. *Nau c. 17. n. 86. Lopez cap.*
119. *& patet ex l. in condemnatione, ff.
de regulis iuris*, imò eadem ratione nō
tenetur vendere inſtrumenta ſuæ artis

debitor, vt ſatisfaciat creditoribus; nam
artifices, & eorum inſtrumenta ſunt ne-
128 ceſſaria pro bono publico, quod præ-
ferri debet bono priuato. *auth. res quæ
C. communia de legatis*, vnde non de-
bet hic tam artiori vinculo ligari, ſic
concludit *Lopez in fine dicti capitis, ex
Nau. Adriano, Silueſt. & alijs*, non ſic
autem quando ex dilapidatione, & lu-
130 xu in id incidit, tunc enim nihil po-
teſt ſibi retinere, ne quis ex proprio
malo commodum reportare videatur.

Dico ſecundò, quod præter hæc, quæ
diximus, tenetur is, qui cedit bonis ma-
nifeſtare omnia bona ſua, & ſi quid oc-
131 cultauerit peccat, & reſtituere tene-
tur. *DD. communiter cum Abb. in cap.
odoardus de ſolutionibus, & patet ex
l. qui bonis, ff. de ſolutione bonorum*.

Dico tertiò, quod vel iſte talis ceſſit
bonis publicè, & cum ignominia, &
tunc licet deuenerit ad pinguioram for-
tunam, tamen non tenetur reſtituere,
132 quia ignominia cedit loco pretij, ſic
notat *Iaſon in §. vlt. lib. 4. de actionibus
ex l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdictione
omnium Iudicum*, verum tamen eſt,
quod debet id euenire cum ſcientia
creditorum, & ipſis id petentibus, vt
notant *recentiores in d. cap. odoardus*.
Quod ſi creditores id non petierint, ſed
133 tamen Iudex ex ſuo indulto id face-
ret, creditores non priuantentur Iure
ſuo: nam nemo poteſt cogi inuitus ad
accipiendam vnam rem pro alia, obli-
134 gatio autem tolli debet per ſolutionē
eius, quod debetur. *l. in executione, ff.*
135 *de verborum obligationibus*; ergo nec
tenentur creditores inuiti ignominiam
debitoris accipere pro pretio ſui cre-
diti.

Quæres ſeptimò: An debitor, qui
136 aliundè ſoluere non poteſt teneatur
acceptare hæreditatem ſibi delatam, vel
legatum relictum: An poſſit repudiare
in præiudicium creditorum, quibus ali-
ter ſatisfacere non poteſt.

Reſpondet *Nauarrus* teneri ad hæc
137 acceptanda, vt docet *in tract. de voto
paupertatis ex cap. non dicatis* 12. *q.* 2.
imò ſi quis velit religionem ingredi nō
eſt acceptandus, niſi poſt quam credito-
138 tibus ſatisfecerit. *Caet. in Opuſculis
tom. 2. tract. 9.* Non ſic autem de Iure
Ciuili, quia poteſt quis repudiare præ-
dicta, qui enim occaſione acquirendi nō
139 vtitur nō dicitur alienare, merito cre-
ditores non habent querimoniam. *l. qui
autem, & l. prætor ait, ff. quæ in frau-
dem creditorum*.

Queres vltimò: An valeat restitutio
140 facta per alienas manus, dummodo is, quo quis vtitur ad restituẽdum sit persona honesta, & bonæ famæ.

Respondetur affirmatiuè: nam qui
141 per alium facit per se ipsum facere videtur. Posito tamen, quod tali personæ fideli, & honesta vtatur ad restituendum, & dum hic referebat rem creditori, incidit in lattones, vel aliter rem
142 amisit, tunc distinguendum erit, vel res erat debita ex comodato deposito,
143 &c. consistens scilicet in certo corpore, & tunc si pereat damno creditoris perit: nam casus fortuitus accidit Do-
144 mino rei; sic *Nau. c. 17. n. 185.* Vel res est debita ex mutuo, & tunc quia per mutuum transfertur dominium in ac-
145 cipientē, merito si res deinde pereat, mutuatario perire debet, donec fuerit verè translata in posse mutuantis. *Nau. loco citato ex Lineendium, C. si certum petatur.* Idem dic in casibus prædictis
146 ex deposito, vel pignore, &c. si intercesserit culpa medij, quia tunc non est casus fortuitus, merito non accidit creditori, sed debitori. Vel res erat debita ex furto, vel maleficio, &c. & tunc
147 qualiscunque sit, qualitercunque pereat, quomodocũque amittatur, semper debitori perit, quia delinquens non
148 releuatur à culpa quomodocunque res pereat. *Couarruuias in regula peccatū par. 2.* §. 6.

Materia furti, & restitutionis est am-
149 plissima, nec est huius loci omnia recensere, consulite summistas, & diffusè exagitat *Lopez in suo instructorio p. 1.*
150 *cap. 100. & sequenti nunc ad* §§. trãseamus.

In §. Fures, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Fur non potest promoueri ad ordines.*
2 *Fur promotus si post promotionem de furto diffametur est deponendus.*
3 *Delicta grauiora, grauioribus pœnis compensanda sunt.*
4 *Fur publicus vel raptor, qua pœna sit puniendus?*
5 *Fures deprehensi, & occisi in furando non merentur orationes fidelium pro ipsis.*
6 *Fures vulnerati in furando, vel alij in peccando, si confiteantur peccata non est illis denegandum sacrum viaticum.*
Sic qui signum contritionis ostendunt num. 7.
8 *Absoluendi potestas, neque laicis, neque clericis citra presbyteratum datur.*
9 *Confessio facta laico valet tantum ad testimonium contritionis.*
10 *Fures sunt infames, quam infamiam facta restitutione amittunt.*

HIc de pœnis, quæ pro furto infliguntur est videndum, ideo.

Aduerte primò, quod prima
1 pœna contra fures est, quod non possunt promoueri ad ordines Ecclesiasticos, diximus *lib. 1. §. de furto titulo de ijs, qui promoueri non possunt.* Secunda pœna est, quod licet fuerint promoti, si tamen diffamentur de furto commisso an-
2 te ordinem susceptum, sunt deijciendi, seu deponendi ab ordinibus. *cap. cum non ab homine, de Iudicijs.* Tertia pœna est ducta paritate. *ex Ciuilistis in l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis, & auth. sed nouo iure, C. eod.* vbi statutum est, quod grauiora delicta grauio-
3 ribus pœnis compensentur, statutum etiam est in sacris canonibus, quod si si quis latrocinium fecerit, seu rapinam, vel furtum publicum grauiori pœna
4 puniri debeat, & sic detruditur in carcerem ad perpetuam agendam pœnitentiam. *cap. tuæ extra de pœnis.* Quarta pœna est, quod si in furto fuerint de-
5 prehensi, & occisi non sit orandum pro ipsis, sicut neque pro alijs, qui in peccato mortali decedunt. *c. placuit* 23. *q.* 5. Si verò vulnerati in crimine cõfessi sint
6 peccata sua, ipsis sacrum viaticum non erit denegandum. *cap. pœnitentes distinct.* 50. Amplia dictum cum *glos. hic verbo confessum*, vt idem sit dicendum
7 si ostenderint signum suæ contritionis, vel confitendo peccata sua laico, vel aliter. *cap. factum est de confesr. dist.* 4. *cap. quem pœnitet de pœnitentia dist.* 1. Verum tamen est, quod neque laicus,
8 neque clericus citra presbyteratum absoluere poterit, neque per indultum Apostolicum. *cap. peruenit dist.* 95. tamen valet ille actus ad testimonium suæ
9 contritionis, ita vt ex hoc non sint priuandi Ecclesiastica sepultura. *glos. hic verbo communio ex textu in cap. finali* 13. *q. vltima.*

Aduerte secundò, quod præter dictas penas sunt etiam fures infames infamia
10 iuris, donec restituerint id, quod ablatum est, at facta restitutione non sunt amplius infames, sed remanet tantum

quæ-

quædam suspicio contra ipsos, vt notant *DD. communiter in cap. 2. extra eodem.*

In §. sed hæc cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Furans necessitate ductus non dicitur fur, nec furti pœnas subit.*
2 *Furari quis potest etiam pro alterius necessitate.*
3 *Monachus potest facere eleemosynam de bonis Monasterij.*
4 *Vxor potest facere eleemosynam de bonis viri.*
5 *Agentes & consentientes in furto pari pœna puniuntur.*

HIc limitatur, & declaratur materia furti, vnde si quis necessitate ductus, vt supra diximus fur-
1 tum committat non debet dici fur, nec infamis efficitur, quia ratione extremæ necessitatis excusatur. §. *placuit de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur lib. 4. ciuili, cap. sicut distinct.* 47. imò
2 eadem ratione necessitatis etiam alienæ, tenet *Abb.* quod possit religiosus
3 facere eleemosynas de bonis Monasterij, sic docet in *cap. si quis extra eodem*, vbi etiam idem dicitur de vxore, quæ
4 idem facere poterit in bonis viri, vt aduertit *glos. hic*, & nos explicauimus *libro 4. ciuili, de obligationibus, quæ ex delicto.*

Ex §. finali nota, quod agentes, &
5 cōsentientes in hoc crimine pari pœna puniuntur, sic etiam occultātes, vt notant *Canonistæ communiter cum Abb. in cap. penult. extra eodem.*

DE VSVRIS.

TITVLVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Vsura est de delictis lædens maiestatem humanam.*
2 *Vsuram exercentes dicuntur etiam furari.*
3 *Vsuræ definitio.*
4 *Vsura requirit pactum vltra sortem.*
5 *Vsura non est si aliquid gratis detur.*
6 *Percipere propriè dicitur id, quod nobis ex obligatione, vel ex re nostra debetur.*
7 *Vsuræ etymologia.*
8 *Fœnoris etymologia.*
9 *Pecunia non parit, neque gignit.*
10 *Vsura multis modis committitur.*
11 *Vsura committitur percipiēdo aliquid vltra sortem principalem.*
12 *Vsura committitur etiam percipiendo vltra sortem (præter pecuniā) aliquid aliud.*
13 *Vsura requirit intentionem percipiendi vltra sortem.*
14 *Vsura committitur percipiendo purum factum.*
15 *Vsuram committit, qui vtitur re pignorata vsu consumptibili.*
16 *Vsura committitur dando pecuniā ad interesse.*
17 *Vsuram facit cessare pactum de retrouendendo in datione pecuniæ ad interesse.*
18 *Interesse non potest excedere decem pro centenario.*
19 *Vsura committitur vendendo rem rigoroso pretio pecunia credita, & redimendo eam ab emptore viliori.*
20 *Vsura in quibus rebus cadat.*
21 *Vsura non erit si res non sit mutuata vere, quamuis res per se sit mutuabilis.*
22 *Vsura triplex est:*
23 *Vsura formalis quæ dicatur.*
24 *Vsura mentalis quæ?*
25 *Vsura mentalis, & simonia mentalis qualis disparitas.*
26 *Vsura mentalis lædit proximum.*
27 *Vsura palliata pluribus modis committitur.*
28 *Vsura palliata committitur mutuando pecuniam, vt mutuatarium captet ad præstanda sibi seruitia.*
29 *Vsura palliata committitur in contractibus societatis, sentiendo maius lucrum, minusue damnum socio.*
30 *Vsura palliata committitur mutuando ad finem illicitum.*
31 *Vsura palliata committitur mutuando etiam ad finem licitum: & alijs modis, de quibus remissiuè.*
32 *Vsura est si dando pecuniam mutuam retinendo prædia loco pignoris cum pacto de retrouēdendo quis perciperet fructus præter rationem lucri cessantis, vel damni emergentis.*
33 *Lucrum cessans, vel damnū emergens debent esse, vel actu, vel in potentia proxima.*



1 IDIMVS in superioribus de vno crimine, quo læditur maiestas humana, restabat videndum de alijs meritò,&c. & titulus de Vsuris ad titulum de furtis subnectitur, nam qui vsuras exercet
2 aliquo modo etiam furantur. *cap.si quis vsuram* 14.q.4 ad cuius tituli,& §. primi intelligentiam.
Adverte primò, quod vsura est quid-
3 quid vltra sortem mutuatam percipitur sic definitur in præsenti titulo, & sumitur ex *c vsuras, & c plerique* 14 q.3. & hęc definitio videtur optima inter alias, quas ponit *gl.hic*
Dices, vsura debet esse ex pacto vltra
4 sortem: nam si aliquid gratis detur non est vsura,argumento textus *in c.dilectus,*
5 *in c sicut de simonia*,vbi si aliquid gratis detur, nec simonia committitur, ergo eodem modo in casu nostro pro vsura dicendum est, ac proinde mala est definitio, quod vsura sit quidquid vltra sortem principalem percipitur.
Respondetur concesso toto primo argumento nego subsumptam consequentiam, nam ly (percipitur) non importat simplicem receptionem ab operante, sed percipimus propriè id, quod
6 nobis debetur ex obligatione, vel ex re nostra, sic percipimus à conductore mercedem, & de propria vinea fructus, sicque explicat *textus in c vsura* 14.q. 3. dictum verbum *percipitur*, ac proinde,dum ex pacto petimus ex mutuo, tunc vsura est.
Nota igitur pro definitione posita, quod dicitur vsura quasi pro vsu æris alie
7 ni. Solet etiam dici fœnus, vt *per ciuilistas in tit 1.de nautico fœnore. & Ca-*
8 *nonista sic explicant* fœnus, seu potius fœtu, quasi partus pecuniæ, quod est contra naturam; pecunia enim nec parere, nec gignere potest meritò contra
9 naturam rei operatur is, qui ex pecunia fœtum, seu partum sperat.
10 Nota secundò,quod dicitur(quidquid percipitur) ad ostendendum,quod multis modis potest committi vsura. Primò,
11 si quis perciperet pecuniam vltra sortē principalem, seu vltra pecuniam mutuatam *tex. in d.cap.plerique*. Secundò,si alia res detur, præter pecuniam, siue sit seruitus, siue aliud quid tale. *Gabriel*
12 *in 4 distinct.*15.*q.*11.*art.*1.*Abb. in cap. nauiganti,& c conquestus eod tit.Gabr.* autem duo requirit ad constituendam
13 vsuram formaliter, scilicet quod recipiatur ea intentione, & quod vltra sortem recipiatur: ac proinde semper quādo datur tali animo addendi augmentum ad sortem vsura committitur. Tertiò, etiam si purum factum percipiatur dat exemplum *gl. hic*, si Doctor mutuet scolari, vt ad suam scolam accedat, aliàs
14 non mutuaret. hic esset vsurarius. *d. c. plerique, & c vsura, & notat Abb in rubrica extra eodem*. Quartò,qui vtitur re pignorata vsu consumptibili, in qua,
15 vt plurimum non cadit vsus, secus autē in rebus,quæ vsu non consumuntur,colligitur ex dictis,& patet ex *S.D.*2.2 *q*.24
16 *art*.1. Quintò qui dat pecuniam, vt dici solet ad interesse, nisi appareat pactū
17 de retrouendendo quandocumque, & ad libitum ipsius debitoris, *vt per bullam Nicolai V. quam habemus in pragmatica Regni sub tit de censibus*, per quam
18 etiam taxatur, quod non possit interesse excedere decem pro centenario, alias vsura erit, quod autem diximus pro pacto de retrouendendo, notat *gloss. in c. constitutus de religiosis domibus*. Sextò, si quis vendat rem rigoroso pretio pecunia credita, & deinde redimat ab ipso
19 emptore pecunia numerata, sed viliori pretio, vsura est: sic notat *Abb. in cap. ad vsuram de emptione, & venditione*.
Nota tertiò,quod dicitur pro re mutuata ad ostendendum, quod vsura non cadit, nisi in rebus fungibilibus, & quæ
20 mutuantur. *gl. hic verbo mutuatam ex Abb in rubrica extra eod. & Host.in summa hoc titulo*. §.1. nec sufficit,quod res sit mutuata, sed debet esse verè mutuata, aliàs si res per se mutuabilis locetur, v.g. poterit aliquid percipi, nec erit vsura, dat exemplum *gl. hic ex Abbate*
21 in pecunia, si quis enim commodaret pecuniam alicui; qui vult ipsam exponere, vt ditior appareat, & possit sic inuenire creditum, tunc posset iste talis ex tali comodato aliquid percipere, quia est recedere à natura puri mutui.
22 Aduerte secundò, quod vsura est triplex, alia formalis, alia mentalis, alia
23 palliata. Vsura formalis est, quando ex parte contrahentium interuenit pactū, vt aliquid detur, vel recipiatur vltra
24 sortem principalem. Vsura mentalis est quando non interuenit tale pactum, tamen quis ideo dat, & cum tali intentione, vt aliquid ei detur, & sic recipiat vltra sortem principalem, & hic vsuratius mentalis si aliquid recipiat, tene-

tenetur ad restitutionem.
25 Dices simoniacus mentalis non tenetur ad restitutionem, ergo neque vsurarius mentalis.

Respondetur negando consequentiã,
26 & rationem disparitatis, ponit *Abb. in c fin de simonia*: nam in simonia mentali lædimus Deum principaliter, cum quo mitius est agere, in vsura vero principaliter læditur homo, qui non remittit, nisi ei restituatur ablatum.

27 Vsura palliata pluribus modis intercedere solet, primò in ipso mutuo, si quis
mutuet certam quantitatem pecuniarũ
ad captiuandum mutuatarium, vt sibi
28 seruitia præster, quæ aliàs non præstaret,
vel nonnisi cum magna mercede. Secundò in contractu societatis, si quis vel-
29 let sentire maius lucrum, & minores
30 partes damni. Tertiò, si quis mutuaret
ad finem illicitum, puta ad sic inducendam fœminam ad fornicandum. Quar-
31 tò, si quis mutuaret pro fine, aliàs licito, puta quod quis deinde accederet ad
suam apothecam ad emendas merces, &
similes ponit casus *S.D. secunda secunda q.64 per totam*. Alium ponit casum notabilem *Oinotomus libro 4. ciuili in §. item seruiana de actionibus num. 92.*
32 si quis det pecuniam mutuam, & interim loco pignoris retinet prædium cum
pacto de retrouendendo, vt *in l.2. C. de pactis inter emptorem*, si fructus, quos
inde percipit, sint præter rationem lucri cessantis, vel damni emergentis modo, quo diximus *ex Bulla Nicolai V.* hic
potest puniri vt vsurarius. *Castrensis in l.1. C. de distractione pignoris*, & patet
ex cap. conquestus extra eod. Verum
33 tamen est, quod intantum potest retineri illud interesse, in quantum lucrum
verè cesset, vel in actu, vel in potentia
proxima, vel damnũ similiter emergeat: *sic Gabriel in 4. distinct. 18 & Canonistæ in c. conquestus extra eodem.*

In §. Multiplicibus, vsque ad §. Planè.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij æquiparantur furibus.*
2 *Vsurarij puniendi pœna, qua fures puniuntur.*
3 *Vsurarij sunt infames, nec possunt promoueri ad ordines.*
4 *Vsurarij non admittuntur ad sacrificium offerendum, nec ingredi Ecclesiam tempore sacrificij.*
5 *Vsurariorum pœna non extenditur ad quoscunque criminosos manifestos.*
6 *Odia sunt restringenda.*
7 *Vsurariorum eleemosynas publicas clerici non possunt recipere, priuatas vero sic.*
8 *Vsurarijs nemo potest locare domus, & locatores sunt excommunicati, nisi id fecerint ignorantes.*
9 *Ignorantia excusat.*
10 *Vsurarij priuantur sepultura, & ipsos sepeliens est puniendus.*
11 *Vsurarij bene sepeliri poterunt, si mãdauerint hæredibus restitutionem.*
12 *Vsurarij non sepeliendi sunt, nisi vere sit satis factum, nec sufficit solum mandatum.*
13 *Vsurarios sepeliens non solum est puniendus, sed etiam qui simulat illos sepelire.*
14 *Vsurariorum testamenta, & aliæ vltimæ voluntates nullam habent firmitatem, nisi dederint cautionem de satisfaciendo.*
15 *Codicilli veniunt sub lata appellatione testamenti.*
16 *Vsurarius est puniendus etiam si dicat se habere vsuram ad eleemosynas, & alios pios vsus faciendos.*
17 *Eleemosyna non est facienda de bonis restitutioni subiectis.*
18 *Mala non sunt facienda, vt eueniant bona.*
19 *Intentio sola non potest bonum facere actum malum, neque malum facere bonum.*
20 *Vti non licet via iniqua etiam pro causa iusta, & rationabili.*

1 HIc de pœnis vsurariorum, qui
videbantur puniendi, vt fures
ducto argumẽto ex *gl. hic*, quæ
vsurarios æquiparat furibus. *cap. si quis vsurã 14. q. 3.* & sic videbantur puniendi
pœna quadrupli, vel pœna dupli modo,
quo puniuntur fures. §. *fin. institutioni-*
2 *bus de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur §. in duplum de actionibus*, tamen hic aliæ pœnæ determinantur; ideo.

Aduerte primò, quod vsurarij manifesti sunt infames. *cap. quia in omnibus*
3 *extra eodem.* & ideo promoueri non
possunt ad superiores ordines Ecclesiasticos, vt supra diximus *libro 1. agentes de ijs, qui promoueri non possunt*. imo
nec admittuntur ad sacrificium offeren-
4 dum, non enim vult Deus à viro coin-

qui-

quinato holocaustum; imo nec possunt
vsurarij Ecclesiam ingredi tempore sa-
crificij, vt cum rubore deterreantur de
suo crimine. *c. placuit, de sentent. excom.*
in 6.

5 Quæres, an idem sit dicendum in
alijs criminibus etiam manifestis.

Respondetur negatiuè: nam pœnæ
6 sunt odiosæ, & restringendæ *c. odia in 6*
ergo quotiescunque talis pœna non est
expressa, neque nos imponere debemus,
sic tacitè huic obiectioni respondet *gl.*
nostra hic ex text. in c. oblationes dist.
90 & c. multi 2 q. 1.

Aduerte secundò, quod alijs quam-
7 plurimis pœnis puniuntur vsurarij, &
primò non possunt Clerici de eorum
manibus recipere oblationes, quæ fiunt
publicè, secus autem priuatas eleemosi-
nas. *c. quia in omnibus extra eod.* Se-
8 cundò, nemo potest ipsis locare domus.
c. 1. eod titulo in 6. vbi varijs pœnis pu-
niuntur, tales locatores sunt excommu-
9 nicati, &c. nisi ex causa ignorantiæ re-
leuentur. *l. si quis ignorat, ff. locati.* &
tunc locatori credendum erit, si condu-
ctor non fuerit solitus fœnerari, secus
autem si semel cōmiserit vsuram; tunc
enim currit *regula, quod semel malus;*
10 &c. Tertiò, non tantum in vita priuan-
tur receptaculo verum nec in morte se-
peliri debent, & punitur qui sepulturam
vsurario concessit. *c. quamquam eod. tit.*
in 6. nisi testator vsurarius mandauerit
suos hæredes omnia, & quæcunque re-
stituere, quæ sic per vsuram extorta
sunt, vnde appareat ipsum non decessis-
11 se in tali peccato. *Clem. eos de sepultu-*
ris. & Abb. in c quia in omnibus extra
eodem. Intellige tamen hoc dummodo
fiat realis restitutio, vel saltem detur cō-
grua satisdatio de restituēdo; hoc enim
importat ly satisfactum. *l. 1. ff. qui sa-*
12 *tisdare cogantur, l. si rem §. omnis, ff.*
de pignoribus. nec sufficit, quod testator
mandet solui, nisi vera sequatur solutio,
vel satisdatio. *glos. hic verbo carere*
debet. Quartò, non tantum qui tumu-
lant vsurarios non facta restitutione
puniuntur, vt diximus, sed etiam simu-
lantes tumulare, vt si deferrent ad Ec-
13 clesiam Liborium vacuū, isti tales sunt
etiam puniendi: nam scandalizant Ec-
clesiam, & fideles. *c. præcipuè 11. q. 3. &*
gl. in Clem. nostra de sepulturis, verbo
sepelire. Quintò, nō præstita tali cautio-
ne, vel non facta restitutione, vt dixi-
mus; testamenta facta ab vsuratijs nullā
14 habent firmitatem. *gl. hic verbo testa-*
menta ex c. 2. eodem titul. in 6. vbi etiam
id extendit *gl.* ad quaslibet vltimas vo-
15 luntates etiam ad codicillos, nam & isti
veniunt sub lata appellatione testamēti.
l. conficiuntur & l. ab intestato, ff. de te-
16 *stamentis.* Sextò, etiam si vsurarius di-
cat se id fecisse bona intentione, & vt
faceret ex vsuris eleemosynas, vel redi-
meret captiuos, &c. adhuc tamen pu-
17 men puniri debent, quia de bonis resti-
tutionis subiectis non est facienda elee-
mosyna. *c. ex transmissa de decimis.* nec
18 sunt facienda mala, vt eueniant bona,
c. non est putanda 1. q. 1. cap. si dicat 34.
q. 5.

Ex hoc dicto habes primò, quod non
solum intentio potest actum malum fa-
19 cere bonum. *c. non est satis distinct. 16*
& è contra sola intentio mala potest actū
bonum facere malum. *c. cum ex volun-*
tate de sententia excommunicationis.
bonum enim est ex integra causa, malū
vero ex singulis defectibus.

Habes secundò, quod etiam in causa
20 iusta, & rationabili, tamen non licet vti
via iniqua, vnde vt notat *glos. hic ver-*
bo mentiri, aduocatus habens iustam
causam non debet velle obtinere per
mendacium. *cap. cupientes de electione*
in 6. & Abb. in cap. 1. de his, quæ vi, me-
tusue causa fiunt.

In §. planè, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Vsurario decedente ad restitutionem compellendi sunt eius hæredes, etiam (licet partibus non petentibus) ex officio Iudicis.*
2 *Vsurarij hæredes tenentur ad restitutionem secundum vires hæreditarias, secus autem nisi fecissent inuentariū.*
3 *Vsurarij hæredes quibus nam teneantur restituere non extantibus, vel non curantibus hæredibus illius, cui facienda est restitutio, & quomodo?*
4 *Vsurarij hæredibus debet constare de qualitate personarum, quæ dicunt se esse creditores, alias si nō constet pauperibus elargiri debent.*
5 *Vsurarij hæredes debēt præferre pauperes loci vsurarij pauperibus alterius loci.*
6 *Vsurarij manifesti non sunt audiendi si de suo crimine appellent, extende ad alia crimina.*

1 Aduerte primò, quod decedente vsurario non facta restitutione compellendi sunt eius hæredes ad id, imò potest Episcopus ex officio (etiam partibus non petentibus) compellere hæredes vsurariorum, vt iniustè ablata restituant, satis notat *glos. hic in figuratione casus in 2. notabili*, & patet ex textu in *cap. tua eod. tit. in 6. & l. ex qua persona, ff. de re iudicata*, & restituent hæredes secundum vires hæredi-
2 tarias, nec vltra grauari possunt ad restituendum, nisi omisissent facere inuentarium, quia præsumitur tunc plus fuisse in hæreditate, & sic soluere tenētur hæredes insolidum. *l. fin. C. de iure deliberandi*, secus in foro poli, vt in d. *cap. tua*.

Aduerte secundò, ex eadem et *gl. in §. satis fieri, verbo satisfieri* ex *cap. cum tu extra eodem*, quod non extantibus hæredibus, quibus sit facienda restitutio, vel extantibus, & non curantibus
3 de restitutione, extortum ab vsurario erit pauperibus distribuendū proposito prius edicto, vt quicunque vsurariè cōtraxerint cum vsurario defuncto compareant, vt ipsis possit satisfieri ab hæredibus eiusdem vsurarij, tunc si compareant personæ, quibus fides adhiberi possit, ipsis fiet restitutio ex simplici eorum dicto, alias per testes, vel scriptu-
4 ras id probent, quod si nec id habeatur, tunc pauperibus poterūt largiri extortum, vt diximus *cap. 1. hoc tit. in 6.* tamen ex consilio *Federici de Senis* 32. quod sequitur *Abb. in d. c. cum tu*, hæc restitutio debet fieri pauperibus illius loci, vbi vsuræ extortæ sunt: nam facil-
5 limè inter eos erunt, qui ex talibus vsuris damnum passi sunt, & sic erit tutior restitutio de consilio.

Aduerte tertiò, quod vsurarij manifesti appellantes de suo crimine nō sunt audiendi. *cap. quam perniciosum extra*
6 *eodem*, & idem etiam disponitur in quolibet alio crimine manifesto. *cap. cum sit extra de appellationibus*, secus antè quando crimen non est manifestum, tūc enim non est deneganda appellatio.

In §. sed, & si quis.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius potest compelli à Iudice ad restitutionem non obstante iuramento contrahentis secum de non petendis vsuris solutis.*

2 *Vsurarius compellitur ad restitutionē, etiam si secum contrahens iurasset nō petere absolutionem iuramenti de nō petendo.*

3 *Vsurarius potest denunciari ab eo, qui iurauit non denunciare.*

4 *Iuramentum continens iniquitatem, & contra bonos mores non ligat.*

5 *Iuramentum de non repetendis vsuris non procedit ex liberalitate, ideo illarum remissionem non inducit.*

6 *Iuramentum de non repetendis vsuris si fiat animo donandi, non prohibet quin illæ à Iudice dante recipiantur, sed iuramenti absolutio non potest peti.*

Aduerte pro hoc §. 1. quod si quis vsurariè contraxit, & dedit iuramentum vsurario de non repe- 1
1 tendis vsuris solutis, tali iuramento non obstante potest à Iudice compelli vsurarius, vt iuramentum remittat, & damnum passum ex vsuris restituat, & tunc pars, quæ dedit iuramentum bene poterit vsuram recipere de manu Iudicis, dum ipsa non extitit, sed Iudex ex officio processit. *Abb. in cap. tua extra eodem*, & idem erit dicendum, si is, qui
2 contraxit, & iurauit, iurasset etiam absolutionem à iuramento non petere, tūc enim posset Iudici denunciare vsurariū, vt in d. *cap. tuas*, & si Iudex damnet vsurarium ad restitutionem ex se, & ex officio, bene poterit is, qui contraxit vsuras accipere.

Aduerte secundò, quod si is, qui con-
3 traxit iurauerit etiam non denunciare vsurarium, tunc hoc iuramento non obstante potest denunciare; nam iniquum est tale iuramentum, & est con-
4 tra bonos mores, merito non ligat. *cap. ad nostram, & c. quemadmodum de iure iurando, c. non est obligatorium in 6.*

Aduerte vltimò, quod iuramentum
5 de non repetendis vsuris non inducit veram remissionem vsurarum, quia non procedit ex mera liberalitate, & libero consensu iurantis patet ex *textu in cap. super hoc de renunciatione*, secus autem si quis liberè, & omnino animo donan-
6 di iurasset vsuras non repetere, tunc enim Iudice dante posset hic accipere, sed non posset petere absolutionem à iuramento, quia non haberet causam.

In §. Iudæi quoque.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi subiacent Ecclesiasticorum, & laicorum iurisdictioni.*
2 *Iudæi non possunt vsuras extorquere à Christianis.*
3 *Iudæis tolerantur ab Ecclesia vsuræ, sed non permittuntur.*
4 *Principes laici possunt facere leges permissiuas vsurarum ad euitandum maius malum.*
5 *Vsurarum permissio non excusat Iudæos à restitutione.*

1 ADuerte primò, quod Iudæi non sunt omnino extra iurisdictionē Ecclesiasticam, & superiorum etiam laicorum: nam ab ipsis compelli possunt pro ijs, quæ faciunt ad commodum, & vtilitatem Christianorum, &
2 ideo extorquentes vsuras Christiani cōpellendi sunt, vt restituant, vt habetur *in præsenti* §.

Aduerte secundò, quod non ex eo, quia Ecclesia non punit Iudæos vsurarios, videtur per hoc ipsis permittere vsuras, id enim facit Ecclesia ad euitan-
3 dum maius malum, vt in simili etiam Principes laici tolerant meretrices ad euitanda adulteria, vnde infert *Timotheus ex Caiet.* hic, quod possunt etiam
4 Principes facere leges permissiuas vsurarum Iudæis, ad euitandum maius malum scilicet furtum, rapinam, &c. & cōfirmat ex *S. D.* quem ibi citat.

Aduerte tertiò, quod permissio non
5 excusat ipsos à restitutione vsurarum. *cap. quanto, & c. post miserabiles extra eodem*, ideo volentes venire ad Ecclesiam non audiuntur, nisi facta restitutione.

In §. sunt tamen vsque ad finem tituli.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ permittuntur non potenti aliter suum recuperare, si aliquam rem retineat loco pignoris.*
2 *Vsuræ permittuntur genero, qui pro dote à socero aliquam rem loco pignoris accepit.*
3 *Dos datur propter onera matrimonij sustinenda.*
4 *Vsuras potest petere, qui vendidit rem alteri pretio non percepto.*
5 *Vsuras exigere possunt Principes ab illis, contra quos bellum moueri potest.*
6 *Vsuræ possunt exigi ratione periculi, cui quis se exponit, vt fideiussor pro principali.*
7 *Vsuram licitè exigit vendendo carius coactus vendere rem, quam erat pro alio tempore venditurus.*
8 *Vsura excusatur ratione lucri cessantis, vel damni emergentis.*
9 *Lucrum cessans qualiter considerari debeat, quomodo ipsius ratio currat?*
10 *Mutuās alicui in extrema necessitate constituto nihil potest accipere.*
11 *Lucrum cessans à qui us, & qua ratione taxandum sit?*
12 *Damnum emergens qualiter sit considerandum?*
13 *Mutuatarius non restituens infra determinatū tempus tenetur ad emergens damnum mutuantis.*
14 *Vsuræ non sunt illicitæ, quæ accipiuntur ex offerentis animo gratuito.*
15 *Vsura non est accipere aliquid pro assecuratione.*
16 *Vsura nō est alterare pretium rei. quæ venditur pecunia credita personæ nō tutæ.*
17 *Exponere se periculo est pretio æstimabile.*
18 *Venditor potest pro se accipere, quod fideiussor pro sua fideiussione acciperet.*
19 *Vsuram committunt mutuantes frumentum. vini, &c. vt sibi restituantur in alio loco, vel tempore.*
20 *Vsura est mutuare pecuniam nauigaturo cum pacto, vt ab ipsomet mutuante assecurationē mercium petat.*
21 *Assecurationem facere non potest impotens soluere.*
22 *Vsura committitur mutuando indigenti eo pacto, vt sibi post modum indigenti remutuet.*
23 *Obligatio ciuilis est pretio æstimabilis.*
24 *Vsuram committit excitans mutuatarium ad recognoscendum mutui beneficium.*
25 *Vsura committitur etiam ab eo, qui debet mille, & soluat quingentos cum pacto, vt per quadriennium sibi liceat retinere alios quingentos.*
26 *Vsura simul, & simonia committitur mutuando Prælato, vel Episcopo, vt beneficium impetretur.*

Multa

MVlta colligſitur moralia ex his
§§. pro crimine vſurarum,
ideo videbimus primò, qui
excuſentur ab hoc crimine. Secundò,
qui in ipſum incidant.

Circa primum aduerte, quod in pri-
1 mis, ſi quis non poſſit aliter recuperare
rem ſuam ab iniuſto poſſeſſore, tunc ſi
loco pignoris retineat aliquam rem il-
lius poteſt fructus percipere, nec excō-
putat in ſortem, dummodo ſint intra
rationem intereſſis rei ſuæ. *cap. 1. & cap.*
2 *conqueſtus extra eodem*. Secundò, res
pignorata pro dote à ſocero genero, hic
enim poteſt interim fructus percipere,
nec eſt vſurarius, & ratio eſt: nam dos
datur ad ſuſtinenda onera matrimonij.
3 *l. pro oneribus, C. de iure dotium*, non
poteſt autem onera ſuſtinere matri-
monij is, qui ex re obligata pro dote
fructus non percipit. *cap. ſalubriter ex-
tra eodem l. diuortio. ff. ſoluto matrimo-
nio*. Tertiò qui vendidit rem alteri non
percepto pretio, poteſt interim dum
4 pendet pretij ſolutio iuſtas petere vſu-
ras, tanquam ſi peteret fructus ex re
propria. *gl. in cap. conqueſtus extra
eodem. cap. ſi quis 14. q. 4. l. 2. C. eodem.*
5 Quartò, Principes, ab iis, contra quos
iuſtum bellum mouere poſſunt, vſuras
exigere valent, ait enim *textus in c. ab
illo 14. q. 4. Ab hoc vſuram exige, quē
non ſit crimen occidere*. Quintò, ratio-
ne periculi, & ſic fideiuſſor poteſt pro
periculo, cui ſe exponit aliquid petere
pro fideiuſſione vltra ſortem, quam ſol-
6 uet pro principali. *cap. peruenit, & cap.
conſtitutus de fideiuſſoribus*, tunc au-
tem id recipitur non ratione pecuniæ
ſoluendæ, ſed ratione damni cui ſe ex-
ponit pro principali. Idem eſt ratione
periculi, quando res ſit pluris valitura, ſi
ſeruetur impoſterum, tunc enim ſi quis
cogatur de præſenti vendere, quod pro
7 alio tēpore erat ſeruaturus poteſt malus
pretium exigere vltra id, quod res va-
let de præſenti, ſed non debet eſſe ſatis
excedens. *cap. nauiganti, §. fin. extra
eodem*, debet tamen res eſſe dubia, vt
in *l. oleo, C. de vſuris*, alias eſſet potius
vſura palliata, d. *cap. nauiganti*. Sextò,
ratione lucri ceſſantis, vel damni emer-
8 gentis: tamen lucrum ceſſans debet
eſſe de præſenti, vel in potentia proxima
ipſi mutuanti, qui talem pecuniam lici-
tè in a iam iuſtam negotiationem im-
plicaret, & debet etiam recipiens eſſe
9 certioratus de hoc in principio contra-
ctus, quod ſi tunc indigeret pro extre-
ma neceſſitate, mutuans nihil poſſet ac-
10 cipere ab ipſo, quia propter extremam
neceſſitatem non tantùm cogimur mu-
tuare, ſed etiam dare. Hoc autem lu-
crum ceſſans arbitrio boni viri taxan-
dum eſt, qui ſpem negotiationis, & fu-
turum lucrum arbitrans taxat intereſſe,
11 tamen lucrum lucri, ſeu intereſſe inte-
reſſis non poteſt peti, niſi excedat ratio-
nem centum aureorum, & tunc ſoluen-
tur quinque pro centenario, vt videre
eſt per *Vrſillum ad Afflictū decis. 290.*
12 Ratione damni emergentis, vt ſi quis
retinebat pecuniam ad emendum fru-
mentum, oleum, &c. & quis petijt ipſam
mutuam promittens pro determinato
tempore, tunc enim ſi elapſo tempore
pecunia non fuerit reſtituta, & mutuans
fuerit coactus emere cariori pretio, vel
aliud damnum paſſus ſit, tunc poteſt hoc
damnum repetere, vt patet ex d. *c. con-
queſtus, vbi Nau. c. 17. n. 211.* ponit ca-
ſum ſingularem pro eo ſcilicet, qui deti-
13 nebat pecuniam ad reficiēdas ædes in-
fra certum tempus, ſi enim rogatus ab
amico ipſam pecuniam mutuauit per
menſem v. g. ſi mutuatarius elapſo men-
ſe pecuniam nō reſtituerit, ex quo eue-
nit, vt ædes cum maiori ruina decide-
rint, tunc tenetur mutuatarius ad illud
maius intereſſe, & mutuans benè pote-
rit illud accipere ratione veri damni
14 emergentis. Septimò, ſi quis recipiat
aliquod ex gratuito offerentis. *gl. in d.
c. conqueſtus, ex c. dilectus de ſimonia*.
Idem eſt pro aſſecuratione, ſi quis enim,
15 vt merces aſſecuraret aliquid acceperit
à mutuatario non eſt vſura. *cap. naui-
ganti extra eodem*. Octauò, qui ven-
didit rem pecunia credita perſonæ non
tutæ, & ratione periculi, cui ſe exponit
16 alterat pretium iuſtum, quo valet res
hic, & nunc, non eſt vſurarius, quia ex-
ponere ſe tali periculo eſt pretio æſti-
17 mabile, ergo non erit vſura ex iſta ra-
tione aliquid accipere. Ratio rationis
eſſe poteſt, quia poteſt venditor petere
ab emptore fideiuſſorem pro ſua ſecu-
ritate, & hic fideiuſſor poteſt ab empto-
re petere aliquid pro periculo, quo ſe
exponit, vt ſupra diximus; ergo hoc ip-
18 ſum poterit retinere venditor ratione
periculi, quod in ſe ſuſcipit, ſic tenet
*Emanuel Sà verbo venditio n. 3. Rodri-
quez in Summa p. 2. c. 83. n. 3. Medina
de reſtitutione q. 28. c. 3. & 4. Valentia
tom. 3. diſp. 5. q. 20. puncto 2. concl. 4. &
alij communiter*.

Circa ſecundum multi incidunt in
crimen vſurarum, & primò, qui mutuāt
frumentum nouum, & volunt in eadem

19 mensura frumentorum vetus. Idem dic de vino, oleo, &c. vel si quis vellet in alio loco, quam vbi mutuat, vel in tempore magis periculoso, &c. *Sotus de iustitia, & iure lib. 6. q. 1. art. 2.* semper enim in casibus dictis aliquid percipitur vltra sortem principalem mutuatã. Secundò, qui mutuat pecuniam cum pacto vt mutuatarius, qui est nauigaturus, faciat, quod ipsemet mutuans assecuret merces, vel pecuniam, &c. & sic ipse mutuans ex tali mutuo sentiret cõmodum, licet enim merces dentur præ-
20 cisè pro assecuratione, & ex eo quia hic exponit se periculo, tamen ex mutuo, & eius pacto inducitur seruitus, seu obligatio ad accipiendam assecurationẽ ab ipso mutuante; ergo recipitur aliquid præter sortem, & per consequens vsura est, sic patet ex textu in *d. cap. nauigauti, & notant ibi DD.* Nota pro hac assecuratione, quod is, qui vult facere assecurationẽ actiuam debet habere ex quo soluere possit, si enim non habeat, non potest in conscientia retinere id, quod recipit pro assecuratione, id enim ideo datur, vt si res pereat ipse soluere te-
21 neatur, & sic datur quasi conditionatè, merito si ipse sit impotens soluere percipere nequit. *Riccius collectanea* 838. *& lib. 2. C. de nautico fœnore, vbi DD. multa pro hoc.* Tertiò, qui mutuat indigenti ea lege, & pacto, vt ipse mutuatarius sibi deinde pariter indigenti re
22 mutuet vsura est, sic docet *S. D. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad secundum, & quartũ, Bannez, & Caetanus ibidem, Molina tom. 2. disp. 308. Siluest. verbo vsura q. 2 Lessius loco citato c. 20 du' io 8 Molfesius in Summa p. 2. ar. 12. & alij communiter.* Ratio est, nam per tale pactum mutuatarius alio nouo vinculo obligatur mutuanti, & sic obligatione ciuili,
23 quæ obligatio ciuilis est pretio æstimabilis; ergo si quis talem obligationem stipuletur, quod pluris speret ex mutuo, ac proinde committit vsuram dum recipit aliquid vltra sortem mutuatam. Quartò, qui mutuatarium excitat ad recognoscendum beneficium mutui, quod
24 ipse nunc facit de præsenti, si deinde aliquid recipiat vsuram committit *Riccardus in 4. distinct. 15. q 5. ar. 3 Scotus ibidem q. 2. Ioseph de Angles q. de contractu mutui art. 2. concl. 1. definit. 5.* Quintò, si quis debeat mille post biennium v. g. & soluat nunc quingentum cũ
25 pacto, vt creditor expectet deinde ipsum per quadriennium pro alijs quingentum, vsuram committit, quia vt ait *Bonacin. de contractibus disput. 3. q. 3. puncto 3. n. 9. q. 1* hoc idem est, ac mutuare cum pacto, vt re mutuetur, hoc autem prohibitum est, vt supra diximus. Sextò, qui mutuat cum pacto Prælato, vel Episcopo, vt sui consanguineo, vel
26 filio conferat beneficium, vel ordinem vsuram committit, & simoniam, simoniam, quia dat pro rebus sacris, vsuram quia vult aliquid præter sortem principalem. *Rebellius p. 2. lib. 8. q. 4. nu 13. Reginaldus tom. 2. lib. 25. c. 11. nu. 190. Medina conclusione 15. quæst. 4. de vsuris, §. inde sequitur.*

DE ADVLTERIIS, & alijs illicitis coniunctionibus.

TITVLVS OCTAVVS.

SVMMARIVM.

1 *Adulterij definitio, & etymologia.*
2 *Adulterium committitur tam à viro, quam ab uxore.*
3 *Luxuriæ plures sunt species.*
4 *Incestum quid sit?*
5 *Stuprum quid sit?*
6 *Raptus quid sit?*
7 *Vitia contra naturam, quæ sint?*
8 *Sacrilegium est carnaliter cognoscere personam Deo dicatam per professionem, vel votum solemne.*
9 *Adulterium duplici præcepto prohibetur.*
10 *Adulterium strictè sumptum committitur cum nupta, large vero à coniugato cum non nupta.*
11 *Fornicatio simplex, quæ dicatur.*
12 *Fornicatio simplex prohibetur de Iure natura.*
13 *Fornicatio est contraria educationi filiorum.*
14 *Fornicatio probatur, quod sit prohibita de Iure Diuino naturali.*
15 *Fornicatio potest etiam alere filios fornicationis: hoc aut non per se est, sed per accidens, vt num. sequenti.*
17 *Lex versatur circa ea, quæ frequentius accidunt.*
18 *Homines ferè obliuiscuntur filiorum, quos sic vage procreant.*
19 *Fornicatio multa mala parit.*
20 Tex. Osee cap. 1 *ponderatur.*
21 *Meretrices cur permittantur.*
22 *Meretrices in foro pœnitentiali non permittuntur, sed in foro ciuili.*

Adul.

23 *Adulterij pœna sunt, quam plures.*
24 *Maritus occidens vxorem, quam inuenit in adulterio non punitur.*
25 *Adulterium causat diuortium.*
26 *Adultera antiquitus pœna mortis puniebatur, hodie non.*
27 *Adulteri laici excommunicantur.*
28 *Adulterium in duplici foro punitur.*
29 *Transactio non datur propter adulterium vxoris.*
30 *Dotem, & antefatum amittit vxor propter adulterium.*
31 *Adultera vxor detruditur in Monasterium.*
32 *Adulterium facit amittere ius petendi debitum.*
33 *Adulteri vir, & vxor debitum ad inuicem petere possunt.*
34 *Delicta paria mutua compensatione tolluntur.*



CONTINVANTES materiam delictorum post crimina, quibus bona læduntur, sequitur de ijs, quibus læditur fama, merito de ipsis hic ad cuius tituli, & S. primi intelligentiam.

Aduerte primò, quod adulterium est
1 illicitus coitus cum vxore alterius adhibitus, sic definitur *ex text. & gl. in cap. non mæchaberis 32. q. 6* Est autē adulterium sic dictum, quasi accessus ad thorum alterius, & committitur etiam tam
2 ex parte vxoris, quam ex parte viri. *cap. tuto, S. cum ergo. cap. præcepit, & cap. Christiana, c. & q. citata.*

Aduerte secundò, quod luxuria habet
3 sub se plures species, quarum meminit, *S.D. 2.2. q. 154. art. 1.* scilicet fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitia contra naturam Adul-
4 terium est de quo loquimur. Incestum est concubitus cum affine, siue carnali, siue spirituali: idem est cum consan-
5 guinea. Stuprum est concubitus cum virgine in potestate parentum. Raptus
6 est concubitus cum virgine violenter. Vitia contra naturam sunt sodomia, &
7 bestialitas, hoc est coitus cum brutis, & in quolibet ex his criminibus persona
8 Ecclesiastica, siue Deo dicata per professionem, vel votum solemne dicitur sacrilegium committere, vt patebit ex infra dicendis.

Aduerte tertiò, quod adulterium
9 duplici præcepto prohibetur, scilicet nō mæchaberis, & non concupisces, quo vltimo præcepto datur nobis intelligi quanta sit grauitas huius criminis, vt etiam eius cogitatio, seu desiderium prohibeatur. Tamen strictè sumptum
10 adulterium committitur cum fæmina nupta, largè vero etiam à coniugato cū non nupta. *l. inter liberos, S. 1. ff. eodē, l. inter stuprum, ff. de verborum significatione.* Patet etiam ex ipso nomine, dicitur enim adulteriū accessus ad thorum alterius; ergo quotiescunque vir etiam solutus accedit ad vxorem alterius adulterium committit, & è contra si vxoratus cognoscat fæminam liberā, quia maculando suum corpus lædit thorum suæ vxoris adulterium quoque committere dicitur.

Aduerte secūdò, quod fornicatio simplex est concubitus soluti cum soluta, *Caetan. verbo fornicatio*, vnde vt sit simplex fornicatio nullum vinculum in-
11 tercedere debet, non votum, quia esset sacrilegium, non affinitas, vel consanguinitas, quia esset incestum, non matrimonium, quia esset adulterium, &c. *S.D. 2.2. q. 154. art. 2.* Est autem fornicatio simplex prohibita de Iure naturæ,
12 & indispensabilis, quia educatio prolis est de Iure naturæ & nemo educare solet prolem, quam non sumit in suam, licet igitur alia animalia vagè coite so-
13 leant id ideo est, quia parum refert partus educari nec ne, non sic autem in hominibus, isti enim si pereant fame, desperatè etiam obirent. Hoc igitur posito patet fornicationem esse prohibitam de Iure Diuino naturali, & per
14 consequens indispensabilis. Quod sic probatur illud dicitur prohibitum de aliquo Iure, quod ipsi Iuri aduersatur, sed ita se habet fornicatio circa Ius naturæ, dum aduersatur educationi liberorum; ergo debet dici fornicatio prohibita de Iure naturæ. Patet totum hoc ex *S.D. loco citato.*

Dices primò, tota ratio quare fornicatio sit prohibita est vt homo habeat ex certa fæmina filios, quos alere teneatur de Iure naturæ, sed potest homo fi-
15 lios, quos habet nunc ex tali fæmina, nunc ex alia etiam alere; ergo in tali casu non esset prohibita fornicatio de Iure naturæ.

16 Respondetur distinguendo minorem potest per se, & nego, per accidens, & concedo, lex autem versatur circa ea,
17 quæ frequentius accidunt ex *l. nam ad ea, ff. de legibus*, & frequentius accidit homines obliuisci talium filiorum, quos
18 sic vagè procreant; ergo ipsis omnino

fornicario prohibita est, tum etiã, quia
fornicatio alia multa mala opeiatur,
19 lædit corpus, quod est templum Dei,
maculat animam, dum ipsam teddit im-
puram, & alia operatur; ergo de omni
Iure prohibita est.

Dices secundò: *Osea cap.* 1. vbi dixit
20 Dominus sume tibi vxorem fornicariã,
& fac tibi filios fornicationum; ergo
dum ipsemet Deus præcepit fornicatio-
nem, signum est, quod non est prohi-
bita, & peccaminosa.

Respondetur distinguendo antecedẽs
in vim veræ fornicationis, & nego, in
vim dispensationis matrimonij, & con-
cedo, dispensanit igitur Dominus ibi,
vt quis præter vnam vxotem habetet
aliam, non autem permisit veram for-
nicationem. *S. D. art.* 2. *q. citata ad se-
cundum*.

Dices tertiò, si fornicatio esset pec-
21 caminosa non permitterentut meretri-
ces, sed permittuntur; etgo licita est.

Respondetur *Abb. in cap. inter ope-
22 ram de sponsalibus* negare minorem,
loquitur tamen de foro pœnitentiali, at
in foro ciuili si permittuntur est ad eui-
tandum maius malum modo quo dixi-
mus *libro primò ciuili*, circa præceptum
honestè viuete.

Aduerte tertiò, pœnas adulterij esse
23 quam plures, & imprimis de Iure anti-
quo *Exodi cap* 20. mulier adultera lapi-
dabatur. Secundò, de Iure ciuili non
punitur maritus occidens vxotem, quã
24 innenit in adulterio. *l. Graccus, C. de
adulterijs*, quid dicẽdum de Iure Cano-
nico diximus *in lectura de constitutioni-
bus*. Verum tamen est, quod adulteriũ
25 causat diuortium. *cap. ex litteris de
diuortijs*. Tertiò, de Iure Ciuili si adul-
teta euadat mortem à viro punitur etiã
pœna mortis. *l quamuis. ff ad l. Iuliam
26 de adulterijs*, hodie tamen, neque id
seruatur, sed arbitrio Iudicis remittitur
etiam ex dispositione Iuris Ciuilis. *auth.
sed hodie, C. de adulterijs*. Quartò, adul-
teri si sint laici sunt excommunicati.
27 *cap si quis* [illegible]*piscopus, Abb. in cap. vt
Clericorum, & cap peruenit de adulte-
rijs*, sed istæ pœnæ etiam hodie sunt ar-
bitrariæ, vt notat *Lancellottus in fine,
§. præterea verbo, vel certe pœna impo-
sitio*. Quintò, idem delictum in duobus
foris punitur scilicet in foro pœnitentia-
28 li quoad culpam, & crimen mortale, &
in foro Ciuili quoad supradictas pœnas,
vt per *DD. in d. l. Graccus, C. ad l. Iu-
liam de adulterijs*. Sextò, propter adul-
terium vxoris non datur trãsactio, *DD.
29 in l. transigere, C. de transactionibus*,
& ratio ea est, quia per transactionem
videretur virum consentire in adulte-
rium, & sapere etiam lenocinium, quod
satis turpe est, & indecorum, vt vide-
bimus infra. Maxima tamen pœna est
30 inter omnes, quod vxor propter adul-
terium amittit dotem, & antefatum.
cap. plerumque de donationibus, & de-
truditur in Monasterio *Francus decis.*
31 140. Item tam vir, quam vxor propter
adulterium amittunt Ius petendi debi-
tum, licet adulter teneatur reddere,
32 non criminosæ, & è contra. Si vero
ambo inciderint in adulterium, non
33 possunt sibi debitum negare adinuincẽ,
quia paria delicta mutua compensatio-
34 ne tolluntur. *l de viro, ff. soluto ma-
trimonio*.

In §. eadem.

SVMMARIVM.

1 *Incestuosi pœna arbitraria puniun-
tur.*

2 *Incestum grauius delictum adulterio
grauius etiam illo punitur.*

3 *Incesti prohibitionis ratio potissima
adducitur.*

4 *Gradus an sit explicandus in confessio-
ne pro copula incestuosè habita.*

5 *Gradus in peccato incesti est circum-
stantia aggrauant.*

6 *Circumstantia aggravantes non sunt
necessario explicandæ in confessione.*

7 *Sodomia crimen comprehendit concu-
bitum, tam cum masculo, quam cum
fœmina in vase præpostero.*

8 *Sodomia crimen potest ab Ecclesiasti-
cis puniri etiam in laicis.*

9 *Sodomiæ crimen incurrunt fœminæ
inter se commiscentes.*

10 *Vxor à viro cognita sodomitica copula
peccat mortaliter, nisi hanc patiatur
ex violentia absoluta.*

11 *Clerici sodomitæ deponuntur.*

12 *Sodomia in crimine dictum pueri cũ
mala fama inquisiti facit indicium
sufficiens.*

13 *Sodomiæ crimen punitur pœna mor-
tis, & combustionis.*

14 *Sodomia pro crimine non datur gui-
daticum.*

15 *Coeuntes cum brutis grauissimè pu-
niuntur, & bruta ipsa comburun-
tur.*

Hic

HIc in specie de incestu, & criminibus contra naturam, ideo
Aduerte primò, quod ince-
1 stuosi sunt, de quibus supra diximus. &
pœna arbitraria puniuntur. *cap hoc ipsum 3. q. 2.* Certum tamen, quod pœna
pro his criminibus debet esse maior,
quam sit pœna pro adulterio, vt seruetur ordo Iustitiæ distributiuæ, qua pro
atrocioribus delictis grauiores pœnæ
2 infligi debent, quam pro leuioribus infligantur, ac proinde nouæ pœnæ, &
antiquæ non remouentur, vnde incestuosi non possunt petere debitum, si
autem sint consanguineæ ligatæ in matrimonio erit incestum, & adulterium.
Prohibetur autẽ incestum propter varias rationes, vt videre est per *S. D. 2. 2.*
3 *q. 154. art. 9. in corpore*, vbi plures adducit rationes; illa tamen videtur potissima, ne scilicet vir, & vxor propter
aliud incentiuum aditum ex commixtione venerea, maximè accenderentur
ad amorem, & libidinem contra castitatem matrimonialem.

4 Quæres: An sit explicandus gradus
personæ cum qua habita est copula ex
incesto.

Respondet *Nau.* affirmatiuè, quia est
5 circumstantia aggrauans, sic docet in
cap 16. n 23. nos tamen contrarium
substinuimus *lib. 2. de sacramento Pœnitentiæ*, quia circumstantiæ aggrauã-
6 tes non sint necessario explicandæ. Verumtamen est quod debet pœnitens se
accusare: An fuerit coniunctio cum tali
persona cum qua sit casus reseruatus.

Aduerte secundò, quod nomine so-
7 domiæ venit concubitus, siue cum masculo, siue cum fœmina in vase præpostero, vnde etiam laici per hoc crimen
8 puniri posse ab Ecclesia, probat *glos. hic verbo sodomitis*, & etiam infideles ducenda paritate ex dictis supra *de vsuris
in §. Iudæi*, imò etiam si fœminæ inter
9 se se commisceant, vt tales erunt puniẽdæ. *Couarruuias par. 2. de sponsalibus
c. 7. Nau. c. 17.* Item nec vxor potest
sic cognosci à viro, & si id permittat
10 peccat mortaliter, nec vlla violentia
excusatur, nisi esset violentia absoluta,
& coactiua. *Siluest. verbo debitum coniugale n. 4.*

Aduerte tertiò, quod pœnæ pro hoc
11 crimine sunt, quam plures: in Clericis
est depositio. *Abb. in cap. Clericorum, de vita, & honestate Clericorum*. Secũdò, facit pro hoc crimine indicium so-
12 lum dictũ pueri cõcurrente mala fama
ipsius inquisiti. *Bossius in praxi tit. de Iudicijs n. 160.* Tertiò, de Iure Ciuili imponitur pœna mortis. *§. 1. auth. vt non luxurientur.* Item de Iure Regni cõburuntur, vt omnino tollatur facti me-
13 moria. quod habet locũ, tám in agente, quàm in patiente, nisi is sit minor,
vel violenter cognitus. *Afflictus in constitutione Regni, qua incipit legum
asperitate n. 10. & 11.* Quartò, etiam
de Iure Ciuili pro hoc crimine non da-
14 tur guidaticum, nec valet compositio,
vt in *pragmat. hac nostra l. tit. de sodomitis.* Quintò, coeuntes cum brutis etiã
grauissimè puniri debent, vt per *tex. in
15 c. mulier 15. q. 1.* vbi etiam pecus cum
quo fœmina coierit occidi debet, vt omnino facti memoria deleatur.

In §. quod si quis stuprum cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Stuprans virginem tenetur dotare.*
2 *Stupri circumstantia quæ.*
3 *Stupri plures effectus mali.*
4 *Stuprum committitur etiam cum virgine putatiua.*
5 *Stuprum cum virgine non sub potestate parentum, & consentiente non subiacet pœnis.*
6 *Volenti, & consentienti non fit iniuria.*
7 *Stuprãs virginẽ tenetur stare promissis de ducenda ipsa in vxorem, vel si est ligatus illam dotare.*
8 *Clericus stuprator deponitur ab ordine.*
9 *Stuprans virginem vilioris cõditionis, an teneatur ipsam ducere cũ sui ignominia.*
10 *Stuprator si iurauit ducere in vxorem virginem vilioris conditionis, quam stuprauit tenetur stare iuramento, nisi maius scandalum proueniat, si vero non iurauit potest eam dotare.*
11 *Dos qualis sit assignanda virgini stuprata.*
12 *Dos augetur, vel minuitur ex qualitate dotanda.*
13 *Stuprator recusans ducere in vxorem virginem, quam stuprauit punitur arbitrio Iudicis.*

1 ADuerte primò, quod stuprator, vel
rem habuit cum virgine in potestate parentum, & tenetur ipsam dotare. *cap. 1. & 2. de adulterijs*, &
hic

hic propriè dicitur ſtuprator,& circum-
2 ſtantiam violentiæ, & poteſtatis paren-
tum exprimete debet. Eſt autem ma-
ximum hoc crimen, quia per ipsũ amit-
3 titur virginitas,redditur vilior conditio
ipſius cognitæ, infertur iniuria parenti-
bus, & alia quamplura mala oriuntur.
Currunt hæc licet fæmina non eſſet vir-
4 go realiter, ſed tantũ putatiua,nam co-
guoſcens ipſam violẽter tenetur dntare
in pœnam infamiæ irrogatæ, vt paret
ex *gl. hic, & diximus lib.4. Ciuili in §. item lex Iulia de vi publica tit. de pu-*
5 *blicis Iudicijs*. Vel defloraųit virginem,
quæ non erat in poſſe patẽtum,nec vio-
lenter, ſed de eius voluntate id fecir, &
tunc neque tenetur dotare: nam vo-
6 lenti, & conſentienti nou fit iniuria.
Nau. c.16. n.17. ſi autem promiſerit eã
ducere in vxorem, tenetur ad hoc, niſi
ligaretur alio matrimonio, vel voto ſo-
7 lemni, quia tunc teneretur dotare. *c.1. de adulterijs*, & deponitut etiam ab or-
8 diue, vt uotaut *Diaz in praxi crimi-
nali Canonica c.74.*

Quæres, quid ſi quis ſtuprauerit vir-
9 ginem villoris conditionis: An tenea-
tur ipſam ducere cum ſui ignominia,
& dedecore.

Reſpondetur, quod ſi medio iura-
mento id promiſit, & ducere tenetur,
niſi maius ſcandalum ſuperimmineat.
10 *cap. ex litteris, & c. requiſierit de ſpõ-
ſalibus*, ſi vero abſque iuramẽto id pro-
miſerit, & tunc poteſt ipſam dotare, &
ſic adimplet iutamentum pet æquipol-
lens. *Nau. loco citato c.18.*

Quæres ſecundò, quæ nam ſit men-
11 ſura pro iſta dote conſtituenda.

Reſpondetur, id eſſe conſideraudum
attenta qualitate facti, & condirione
perſonatum, ex his enim augetur, vel
12 minuitur quantitas doris cõſtituendæ.
auth. ſed quamuis, C. de rei vxoria actione, cap. nullus 30. q.5.

Aduerte tertiò, quod ſi ſtuprator ſit
renitens ducere in vxorem à ſe ſtupra-
13 tam, punitur arbitrio Iudicis. *cap.2. extra eodem*, & plures connumerat *gl. in §. quod ſi conſentiente verbo conſtitu-
tus, & ſequenti*.

In §. maior vſque ad finem tituli.

SVMMARIVM.

1 *Raptus definitur.*
2 *Raptus nõ dicitur cõtractis ſpõſalibus.*
3 *Raptus non ſolum vi, ſed etiam affe-
ctationibus, muneribus, & promiſſio-
nibus committitur.*
4 *Raptores excommunicationis pœna
puniuntur.*
5 *Clericus raptor deponitur. & cum ra-
pta (niſi in loco tuto reponat) poteſt
coutrahere matrimonium.*
6 *Raptores de Iure Ciuili pœna mortis
puniuntur.*
7 *Raptoribus appellatio, vel remiſſio ad
proprium Iudicem denegatur.*
8 *Raptor monialis de Iure canonico, &
ciuili punitur excommunicatione,
& morte.*
9 *Raptor monialis plura delicta com-
mittit.*
10 *Sacrilegium committunt cognoſcentes
carnaliter filiam ſpiritualem.*

1 ADuerte primò, hic pro raptu,
quod raptus eſt violenra cogni-
tio fæminæ, cum qua nullo mo-
do de matrimnuio actum eſt, cum ex-
portatione eiuſdem, ſic patet ex *gl. hic in figuratione caſus*. Dicitur (cum qua
nullo modo de matrimonio actum eſt)
ad oſtendendum, quod ſi ſint contracta
ſponſalia per verba de præſenti, & vir
2 rapiat ſuam ſponſam a pareutibus, & co-
gnoſcat ipſam non punitur vt raptor,
vt habetur hic in §. *raptus autem ex l. & an eadem §. & actionem, ff. de exce-
ptione de re iudicata*, quia quod meum
eſt magis meum fieri non poteſt, & ne-
que furtus, neque taptus cadit in re
propria.

Aduerte ſecundò, qund etiam raptor
dicitur ille, qui muneribus, & promiſ-
ſiouibus facit, vt mulier de loco in quo
manet ſub poteſtare parentum, vel de
3 Monaſterio exeat, & ipſum ſequatur. *l.1. C. de raptu virginum. Nau. conſilio 1. de raptoribus*, ex quo colligitur, idem
eſſe dicendum ſi quis faciat, quod puel-
la in domum vicinæ deſceudat, ibique
ipſe latitans violenter cognoſcat, hic
enim dicitur ſtupratot, & raptor, ſi illa
eſſet monialis diceretur criminoſus, ſtu-
ptator, & ſactilegus.

4 Adnerte tertiò, quod varijs pœnis
puuiuntur raptores, & primò, pœna ex-
communicationis. Secundò, ſi ſit Cle-
5 ricus deponitur. *cap. alienum diſtin. 50.*
Nec poteſt cum rapta contrahere ma-
trimonium, niſi ipſam repnnat in loco
tuto, vt per *Trid. ſeſſ.24. c.6. de reform.*
6 Tertiò. de Iure Ciuili raptores puniun-
tur pœna mortis. *l.1. C. de raptu vir-
7 ginum*. Quartò, nou datur appellatio,
nec

nec remissio ad proprium Iudicem. *Bal. in l.vnica, C. de raptu virginum*.

Aduerte quartò, quòd raptor monialis est sacrilegus de Iure Canonico, & excommunicatur. *cap virginibus* 27. *q.*1. de Iure Ciuili punitur pœna mortis *l.vnica, C. de raptu virginum*, & coniungens se cum moniali eodē actu committit tria crimina scilicet sacrile-
9 gium, stuprum, & adulterium spirituale. *glos. hic verbo sacrilegium*. Committitur etiam sacrilegium in hac materia, si quis cognoscat filiam spiritualem ex Baptismo, vel confirmatione, vel etiam ex sacramento Pœnitentiæ ei
10 ministrato. *cap. si quis* 33. *q.*2. *cap. ad limina, cap. si quis omnes* 34 *q.*1. ideo operæ pretiū duxi aliqua hic subnectere pro hoc crimine, maximè pro sacrilegio ex sacramento Pœnitentiæ ministrato.

De sollicitantibus in cōfessione.

SVMMARIVM.

1 *Confessarij sollicitantes filias spirituales habentur tamquam de hæresi suspecti.*

2 *Sollicitationis circumstantia à confessario exprimenda est.*

3 *Confessarij sollicitantes sunt denunciandi sancto Officio.*

4 *Confessarius à pœnitente inductus ad libidinem non vt sollicitans est denunciandus.*

5 *Sollicitationis fine simulans audire confessiones, vt sollicitans est denunciandus.*

6 *Sollicitationis crimen tam in masculis, quam in fœminis cōmittitur, ideo in vtroque casu sunt denunciandi.*

7 *Sollicitationis crimen etiam ad laicos, & alios simulantes audire confessiones extenditur.*

8 *Confessarius sollicitationis crimen incurrit etiam si ante, vel post confessionem sollicitauerit; dummodo tamen moralis distantia temporis non intercesserit.*

1 ADuerte primò, quod Confessarij sollicitantes in confessione filias spirituales sunt suspecti de hæresi, & vt tales notantur per *Gregorium XV. in Bulla, quæ incipit, Vniuersi Dominici gregis, &c.* & ideo confessarius, qui rem habet cum filia spirituali tene-
2 tur secundum aliquos hanc circumstantiam exprimere, non enim est simplex fornicatio, sed sacrilegium, & incestus.

Aduerte secundò, quod Confessarij
3 sic sollicitantes sunt denunciandi sancto Officio, ex *Bulla dicti Gregorij, Graffius tom.*1. *lib.*5. *consilio* 7. *n.*8. *& ex communi omnium Canonistarum*. Intellige tamen hoc strictè, & quando verè confessarius sollicitauit pœnitentem, secus autem quando e contra pœnitens potius sollicitasset confessarium, qui de-
4 disset solum assensum, nec aliter, & pœnitentem, nec prouocaret, nec aliter de rebus obscenis loqueretur, tunc enim Confessarius non est denunciandus, sic post Bullam latam refert *Sanctarellus in tractatu de hæresi c.*46. *n.*2. *Bonacina in tract. variarum disputationum disput.*6. *puncto* 3. *n.*17. *Sancius in selectis disp.*11. *n.*25. *&* 26. *Peirinus in priuilegijs minimorum tom.* 2. *Constitutione* 4. *Gregorij XV.* §.2. *n.*2. *&* §.3. *num.*10

Aduerte tertiò, quod non tantum
5 sollicitantes in confessione sunt denunciandi, sed etiam sollicitantes prætextu confessionis, & sic simulantes audire confessiones patet ex verbis *dictæ Bullæ Gregorij*, ibi: (qui prætextu confessionis fœminam sollicitauerit, &c.) *Peirinus loco citato, Bellocbius de casibus reseruatis p.*2. *q.*9. *n.*51. *Venerus in examine Episcopali lib.*5. *c.*17. *n.*9. *& alij communiter*, quod extende tàm ad fæ-
6 minas, quàm ad masculos, vnde sollicitantes adolescentes sunt denunciandi, patet ex alijs verbis Bullæ, ibi: (qui personas quæcunque illæ sint, &c.) *sic Venerus loco citato n.* 19. *Peirinus* §. 5. *n.*14. *Bellocbius q.*10. *n.*51.

Extende etiam hoc ad Sacerdotem non approbatum, vel Clericum, vel etiā laicum, qui fingentes se confessarios in loco pro audiendis confessionibus se apponentes, aliquas personas sollicita-
7 rent: nam & isti sunt denunciandi non quod verè sollicitauerint in confessione, sed potius, quia sapiunt hæresim dum non habentes iurisdictionem, audiendis confessionibus se exponunt, *sic Sancius in selectis disp.* 11. *n.* 36. *Rodriquez in quæstionibus regularium tom.* 2. *q.* 28. *art.*2. *Sanctarellus de hæresi c.* 46. *dubio* 1. *n.*9. *Aeugua in tract. de confessarijs sollicitantibus q.*13. *n.*9. *& alij*.

Aduerte quartò, quod si confessarius ante confessionem sacramentalem, vel immediatè post, sollicitauerit etiam est denunciandus, vt per expressa *verba Bullæ*, ibi (in actu confessionis sacramenta-

mentalis, siue ante, siue post immediatè) si tamen aliqua moralis distantia temporis intercesserit; puta si in sequēti die confessarius accederet ad domū pœnitentis, & ibi illam prouocaret non esset denunciandus, sic *Acugna loco citato q.5. n.15. Molfesius in summ. to.1. tract.7. c.24. n.32. Scortia in Bullis Pōtificis Epitome 77. Theoremate 197. imò Acugna idem tenet* esse dicendum si confessarius id faceret scribendo litteras amatorias, vel sollicitando extra cōfessionem immittendo lenones inter nuncios, vel similia faciendo.

Moralia pro adulterijs, & alijs illicitis coniunctionibus.

SVMMARIVM.

1 *Concubitus fœmina accubantis super virum est peccaminosus, sed inter coniuges est venialis.*

2 *Mollicies qua sit? & hic actus semper est peccatum mortale.*

3 *Pollutio prouenīens ex cogitatione, & delectatione cum virgine cōtinet, duplex peccatum, scilicet stuprum etiā; & cum nupta adulterium, &c.*

4 *Tactus, vel oscula propter inhonestum finem sunt peccaminosa.*

5 *Coitus inter virum, & vxorem animo explenda libidinis tantum excludendo alios fines matrimonij est peccatū mortale.*

6 *Vir in actu seminandi si seminet extra vas peccat mortaliter.*

7 *Vxor peccat mortaliter tactu proprio excitando libidinem ob solam delectationem.*

8 *Vsus corporis interdicitur coniugibus extra coitum matrimonialem.*

9 *Coniux se delectando in cogitatione de coniunctionibus habitis peccat mortaliter.*

10 *Coniuges pro vsu matrimoniali non possunt ad excitandam venerem incipere actum contra naturam.*

11 *Viro non est illicitum cognoscere vxorem pregnantem.*

12 *Fœmina benè potest plures filios concipere.*

13 *Coniuges propter paupertatem possunt sibi inuicem negare debitum.*

14 *Solutionem debiti excusat magna incommoditas: hoc extenditur ad debitum matrimoniale.*

15 *Pactum inter coniuges de non petendo debitum est licitum, quia non est contra essentiam matrimonij. Intellige si absit periculum incontinentiæ, &c.*

16 *Coniugibus permittuntur oscula, tactus, &c. ad excitandam copulam matrimonialem etiam cum periculo pollutionis, quæ tamen non sit præuisa.*

17 *Coniux quæ patitur amplexus, oscula, tactus, &c. neque venialiter peccat.*

18 *Coniuges ob solam fornicationem euitandam bene possunt habere copulam absque peccato.*

19 *Coniuges ob solam libidinem copulam habentes, positiuè excludendo finem procreationis, peccāt venialiter; mortaliter vero si faciant in contemptū.*

20 *Coniuges pro valetudine tuenda possunt habere copulam; tamen solus hic finis saltem includit peccatum veniale.*

21 *Coniuges de communi volantate bene possunt copulam inceptam abrumpere ex bono fine, dummodo absit periculum pollutionis.*

QVæres primò: An detur alius concubitus peccaminosus præter casus suprapositos.
Respondetur affirmatiuè. Primus est si fæmina accubet super virum.
1 *Caetan. q.154. art.4. ad primum*, si tamen hæc commixtio interueniat inter virum, & vxorem non est peccatū mortale, sed veniale. *Siluest. verbo debitum q.6. Nau. c.16. n.42.* dummodo tamen semen emittatur intra vas, quod si foras erit peccatum mortale. Secundò, mollicies, & est pollutio quomodocūque
2 proueniens, siue ex tactu corporis alterius, siue ex cogitatione, siue ex vehementi aspectu libidinoso, & de his ait *Paulus ad Corinthios 1. Molles regnum Dei non possidebunt*. Si autem ex cogitatione, & delectatione alicuius vir-
3 ginis optando ipsam eueniat pollutio duplex est peccatum scilicet mollities & stuprum in desiderio. Idem dic de fæmina nupta; esset enim adulterium in desiderio. *Nau. c.16. n.6.* Tertiò, tactus, vel osculum ad finem inhonestum, & li-
4 bidinosum. *cap. nec solo, & cap. qui viderit 32. q.5. Nauar. c.3. n.13.* Quartò, si vir, & vxor tem habeant non ad so-
5 bolem procreandam, non ad vitandam fornicationem, sed solo affectu libidinis explendæ, sicut cæteri fo'uti se cognoscunt adinuicē, peccant mortaliter. *Siluest. verbo debitum n.4.* Item si vir dū est in actu seminandi seminet extra vas
6 forsan ad euitandam generationem peccat

peccat ex pollutione, *idem Siluest. loco*
cit. num. 7.
Quæres secundò, An peccet vxor
6 tangens seipsam ad captandam voluptatem, excitando libidinem absque
tamen periculo pollutionis.
Respondetur peccare mortaliter,
7 quia vxor, vel vir non habet vsum sui
corporis ad suam voluptatem explen-
8 dam; sed tantum ad vsum licitum, &
simul cum alio coniuge, vnde saltē erit
delectatio morosa, & actus de se, potest etiam dirigi ad fornicarionem: sic
Sancius in selectis disp. 21. n. 26. Bonacinus in 1. D. disp. 74. ar. 1. q. 5. Ioannes de la Cruz in directorio p. 1. præcepto 6 ar. 9. dubio 12. & alij communiter.
Quæres tertiò, an possit coniux de-
9 lectari, cogitando de coniunctionibus
habitis cum suo coniuge absente
Respondetur negatiuè imo peccaret mortaliter, quia est delectatio morosa, & illicita, apta de se producere pollutionem: sic *Medina p. 2. q. 74. ar. 1 dubio 1. Laiman. in Theologia morali lib. 1. tr. 3. c. 6 n. 14 Gabriel dubio 3. §. 2. difficultate 3.*
Quæres quartò; an possint coniuges ad excitandam venerem pro vsu matrimoniali, & coniunctione licita incipere actum contra naturam, & non perficere ipsum, sed seminare deinde in vase naturali, & an possit vir accedere ad vxorem prægnantem, dummodo abstinere possit absque periculo incontinentiæ.
Ad primam partem quæsiti respon-
10 detur negatiuè; sic *Basilius Pontius de matrim. lib. 10. c. 11. n. 5* & ratio est; nam non omnis actus impudicus licitus est sponsis, quidquid dicat *Sanchez de matrim tom. 3 libro 9 disp. 17. n. 5.* vbi ait, absque peccato mortali posse virum peruolutare pudenda circa vas præposterum, dummodo non adsit periculum pollutionis.
Ad secundam partem quæsiti non dubitandi erat; nam matrimonium, & vsus eius est ad finem procreationis sobolis, sed hic finis non potest haberi ex fæmina iam prægnante, ergo, &c.
11 Hoc tamen non obstante negatur minor probationis, & quidquid sit, poterit vir accedere, neque peccat venialiter, quia habet vsum corporis suæ vxoris, non tantum pro sobole procreanda sed etiam ad refrenandam concupiscentiam, tum etiam, quia po-
12 test fœmina plures filios concipere: sic
tenet *Coninch. de sacram. disp. 34. dubio 9. concl. 4 Villalobos in summ tom. 1. tract. 13. difficult. 41. n. 9. Sanchez. & alij communiter.*
Quæres quintò. An possint coniuges aliquando sibi inuicem negare debitū coniugale.
Respondetur affirmatiuè, & casus
13 est, si coniuges sint pauperes, & impotentes prolem alere, vt propter impotentiam, & ne multiplicetur proles, possunt licitè, & absque peccato mortali ex mutuo consensu id facere, dum absit periculum incontinentiæ; sic docet *Emanuel Sà verbo debitum nu 10. Sotus p. 1. ar. 1.* & quod plus est *Sanch. de matrim. tom. 3. libro 1. disp. 25. & Ledesma q 54. tr. 1 in fine tenent*; neque esse peccatum veniale id facere, & ratio esse potest: nam in alijs debitis magna
14 soluendi incommoditas excusat in solutione, vt supra diximus, ergo etiam in hoc debito, tantò fortius, quod non est contra substantiam matrimonij; nā de isto tenent *DD communiter*, quod secluso periculo incontinentiæ valet pactum inter coniuges de non petendo, vel reddendo, itaut posito tali pacto,
15 non peccet coniux non reddens, ergo,
neque in casu posito sic *Paludanus in 4 distinct. 32. q 3. ar. 2. cap. 5. Nau. c. 16 n 33 Villadubos in summa tom. 1. tr. 13. difficult. 41. n. 9 & alij communiter.*
Quæres sexto. An oscula, amplexus, & similes actus possint cadere inter coniuges, licet ex ipsis sequatur pollutio, sed non præuisa ex se.
Respondetur affirmatiuè, & casus est, si quis, vt excitet se ad copulam matri-
16 monialem, hoc faciat, & dum in his
moratur, ante quam deueniat ad copulam patitur pollutionem, in isto casu non peccant, nisi aduertenter magna sit mora in similibus actibus, coniux verò, quia talia patitur, nullo modo peccat; nam coniuges habent vsum corporum ad inuicem, & patiens hæc
17 benè potest putare coniugem peten-
tem id facere ad excitandum amorem, & vt ad actum matrimonialem deueniri possit: sic *Zanardus in director. confessariorum par. 1. de sacramento matrimonij cap. 21. q 17 Sanchez loco citato disp 45 n. 35. Filiucius tom. 1. tr. 10. p. 1 c. 9. n. 356.*
Quæres septimò. An possint coniuges propter alium finem (præter procreationem prolis) habere copulam inter se.
Respondetur affirmatiuè, & primò,
18 ad fornicationem euitandā ita tamen,

vt hic finis non excludat alios fines matrimoniales saltem implicite.sic *Ema*. *Sà verbo debitum n. 1. Durandus in 4. dist. 31.q.4 Nau.c.16. nu.32.* quia matrimonium introductum est etiam ad euitandam fornicationem, & libidinem refrenãdam, ergo qui sic operatur, non peccat, vnde licet *S. D. in 4 dist. 31. q. 62. ar. 2. ad secundum*, videtur sentire contrarium, tamen intelligi debet, quã-
19 do coniuges inter se habent hunc finem excludendo alios fines matrimonij, tunc enim certum est, quod peccarent saltem venialiter; & si in contemptum sacramenti id intenderent, peccarent mortaliter. Secundò, possũt etiam coniuges coniungi, vt coeuntes magis sani sint, & valetudini remedium
20 dent; verum tamen est, quod tunc peccarent saltem venialiter, quia hic finis nullo modo potest ingredi limites sacramenti matrimonij. sic *S. D. loco citato ar. 2. ad quartum, & in supplementum ad tertiam partem q. 89. ar. 5. ad quartum*.

Quæres octauò. An coniuges possint de communi voluntate inceptam copulam abrumpere antequam sequatur seminatio, dummodo non sit periculum pollutionis, & id faciant ex iusta causa, puta ne sequatur multiplicatio, vel ne coitus obsit saluti.

Respondetur affirmatiuè, nec peccare
21 venialiter; sic *Laiman in theologia morali libro 3. sentent. 4. num 19. & Sanchez tom. 3. lib. 9. disp. 19. n. 3.* & ratio est, quia in omni momento potest quis prauum opus abrumpere, & sic esset pollutio in casu nostro nociua saluti, vel contra prolem.

DE CRIMINE FALSI.

TITVLVS NONVS.

SVMMARIVM.

1 *Falsi crimine læduntur homines, & ex huius causa continuatur titulus.*
2 *Falsi definitio.*
3 *Falsum tripliciter committitur.*
4 *Falsi crimen contra testes opponi potest.*
5 *In iudicio qui sine periculo non adsunt ad subleuandum proximũ peccant mortaliter.*
6 *Oppressum non subleuare idem est, ac opprimere.*
7 *Citati grauiter peccant non comparendo ad subleuandum proximũ.*
8 *Citatus si deponat contra aliquem falsum, peccat contra charitatem, & tenetur ad restitutionẽ damni.*
9 *Iuramentum de non deponendo contra aliquem nec pro, nec cōtra, non obligat.*
10 *Testis nihil potest accipere pro depositione, & si acceperit tenetur restituere.*
11 *Testis potest aliquid accipere à gratis offerente pro laboribus diurnis, quos patitur eundo sæpe ad deponendum.*
13 *Falsariorum pœna sunt quamplures, signanter pœna mortis, & obtruncationis manus.*
14 *Falsarij liberi, & serui quomodo puniantur.*
15 *Clerici falsificantes litteras Apostolicas degradantur, & curiæ sæculari traduntur.*
16 *Falsificatis litteris vtentes sunt mitius puniendi. Clerici vero omni officio, & beneficio priuantur.*
17 *Falsificatis litteris vtentes non sunt puniendi, si id fecerint ignoranter, & illarum vsum cum sciuerint, desistunt.*
18 *Negligentia culpæ comparatur.*
19 *Falsitas notarij in instrumento non inficit domino instrumenti.*
20 *Testes producens, si reijciatur vt falsus; testes non per hoc habentur falsarij.*
21 *Litteras alienas occupantes cum alterius damno peccant mortaliter; & tenentur ad interesse.*
22 *Litteras alienas adaperientes, peccant mortaliter, nisi iocosè, & ex confidentia id fiat.*
23 *Monetam cudentes, vel falsificantes de Iure canonico, peccant mortaliter, & tenentur ad interesse. & de Iur. ciuili pœna mortis puniūtur.*

1 
IC de alio crimine, quo læduntur homines, qui propter affectum fœminarũ facillimè inducuntur ad mẽdacium, & falsitatem, vt aduertit *gl. hic in cōtinuatione rubricæ*, meritò, &c. igitur de falsō hic; ad cuius tituli intelligentiã, Aduerte primò, quod falsum est dolosa mutatio veritatis, vel componen-
2 do nouum, vel addendo antiquo, vel minuen-

minuendo de ipso, sic definiunt *DD. communiter in hac rubrica*. Ex qua definitione intelligimus, quod pluribus modis potest quis incidere in hoc cri-
3 men, vel de nouo componendo scripturam, vel simile, vel addendo ipsi scripturæ antiquæ, vel delendo, vel abradendo ab ipsa, *c.1.extra eodem*. Quod dicimus de scriptura dic de similibus; ex quo.

Aduerte secundò; quod incidunt etiã testes in hoc crimen, dum falsum de-
4 ponunt in præiudicium tertij contra præceptum Domini (non falsum dices) vt tamen testis conueniri possit, & puniri de falso, necesse est, quod verè dolosè sic deposuerit, & in præiudicium tertij: si enim paret negotium ita se habere, vt ipse dicit, nec falsum committit, nec vt talis puniri potest, quia non est dolus, vt diximus in definitione.

Aduerte tertiò, quod etiam contra
5 præceptum Domini operantur, qui cũ possent adesse in iudicio absque periculo propriæ vitæ, vel bonorum, & subleuare proximum ab iniusta vexatione id tamen non faciunt, idem enim est nõ sublenare oppressum, ac opprimere ipsum: *Nau.c.15.n.17.& Sotus de de-*
6 *tegendo secreto membro* 2. Ex hoc habes à fortiori, multò magis peccare eos, qui citati in iudicio ad deponendũ,
7 se absentant non comparẽdo ad subleuandum proximum, siue fuerint generaliter citati, siue in specie. Imo si quis citatus deponat contra alium, vel non compareat, potens id facere, peccat contra charitatem, & si falsum deponat in præiudicium, tenetur totum damnum illatum restituere: *Nau. c.25.n. 44.& Sotus de iustitia, & iure lib.10. q 7.ar.1.* vnde nec ligaret iuramentum,
8 si quis iurauerit de non deponendo pro, vel contra, quia tenderet hoc iuramentum ad occulrandam veritatem,
9 quod est contra Deum, & rationem, merito non ligaret, *c.non est obligatorium in 6 & c. ad nostram de Iureiurando*.

Quæres: An possit testis aliquid re-
10 cipere pro depositione, quam facere debet.

Respondetur negatiuè, si sumamus puram rationem depositionis, imo si propter hoc sit aliquid exactum restitui deber tanquam iniustè extortum: nam testimonium est gratis ferendum: *Couarruuias in regula peccatum p.2.q.3. n.2.Nau.c.15.n.48.c.non sunt, 14 q 3.* non sic autem si pars gratis aliquid offerret, vel si quis vellet exigere aliquid pro laboribus diurnis, quos amittit, dum accedit ad deponendum pro alio:
11 nemo enim tenetur proprios labores impendere cum sui interesse, & in fauorem alterius, *l. preses, C.de seruitutibus, & aqua*.

Aduerte quartò, quod pœnæ contra falsarios sunt quamplures, & signanter
13 de Iure ciuili pœna mortis imponitur, vt docet *Clarus in praxi crim.§. falsũ*: contra falsificantes res alicuius momẽti, & obtruncatur manus ipsi falsario. Distincta tamen est pœna pro hoc crimine inter homines liberos, & seruos; isti enim verè damnantur vltimo sup-
14 plicio, illi deportantur cum abdicatione bonorum, *l 1.§.fin.ff. eodem, gloss. hic verbo legitima*. Secundò, si sint Clerici falsificãtes litteras Apostolicas (præter incursum in excommunicationem Bullæ Cœnæ) degradantur, & curiæ sęculari traduntur puniendi, seruato mo-
15 do *textus in c. nouimus, de pœnis*. Tertiò, qui verè non sunt falsarij, sed tamen vtuntur talibus litteris, mitius puniri debent; vnde si sint laici, qui vtuntur
16 litteris Apostolicis falsificatis, excommunicantur, quamdiu competenter satisfecerint, Clerici autẽ omnibus officijs, & beneficijs ecclesiasticis spoliandi sunt, vt per *text.in c. ad falsariorum, §.fin.extra eodem*, vt vidimus seruatum de quodam Clerico constituto in sacris ordinato cum falsa dispensatione Apostolica, remansit enim depositus verbaliter absque spe indulgentiæ.

Nota tamen id quod ait *gl.hic verbo negligentiæ*, quod in his est atten-
17 denda scientia, vel ignorantia illius, qui vtitur; si enim hic sit omnino ignorans, & non negligens, non debet puniri, si habita notitia falsi ab eius vsu destiterit; *Abb.in c inter dilectos, de excessibus prælatorum*; secus autem, si concurrat eius scientia, vel negligen-
18 tia, quæ culpæ comparatur, quod est lata, & clara, *l.latè.ff.de verb.signific.* tũc enim grauius puniri debet qui vtitur.

Ex eadem glossa in fin huius tituli habes, quod nemo priuatur Iure suo ex facto alterius, vnde licet Notarius sit condemnatus de falso instrumẽ-
19 to, tamen nullũ præiudicium infertur domino instrumenti, ne possit aliter suam intentionem probare: *l denun ciasse, §.quæritur.ff de adulterijs*. Idẽ dic, si is qui produxit testes reijciatur vt falsarius: nam neque per hoc sequitur,
20 quod testes sint falsi: *Bart. in d. l. de-* nun-

nunciasse, & text. in l. Lucius, ff. de ijs, qui notantur infamia.

Aduerte vltimò, quod qui litteras alie-
nas, vel scriptutas occupat, vel lacerat,
21 si ex hoc sequatur damnum tertio, pec-
cat mortaliter, & tenetur ad interesse;
Bart. in l. Paulus §. *eodem, & l. qui ta-
bulas, ff de furtis;* si autem quis in con-
fidentia, vel iocosè, vel propter bonnm
suum, scilicet vt euitet mortem, vel
22 graue damnum, quod timet, adaperiat
literas alterius, non peccat, nisi id fa-
ciat eductus curiositate, & potius, vt
aliena negotia sciat, tunc enim peccat
mortaliter, *Tabiena in summ. verbo
falsario, n. 3. Nau. c. 18. n* 98 falsificantes
23 autem monetam, vel tondentes, pec-
cant mortaliter & tenentur ad interesse
inde secutû, *c. 2. de emptione, & vendi-
tione, & de Iure ciuili pœna mortis
imponitur.*

DE HOMICIDIO.

TITVLVS DECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium est de criminibus homines maximè lædentibus.*
2 *Homicidij materia remittitur ad plura Iura de illo tractantes.*
3 *Homicidij definitio, & etymologia.*
4 *Hominis occisio à Iustitiæ ministro non est peccaminosa.*
5 *Minister Iustitiæ debet habere finē iustitiæ in executione, & sic Dei minister est, alias peccat.*
6 *Minister iustitiæ exequens, & iniustè condemnantes, peccant mortaliter.*
7 *Homicidium in latiori significatione quamlibet hominis offensionem includit.*
8 *Vulnus differt ab homicidio, & quid sit?*
9 *Vulnus continet etiam tumefactionē*
10 *Homicidium multiplex est.*
11 *Homicidium casuale quomodo committatur?*
12 *Homicidium voluntarium licitum est, quando fit publica authoritate habentis potestatem gladij, & meri imperij.*
13 *Homicidium voluntarium illicitum pluribus modis committitur.*
14 *Assassinij definitio, & etymologia.*
15 *Assassinij, & homicidij differentia*
16 *Assassinus non gaudet immunitate ecclesiastica, neq; homicida delinquens sub spe futuræ immunitatis.*
17 *Clericus assassinus degradatur, & traditur curiæ sæculari, Clericus verò in minoribus non degradatur.*
18 *Assassinij requisita quæ sint?*
19 *Homicidium de Iure ciuili pœna mortis punitur.*
20 *Homicidium de Iure Canonico excommunicatione punitur, & in Clerico priuatione beneficiorum, & officiorum.*
21 *Assassinium punitur etiam grauius homicidio.*
22 *Homicida, & assassinus tenentur ad refectionem totius damni, quod ex homicidio sequitur.*
23 *Damnum est reficiendum ab homicida attenta qualitate personarum damnum patientium.*
24 *Damni refectio est facienda etiam cum læsione legitimæ hæredum.*
25 *Legitima debetur hæredibus de hæreditate pura deducto alieno ære.*
26 *Offensus, & eius hæredes non tenētur remittere interesse, quod passi sunt, nec remissionem facere.*


OC est aliud crimen, in quo
homo læditur formaliter circa
personam, merito cum de alijs
viderimus, de hoc erat viden-
dû, ad cuius tituli, & §. primi in
1 telligentiam videbimus primò, quid sit
homicidium, & quotuplex. Secundò,
quid assassinium, & per quid differat
ab homicidio. Tertiò, de pœnis statutis
pro his.

Circa primum aduerte, multa pro
2 hoc crimine haberi diffusè in *c. minor
cum alijs sequentibus distinct. 50. & c.
quod non firmatur 32 q. 2. c. interfecto-
res, & c. latorem 33. q. 2. c. neq; cû alijs
sequentibus 15. q. 1 & in alijs pluribus,*
vt autem homicidij certam demus defi-
nitionem, sic dici poterit, homicidium
3 est hominis occisio ab homine facta: sic
*Marianus Soccinus in continuatione
huius rubricæ in 1. p. quinti decretaliû,
n. 2. & sequentibus ex Host. & Goffre-
do in summ.* & eius etymologiam as-
signans dicens, quod homicidium est
hominis cesio.

Dices, contra definitionem homici-
dium est peccatum, sed minister Iusti-
4 tiæ est homo, & occidit homines, &
tamen non peccat, ergo mala est defi-
nitio homicidij, si dicatur, quod est ho-
minis ab homine occisio (nam debet
addi

addi illicita) aliàs sub ipsa definitione
contineretur etiam occisio iustitiæ ; &
tamen hæc non est peccaminosa.

Respondetur distinguendo minorem:
5 occidit vt purus homo, & nego vt mi-
nister Iustitiæ, & potius pro Deo, &
concedo ; & ideo minister vt non pec-
cet talem debet habere finem in exe-
cutione iustitiæ, cæterum iniustè con-
demnantes, & pariter iniustam exe-
quentes sententiam, peccant, & alijs
pœnis ligantur, vt diximus *libro 3. de
sententiæ executione*.

Nota tamen, quod si in latiori signi-
ficatione accipiatur homicidium quæ-
7 libet hominis offensio, homicidium di-
ci potest: nam est cesio hominis; *gl. in
c. homicidiorum, & c. homicidium de
pœnitentia distinct.* 1. Homicidium etiã
8 strictè sumptum, differt à vulnere; vul-
nus enim est, quando fit scissura in cu-
te, vel separatio, seu mutilatio in cor-
pore; *l. si seruus seruũ. §. rupisse. ff. ad
l. aquiliam, & Bart. in l. prætor ait §.
fin. ff. de iniuriis;* imò si sit facta tume-
9 factio extrinseca absque scissura, quia
scissura intrinseca est, tunc etiã vulnus
dicitur illatum; *Socinus loco cit n.* 10.

Aduerte secundò, quod homicidium
10 multiplex est, aliud voluntarium, aliud
casuale, *vt in rubrica decretalium de
homicidio voluntario, vel casuali*. Ca-
11 suale est, quando homicidiũ casu euenit
absque culpa operantis: voluntarium
distinguitur, nam vel est licitum. & est,
vt diximus, quando fit auctoritate pu-
12 blica ab habente potestatem gladij ad
puniẽdos facinorosos, *c. ille Rex* 23. *q.* 1.
& dicitur potestas meri imperij. *l. im-
perium. ff. de iurisdictione omnium iud.*
Illicitum etiam est, quando quis propria
auctoritate interficit hominem, quod
facere potest pluribus modis, scilicet,
ope, consilio, mandato, auxilio, per-
missione, seu approbatione; *Siluest. in
13 summ. verbo homicidium* 1. *n.* 1. & com-
prehenduntur sub carminibus supra
notatis in rubrica de furtis, iussio, con-
silium, &c. Insuper vel homicidium in
rixa, vel appensatum, vt dici solet, vel
nomine proprio, vel alterius; & de hoc
videbimus infra.

Circa secundum aduerte primò, quod
assassinium est homicidium à tertio me-
14 diante pecunia patratum; *Imola, &
Ancharanus in c. pro humani de homi-
cidio in 6 & Albericus in c. 1. de hæreti-
cis in 6.* sicque dicitur, assassinus à ver-
bo Gallico, laisyre, quod est saginare;
gl. hic verbo assassinium.

Aduerte secundò, quod assassinium,
& homicidium differunt inter se pri-
15 mo; nam homicidium est occisio ex se,
& ex propria ira: assassinium vero est
ex mandato alterius. Secundò, assassi-
ni non gaudent immunitate ecclesiasti-
ca, diximus *libro* 2. *Canon. agentes
de immunitate ecclesiastica ex Bulla
16 Gregorii XIII.* Homicidæ vero gaudẽt,
nisi deliquerint sub spe futuræ immuni-
tatis, puta propiè, vel in ianuis Eccle-
siæ, *c. fin. de immunit. Eccles.* Tertiò,
Clericus assassinus conuictus, degrada-
tur, & traditur curiæ sæculari punien-
dus, si autem sit Clericus in minoribus,
17 non opus est degradatione actuali;
Alexander consilio 266. *nu.* 5. *Capicius
dec.* 112. non sic autem pro simplici ho-
micidio, *Diaz in praxi crimin. cap.* 91.
*Abb. & alij in c. pro humani, de homi-
cidio in 6.*

Aduerte tertiò quod ad hoc, vt sit ve-
rum assassinium requiritur, vt interue-
niat pecunia, vel alia res pretio æstima-
bilis, vel data, vel promissa; *Alexander
consilio 166, Bald consilio* 333. Insuper
18 is, qui taliter occiditur debet esse
christianus, *c. 1. de homicidio in 6* & con-
stito de his per rationes probabiles,
licet non omnino euidentes, potest
tamen Iudex procedere in iudicio assas-
sinij, *DD. c. 1. de homicid. in 6.*

Aduerte quartò, quod variæ sunt
pœnæ pro homicidio in genere, & pro
assassinio. Pro homicidio primo de iu-
19 re ciuili imponitur pœna mortis, vt in
*titulo ff. ad l. Corneliam de sicariis, &
l. 3. C. de Episcopali audientia, Afflictus
in cõstitutione Regni quæ incipit Mo-
nomachiam*. Secundo de Iure Canoni-
co, de quo non licet interficere corpus
morte naturali, læditur anima, & corpus
per excommunicationem, *c. si qua di-
20 stinct.* 50. si vero homicida sit Clericus
deponitur ab omni officio, & beneficio,
c. presbyter 50. *distinct.* 81. Pro assassi-
nio prima pœna est, de qua diximus,
quod scilicet nõ gaudeant immunitate,
& Clerici cõsignẽtur curiæ sæculari per
21 sententiam declaratoriam Iudicis ec-
clesiastici: si autem sit in sacris deponi
debet, vt diximus. Secundò, priuatur
assassinus omni officio, & beneficio, vt
hic in §. 1. Tertiò, siue assassinus, siue
22 homicida tenetur reficere omne da-
mnum, quod oritur ex suo homicidio,
& si occisus sit pater familias, sunt alẽdi
filij, dotandæ filiæ, &c. *S. D.* 2. 2. *q.* 62 *ar.*
2. *DD. communiter in cap. statuimus*
19. *q.* 3.

Quæres

Quæres primo, quæ regula sit tenēda pro hoc damno reficiendo.

Respondet *Sotus de iustitia, & iure libro 4.q.6.ar.3.* quod sunt consideran-
23 dæ qualitates filiorum, & aliorum, qui patiuntur damnum, & arbitrio boni viri debet fieri compensatio, per quod tempus occisus viuere poterat, iuxta *text. in l.hæreditate, ff. ad l. falcidiam notat* Sotus loco citato, & Nau.cap.15. n.112.

Quæres secundo, quid si hæreditas non esset sufficiens, & pro refectione talis damni, læderetur etiam legitima heredum, an teneatur reficere totum damnum?

Respondetur, esse reficiendum totum
24 damnum, licet nihil remaneret pro hæredibus; *Nau. loco citato ex Fabro, & Aretino in § iudex institutionibus lib. 4 de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascitur.* Ratio autē esse potest, quia legitima debetur hæredibus de hære-
25 ditate pura, deducto ære alieno, solutis debitis: *l. papinianus, C. de inofficioso testamento:* sed hoc interesse soluendum est æs alienum, ergo prius hoc solui debet, & si quod residuum fuerit, erit hæredum.

Quæres tertio, an offensus, vel eius hæredes tenentur remittere hoc interesse, & facere remissionem pro iniuria, nec prosequi vindictam faciendam à iustitia.

Respondetur: ad nihil ex his teneri,
26 *Couarruuias lib. 2. variarum resolutionum c.10 S D 2.2.q.67.ar.4 Siluest. verbo accusatio nu.* 3. debent tamen odium priuatum remouere, nec prætendere vindictam, sed tantum quod iustitia habeat locum suum, vt puniantur malefactores; id enim facere absq; aliqua radice odij particularis, est potius actus iustitiæ.

In §. non absimilis.

SVMMARIVM.

1 *Assassino comparatur, & huius criminis pœnas subit occidens ex industria, & animo deliberato.*

Occidens est industria, & animo deliberato, comparatur assassino, sic quis clam, & latenter absconditus in aliquo loco occideret transeuntem; hic enim incideret ferè in easdem pœnas assassinij, sic notat *gloss. verbo absimilis ex Doctoribus in cap. 1. extra eodem.*

In §. quod si quis latronem.

SVMMARIVM.

1 *Latro diurnus occidi non potest, si capi potest, & bona sint recuperabilia.*

2 *Depopulator camporum licitè occiditur.*

3 *Latro nocturnus occidi potest si post quam dominus clamauerit non recedat.*

4 *Necessitas non habet legem.*

5 *Clericus occidendo furem fit irregularis.*

6 *Fur non potest occidi, quando bona recuperari possunt alia via.*

1 Aduerte primo, quod non licet indistinctè latronem, vel furem occidere, sed distinguendum est, vel est latro diurnus, & hic occidi non potest, vt talis, si capi possit, & bona recuperari valeant, secus autem si bona sint in aliqua summa notabili, & aliàs irrecuperabilia, *l. vt vim. ff. de iu-*
2 *diciis:* idem dic, si esset depopulator camporum, hic enim licitè interfici poterit, *l.1. & 2. ff. eodem:* vel est fur no-
3 cturnus, & postquam dominus clamauerit, si hic non recedat, & sit periculū maioris partis bonorum poterit à domino occidi, quia id fit ex necessitate, quæ legem non habet *gl. hic verbo ne-*
4 *cessitate,* & patet ex doctrina, *Abb. in c.2. extra eodem.*

Aduerte secundo, hæc omnia limi-
5 tari primo in Clerico, qui pro defensione bonorum non potest absque nota irregularitatis furem occidere, vt notat *gl. in ver. latronē* secūdò generaliter limita, quando bona recuperari pos-
6 sunt alia via; tunc enim potius alia via est tenenda, quam homicidium perpetrandum: *l. furem, ff. ad l. corneliam de sicariis, Abb. in c. 2. extra eodem ex Doctoribus in l.4. ff. ad l. aquiliam.*

In §. idem etiam.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij casualis pœna non euitatur, si aliqua culpa interuenerit.*

Homi-

2 *Homicidium sequens causa putantis arborem secus viam, puniendum est, si non clamauit dum putabat.*
3 *Operam dans rei licitæ, punitur tamen ob non adhibitam necessariã diligentiam.*
4 *Operam dans rei illicitæ ob homicidium, licet casuale, est puniendus.*

HIc de homicidio casuali, de quo multa diximus *libro* 1. *titul. de ijs, qui promoueri non possunt*, agentes de irregularitate ex homicidio; tamen, præter ibi dicta.

Aduerte, quod vt quis euitet pœnã
1 ex homicidio casuali, debet omnino euenisse sine eius culpa, si enim aliqua eius culpa interueniat, licet quoad alia appareat casuale, tamen non euitat pœnas: *c. sæpè. & cap. 1. qui arborem, cum sequentibus distinct.* 50. huius rei exẽplum dat *gl. hic* si quis dat operam agriculturæ, incidendo arbores non aduertat ramum cadentem, & sic hominem
2 interficiat, potest puniri, si id faciebat in loco publico, & non clamauit, vt transeuntes præcauere possent periculũ, *l. si putator. ff ad l. aquiliam*; & hoc nõ obstante, quod det operam rei licitæ;
3 punitur tamẽ, eo quod non adhibuerit diligentiam, quam adhibere tenebatur, secus etiam erit, si id faciebat in loco priuato, & vnde homines transire non poterat, vt si arbores intra proprium fundum, & non propè viam incidebat; tunc enim non tenetur clamare, nec signum apponere, nec pœna dignus est, si casu homicidium eueniat. *DD in d. l. si putator, & notat gloss. hic verbo idem etiam*. Vel quis dat operam
4 rei illicitæ, & tunc tenetur de homicidio quomodocunque eueniat, sic patet in Clerico venatore cum fragore: hic enim tenetur de homicidio inde secuto quantumuis aliàs casuali, *c. suscepimus extra eodem*.

In §. alia ratio.

SVMMARIVM.

1 *Oppressio filiorum à parentibus duplex.*
2 *Oppressio omissiua quæ sit?*
3 *Oppressio commissiua quæ sit?*
4 *Parentes non possunt filios non excedentes annum in lecto retinere sub pœna excommunicationis.*
5 *Parentes de filij occisione, licet in somnis euenerit, tenentur.*
6 *Delicto non resistens videtur illud approbare, & velle.*

1 SOlent aliquando parentes opprimendo filios occidere, hæc autem oppressio dupliciter contingere potest: vel enim est oppressio omissi-
2 ua, vt quando denegant alimenta: *l. si. ect, C. de liberis præteritis*. Vel cõmis-
3 siua, vt quando parentes liberos in lecto opprimunt, & isti puniri possunt, vt homicidæ *l. 1. ff ad l. pompeiam de parricidijs*; vnde de Iure Canonico sub ex-
4 communicationis pœna prohibitum est perentibus filios in lecto retinere, nisi saltem annum excedant; *Siluest. verbo homicidium n.* 15. & quamuis in somnis
5 occisio eueniat, ipsi tamen tenentur, quia qui non resistit delicto videtur ip-
6 sum approbare, & velle; *c. quanto, de sententia excommunicationis*, & alijs pœnis puniuntur dicti parentes; *c. fin. de ijs, qui filios occiderunt*.

In §. quod si filius.

SVMMARIVM.

1 *Pater videtur occidere filium, exponendo illum, vel denegando illi alimenta, & est puniendus.*
2 *Filius expositus siue à patre, siue ab alio sciente patre efficitur sui iuris, extenditur ad seruum respectu domini.*
3 *Exponens filium tenetur ad restitutionem expensarum, quæ pro ipso factæ sunt.*
4 *Pater, vt homicida est puniendus, si deneget filio alimenta.*

SI Pater non occidat filium, sed exponat, vel deneget alimenta, adhuc punitur; nam filius propter hoc li-
1 beratur à patria potestate, & efficitur sui iuris, siue ab ipso patre exponatur, siue ab alio sciente patre: secus autem si pater id ignoret, tunc enim filius non liberatur à patria potestate, *c. 1. de infantibus expositis l. 1 & 2. C. de infantibus, & languidis*. Idem dic si pater fi-
2 lium languidum exponeret, vel patronum, & seruum, nam & illi liberantur à potestate in qualicunque sint ætate, vt patet ex *DD. in d. c. 1.*

Nota tamen, quod exponens ali-
3 quando tenetur ad restitutionem expẽsarum, quæ factæ sunt pro ipso exposito, quod

qnod tunc eſt, quando expoſuit abſque neceſſitate, & dum poſſet aliàs expoſitũ alere; tunc enim iniuſtitia eſt, & alimẽta ſunt reſtituenda ei, qui dedit. *Abb. in c. 1 de infantibus expoſitis*; ſi autem pater non exponeret, ſed denegaret ali-
4 menta filio, ita ut ex hoc fame periret,
puniretur vt homicida, ex *l. necare, ff. de liberis agnoſcendis*.

In §. is quoque.

SVMMARIVM.

1 *Abortus quoquo modo procuratus, punitur vt homicidium.*

2 *Irregularitas per abortum non contrahitur, niſi fœtus ſit animatus.*

3 *Irregularitas inducitur non ab affectu, ſed ab actu homicidij.*

4 *Homicidij pœnæ currunt in abortu.*

5 *Occidere eſt alicuius impedire natiuitatem.*

6 *Abortum procurantes, conſulentes, vel confirmantes, grauiſſimis pœnis puniuntur per Bullã Sixti V.*

7 *Bulla Sixti V. contra procurantes abortum, limitatur à Bulla Gregorij XIV. vt currat quando fœtus eſt animatus.*

8 *Excommunicationem contra procurantes abortum, abſoluunt Ordinarij locorum.*

HIc de alia ſpecie homicidij, quæ habetur per abortum, pro quo.
Aduerte primò, quod quoquo
1 modo procurantes abortum, puniendi ſunt vt homicidæ, ſiue fœtus ſit animatus, ſiue non, ſiue cauſa libidinis explendæ, ſiue vt omnino impediretur generatio: ſic *Lancellottus notat hic ex l. ſi aliquod, §. abortionis. ff. de pœnis ex Abb. in c. ſi aliquis extra eodem*; tamen
2 quo ad notam irregularitatis non habet locum, niſi fętus ſit verè animatus. *c. ſi aliquis, & c. ſicut extra eodem, c. quod vero 13. q. 2.* ratio autem eſt, quia
3 pœna irregularitatis eſt omnino conſecutiua ad verum homicidium: vnde neque affectus homicidij (licet ſit peccatum homicidij) irregularitatem in-
4 ducit, ſed requiritur proprius actus homicidij, vel concurſus in illum. Cæterum pro alijs pœnis, etiam fœtu non animato, bene currunt aliæ pœnæ homicidij, & licet non videatur comprehẽdi ſub definitione poſita, tamen tacitè
5 comprehenditur; nam idem eſt impedire natiuitatem, ac occidere iam natum, vt notat *gl. hic in figuratione caſus, & colligitur ex c. 2 extra de falſo.*

Aduerte ſecundò, quod contra pro-
6 curantes, conſulentes, vel conſentientes in crimine abortus, adeſt *Bulla Sixti V.* per quam imponuntur grauiſſimæ pœnæ, ſignanter excommunicatio reſeruata Sedi Apoſtolicæ, ſiue in fœto animato, ſiue non. Hodie tamen ex *Bulla Gregorij IV.* eſt limitata dicta
7 *Bulla Sixti*, vt locum habeat tantum quando fœtus eſt animatus, & excommunicatio intelligitur reſeruata Ordinarijs locorum, ſic *Quaranta in ſumma bullarum*, vbi refert dictam *Bullam*
8 *Gregorij verbo abortus. & Sainum de cenſuris libro 3. c. 35. n. 24.* vnde dicta bulla ferè reducitur ad diſpoſitionem iuris communis, vt in dicto *c. ſi quis, & c. ſicut extra eodem*.

In §. nouiſſimè.

SVMMARIVM.

1 *Mortem ſibi nemo conſcire poteſt, & id patrantes quibus pœnis puniantur?*

2 *Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.*

3 *Oratio pro ijs, qui mortem ſibi conſciuerunt non eſt facienda: quare?*

4 *Sacerdos in memento miſſæ poteſt ſecretò orare pro defunctis excommunicatis.*

5 *Bona mortem ſibi conſciẽtium applicantur fiſco.*

6 *Mortem ſibi conſcientes priuantur eccleſiaſtica ſepultura, & ſi ſuperuiuant, excommunicantur.*

7 *Furor excuſat crimen.*

1 NEmo poteſt ſibi mortem conſcire, & pro ſic moriẽtibus non eſt orandum, & aliæ pœnæ imponuntur. Ratio primi eſt, nam
2 nemo eſt dominus mẽbrorum ſuorum *l. liber homo, ff. ad l. aquiliam*. Ratio ſecundi eſt, nam ſic decedentes præſumuntur in poteſtate dæmonum, & pro
3 ſic decedentibus non eſt orandum; illic enim non peruenit ſatisfactio fidelium, dum in infetis non eſt redemptio. Idem dic de publicè excommunicatis, quia nec pro ipſis eſt orandum, nec ſacrificium offerendum, licet poſſit ſacerdos in memento miſſæ ſecretè orare pro ipſis: *Vgualdus de excommunicat. c. 12.*

c.12 & Nau. c.27. n.36. Pœnæ sunt de Iure Ciuili ex quo bona ipsorum applicantur fisco. l.1. & 2. ff. de ijs qui mortem sibi consciuerunt, intel ige tamen si essent criminosi de tali crimine, cui
6 subsequeretur confiscatio bonorum De Iure Canonico priuantur Ecclesiastica sepultura. cap. sanè 24. q.1. & si super-
7 uiuant sunt excommunicati. cap placuit 23. q.5. & c. si quis dist. 55. quod limita quando ex furore id euenerit, vt notat glos. hic in c. si quis insaniens 23. q.5.

DE INIVRIIS, ET DAMNO dato.

TITVLVS VNDECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria definitio.*
2 *Iniuria grauior habetur, quæ clerico illa, quæ laico infertur.*
3 *Iniuria crescit æstimatione hominum.*
4 *Iniuriæ leuis cognitio ad inferiores Iudices remitti solet, grauis ad superiores.*
5 *Iniuria illata in via publica est grauior illa quæ domi infertur.*
6 *Actio iniuriarum pluribus competit.*
7 *Actio iniuriarum competit Patri pro iniuria illata filio. & è contra.*
8 *Pater, & filius pro vna persona habentur.*
9 *Actio iniuriarũ competit Domino pro iniuria illata seruo.*
10 *Actio iniuriarum competit superiori pro iniuria illata subdito.*
11 *Iniuria tripliciter fere infertur.*
12 *Iniuriato non licet se alia iniuria defendere ad vindictam.*
13 *Iniuria, quæ infertur pro defensione honoris est licita.*
14 *Homo plus diligit se ipsum, quam proximum.*
15 *Iniuriatus potest iniurianti ad reprimendam illius audaciam iniuriam inferre.*
16 *Moderamen incu'pata tutelæ est adhibendum in responsione verborum iniuriosorum.*
17 *Iniurianti de falsis potest quis dummodo non sit ad vindictam dicere, mentiris falso gutture.*
18 *Contumeliarum circumstantiæ, quomodo, & an sint in confessione aperienda?*
19 *Contumeliarũ numerus in vnico actu non est in confessione explicandus.*
20 *Contumeliarum qualitas diuersa non est explicanda in confessione.*
21 *Actio iniuriarum tollitur morte iniuriantis pro persona, sed pro interesse durat contra hæredes.*
22 *Actio iniuriarum tol itur remissione ab iniuriato obtenta.*
23 *Pater potest remittere iniuriam filio illatam.*
24 *Iniuria facta filio patri irrogata videtur.*
25 *Pater non potest remittere iniuriam filio illatam, si id fiat cum dedecore nobilitatis, & qualitatis filij.*
26 *Actio iniuriarum remitti potest à constituto in articulo mortis expressè, non in confessione peccatorum.*
27 *Actio iniuriarum non præsumitur remissa, sed rancor tantum depositus.*
28 *Iniuriarum pœna est arbitraria attenta illarum, vel personarum qualitate, sed aliquando peruenit ad pœnam mortis.*
29 *Pœna à legibus æstimantur secundum qualitates rerum, & conditiones personarum.*
30 *Iudex de Iure canonico potest dare iuramentum iniuriato vt iuret in veritate quanti iniuriam æstimet.*
31 *Iniurians tenetur ad refectionem dãni illati iniuriato etiam si casu euenerit in rixa.*
32 *Iniurianti opem dans tenetur etiam ad interesse illatum.*
33 *Culpa licet leuis, tamen punitur in Iudicio criminali secundum suam leuitatem.*
34 *Iniuriã infertis alicui causa imperitiæ in suo munere vel officio etiã tenetur.*
35 *Ignorans quod scire debet est in culpa.*
36 *Medicus si ex sui imperitia infirmus pereat tenetur ad interesse.*
37 *Aduocatus si ex sua ignorantia Cliens causam amittat, tenetur reficere deperditum.*



ALIVS modus quo læduntur homines est per iniuriam, vel damnum ipsis illatum, merito de ipsis hic erat videndum ad cuius tituli, & §. 1. intelligentiã. Aduerte primò, quod iniuria est quid.
1 quid fit contra Ius alterius. cap. quod dicam 14 q.4 vnde quomodocunque quis lædatur, siue in persona, facto, vel verbis, siue in rebus, siue quomodocunque

A a sem-

semper dicitur iniuriatus. Solet autem
crescere iniuria, vel ratione personæ, &
2 sic grauior est iniuria illata clerico quã
laico. *DD. in cap. si quis suadente dia-
bolo* 17. q. 4. Vel ratione æstimationis
hominum, sic in vna ciuitate vnum
verbum æstimatur magis iniuriosum,
3 quod in alia non sic. *Angelus in l. non
solum, §. mandatum, ff de iniurijs, &
cap. peruenit de sententia excommuni-
cationis*, quare attenta eius grauitate,
vel leuitate, quotiescunque iniuria æsti-
matur leuis, eius recognitio, & iudicium
4 remitti solet iudicibus inferioribus, vt
de facto seruatur in iudicio percussionis
clerici, an sit grauis, vel leuis. *DD. in
d. c. si quis suadente diabolo*. Idem dic
5 ratione loci in quo fit, & sic grauior est
iniuria illata in via publica, quam in
priuata domo. *l. idem apud Labeonem,
§. qui ait. ff eodem*.
6 Aduerte secundò, quod actio iniuria-
rum pluribus competit, & sic primò ip-
simet iniurato vt habetur hic. Secundò,
7 patri propter iniuriam illatam filio, & è
contra *l filius familias, ff de actionibus,
& obligationibus*, pater enim, & filius
8 pro vna persona habentur *l fin. C. de
impuberum, & alijs*. Tertiò, Do-
mino pro iniuria illata seruo, & viro pro
9 illata iniuria vxori, d. *l. item apud La-
beonem. § prætor, & l. 1. citato titulo*.
10 Quartò. datur superior pro iniuria il-
lata subdito. *cap Parochianos. de senten-
tia excommunicationis*.
Aduerte tertiò, quod iniuria triplici-
11 ter inferri solet scilicet in persona, in
fama, in bonis, per vulnus per verbum
iniuriosum. per furtum, & simile dam-
num. Pro furto, vel homicidio patet ex
dictis, pro iniurijs verbalibus.
12 Quæres primò. An licitum sit ab in-
iurante media alia iniuria se defendere.
Respondetur negatiuè, si id fiat ad
vindictam sic *Soccinus in cap si vixati,
de iniurijs, & damno dato*, & mouetur
ad hoc dicẽdum ex dicto *Regis Prophe-
tæ: Et qui inquirebant mala mihi lo-
cuti sunt iniquitates, ego autem sicut
surdus non audiebam, & sicut mutus
non aperiens os suum*. Sed melius di-
stinguendum est, vel quis vult redigere
conuicia omnino ad vindictam, & id
non licet, vt per eundem *Soccinum loco
13 cit.* vel quis id facit ad defensionem
proprij honoris ex hoc præciso fine, &
non ex vindicta, & tunc licitum est, sic
docet *S. D.* 2. 2. q 27 *art.* 3. Primò ad
hoc, vt conuiciens refrenetur. Secundò,
quia homo plus diligit seipsum, quam
14 proximum ex regula legis præses, sed
non debet quis pati, vt proximo infera-
tur iniuria; ergo neque tenetur ipse pa-
ti. Tertiò, propter bonum ipsius con-
uiciantis, & vt imposterum suam auda-
15 ciã refrenet. *Prouerbiorum cap. 26. ibi:
Responde stulto secundum stultitiam
suam, ne sibi sapiens esse videatur c. 2.
de regulis iuris in 6*.
Quæres secundò qui modus sit adhi-
bendus in tali responsione pro verbis
iniuriosis illatis.
Respondetur esse adhibendum mo-
16 deramen inculpatæ tutelæ, ac proinde,
quod non potest quis falsitatem, vel aliã
turpem notam opponere conuicianti,
sed si iniuria non sit vera poterit dice-
re mentiris falso gutture, dummodo etiã
17 non faciat hanc responsionem animo
vindictæ, sed tantum propter dictas ra-
tiones, sic tenet *Speculat. in tit. de ad-
uocatis, §. iam nunc versiculo hoc tamẽ
caueant*.
Quæres tertiò: An in confessione sit
18 explicanda circumstantia contumelia-
rum: An fuerint plures vnico actu, &
quare.
Respondetur, sufficere si dicat se vni-
19 co actu varijs contumelijs proximum
affecisse, nec est explicandus numerus
contumeliarum. *Fagundez procepto 2.
lib 3 c. 5. n. 3. Azorius tom. 1. lib. 4 c. 4.
q. 5 Filiucius tom 2. tr. 21. c. 9. n. 322.
Laiman lib 1. tr. 3. c. 3. n 5. & alij DD.*
qui dicunt nec diuersitatem contume-
liarum esse explicandam, puta vocaui,
20 furem, infamem. &c. sed sufficit dicere
se varijs contumelijs grauibus, vel leui-
bus proximum affecisse.
Aduerte tertiò, quod potest tolli in-
iuriarum actio pluribus modis. Primò,
per mortem iniuriantis: nam extincta
persona cessat actio contra ipsam licet
21 remaneat actio contra hæredes, vt sa-
tisfaciant pro interesse *l iniuriarum
13. ff. de iniurijs & c. 1 de iniurijs*. Se-
22 cundò, per remissionem iniurati; vnus-
quisque enim potest cedere iuri suo. *l. si
tibi decem, §. 1. ff de pœnis*. Tertiò, po-
23 test pater remittere iniuriam illatam
filio. *l. sed si vnius § planè. ff. de iniu-
24 rijs*, & ratio est, quia iniuria facta filio
patri irrogata videtur. *l isti quidem,
§. fin. ff. quod metus causa*. Limitat
tamen dictum *Oinotom. lib. 4. ciuili hoc
eodem titul. §. patitur*, quando filius
esset persona nobilis & satis digna, tunc
enim remissio patris nihil operatur in
præiudicium prærogatiuæ ipsius filij, ait
enim ipse, quod nostri prudentes indi-
carunt

catunt sordidum patrem non debere
generoso filio quandam degeneris, humi-
lisque animi notam inurere. Quartò, si
quis remittat expressè in articulo mor-
tis constitutus, secus autem si confitea-
26 tur tantum peccata sua, & remittat ge-
neraliter omnem rancorem, tunc enim
non censetur remissa iniuriarum actio.
*Bart. in l. non solum, §. iniuriarum, ff.
eodem*. Si autem simus in dubio: An
moriens remiserit rancorem, & actio-
nem iniuriarum, tunc censendum est
27 rancorem tantum remisisse, non autem
actionem iniuriarum, quod autem præ-
sumatur remissus rancor ea est ratio,
quia alias nullus fidelis bene posset di-
cere orationem dominicam, ac proinde
non est remissa iniuriarum actio, sic no-
tat *Faber in § fin eodem titul. libro 4.
ciuili*.

Aduerte quartò, varias esse pœnas
iniuriarum: & primò, de Iure Ciuili pœ-
na est arbitraria, vnde potest Index cō-
28 siderata qualitate personarum, iniuria-
rum, &c. peruenire etiam vsque ad sen-
tentiam mortis, sic notat *Angelus in §.
in summa eod. titulo lib. 4. ciuili ex text.
in l. prospiciendum, ff de pœnis. l. pedius,
§. 1. ff de incendio, ruina, &c.* vbi ha-
betur, quod secundum qualitates rerū,
& conditiones personarum sunt pœnæ
æstimandæ, ne quid durius aut remissius
29 constituatur, quam causa postulet, &
*glos. in d. §. in summa verbo extraordi-
naria*, expressè idem docet. Secundò,
de Iure Canonico potest Iudex dare iu-
ramentū iniuriato, vt iuret quanti æsti-
30 met in veritate talem iniuriam sibi il-
latam, & obligare iniuriantem, vt præ-
stet id, quod ipsi Iudici æquum videbi-
tur, attentis etiam alijs circumstantijs.
*Rota Romana decisione 127. & Graffius
lib. 2. c. 22. n. 7.*

Aduerte vltimò, quod qui damnum
intulit, damnum reficere tenetur, vnde
31 licet in rixa iniuria euenerit, non ex-
cusatur tamen iniurians à refectione
damni, puta si iniuriatus amitteret ope-
ras suas, lucrum, &c. *Abb. & Specul. in
c. 1. extra eodem ex Bart. in l. non solū,
§. iniuriarum, ff. eodem, & gl. bic ver-
bo restituet, vbi plura iura adducit.*

Extende dictum primò, licet quis nō
32 fuerit principalis, sed tantum concurrit
dando opem, vel consilium, qualibet
enim culpa licet leuis punitur in Iudicio
criminali, licet secundum suam leuita-
33 tem. *Abb. in c. fin. extra eodem, & l.
item mela §. alius, & §. itē, ff. ad l. Aqui-
liam c. sicut dignum, §. illi de homicidio.*

Extende secundò, quando quis ex
34 imperitia in proprio munere iniuriam,
seu damnum intulit, tunc enim tenetur
etiam ad interesse reficiendum, quia
hæc imperitia culpæ cōparatur, & vnu-
squisque est in culpa quotiescūque igno-
35 rat, quod scire debet. *l. Iulianum, ff ad
macedonianum*, quod exemplificat *glos.
bic* in duobus casibus primus est in me-
dico: nam si ex eius imperitia cura in-
36 firmus pereat, ipse tenetur ad interesse.
*c. tua de homicidio, & c ad aures de ata-
te & qualitate, &c.* Secundus casus est
37 in Aduocato, seu Doctore, si enim ex
eius imperitia Ius Clientis pereat, amit-
tit causam, ipse Doctor tenetur reficere.
Abb. in c. fin. extra eodem.

In §. quod si animalia.

SVMMARIVM.

1 *Animalia damnum dantia possunt pro damno offerri.*
2 *Animal ferox non suffi it offerri pro damno, sed debet Dominus animalis damnum reficere.*
3 *Animalis damnum si casu, & nulla domini negligentia eueniat ad nihil tenetur.*

1 Possunt etiam res nostræ alijs in-
ferre iniuriam, & sic possunt ani-
malia nostra alienis territorijs
damnum inferre, ideo si Dominus ani-
malis velit se liberare poterit dare ani-
mal pro pretio noxæ, & damni, vt in
*toto titul. libri 4. Ciuilis si quadrupes
pauperiem fecisse dicatur.*

Aduerte tamen, quod si animal sit fe-
2 rox non sufficit ipsum offerre pro dam-
no, sed debet etiam Dominus compelli
ad reficiendum totum damnum, debet
enim maiorem adhibere diligentiam,
neque debent hæc animalia vbique te-
neri. *§. id quoque citato titulo*, secus au-
tem si Dominus nullam omisit diligen-
3 tiam, sed casus fuit omnino fortuitus,
tunc enim ad nihil tenetur, nec animal
ipsum dare, vt videtur insinuare. *gl. bic
verbo omisit, l. si putator, l. qui occi-
dit, ff ad l. aquiliam*, secus autem si dam-
num inferat modo quo supra diximus,
tunc tenetur Dominus, vel animal da-
re, vel damnum reficere. Idem dic de
seruo, quem Dominus tenetur relinque-
re innoxium. *§. 1. libro 4. de noxalibus
actionibus, & l. 1. ff. citato.*

In §. inferuntur cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria infertur per compositionem famosi libelli.*
2 *Iniuriam inferens per famosum libellum actione iniuriarum, & pœna mortis punitur.*
3 *Libellos famosos conficientes puniuntur pœna excommunicationis, & fustigationis, & infamia.*
4 *Libellum famosum conficiens non potest testamentum conficere, neque in illo esse testis.*
5 *Libellos famosos contra Religiosos componentes excommunicantur ipso Iure, & absolutio Papæ reseruatur.*
6 *Inuentor libelli famosi nisi illum statim laceret, & comburat eadem pœna punitur.*

HIc agitur de modis quibus iniuria infertur, & pœna dicitur arbitraria, vt diximus, verum, quia vnum modum non tetigimus ideo pro ipso.

Aduerte primò, quod alius modus
1 quo infertur iniuria est per compositionem famosi libelli, qui enim contra aliquem famosum libellum composuerit punitur etiam actione iniuriarum. *l. lex*
2 *cornelia, l. sicut liber, ff. eodem* & pœna mortis etiam imponitur. *l. vnica, C. de famosis libellis.*

Aduerte secundò, quod de Iure com-
3 muni conficiētes dictos libellos puniũtur pœna excommunicationis, & fustigantur. *c. 1. & 2. 3. q. 1.* & efficiuntur infames saltem quoad deponendum. *Siluest. verbo libellum ex c. 3. §. ob carmen 4. q. 3. & gl. ibidem*, ibi: (ob carmen famosum damnatus intestabilis sit) imo nec potest sic damnatus testamentum
4 facere, nec esse testis in illo. *l. cum lege, ff. qui testamenta facere possint* Si autẽ libellus famosus sit publicus, ad infamiã religiosorum, componentes, vel publi-
5 cantes sunt excommunicati ipso Iure, & absolutio est reseruata Papæ. *Caetan. in summ. verb. excõmunicatio casu* 81.

Aduerte tertiò, quod etiam inuen-
6 tor talis libelli punitur, vt auctor eiusdem, nisi statim, ac inuenerit dilaceret, ac comburat, & hic pœna mortis de Iure Ciuili. *l. 1. C. de famosis libellis.*

DE ECCLESIASTICIS censuris.

TITVLVS DVODECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Censura etymologia, & definitio.*
3 *Censura ad quid tendat.*
4 *Censura fit multipliciter.*
5 *Censura propriè dicitur, quando quis punitur per suspensionem.*
6 *Priuata persona punitur per excommunicationem.*
7 *Vniuersitas punitur interdicto.*
8 *Censura omnis Ecclesiastica ad tria reducitur.*
9 *Iudex delegatus, qui habet facultatem coercendi delinquentes potest ad hoc vti quibuslibet censuris.*
10 *Communicatio cum suspenso, vel interdicto non prohibetur, sed cum excommunicato.*
11 *Interdictum propriè cadit in locis impropriè in hominibus.*
12 *Suspensionis, vel interdicti effectus suspendi potest ad tempus: non sic excommunicationis.*
13 *Irregularitas, quæ dicatur?*
14 *Irregularitas aliquando non supponit culpam, & tunc dici debet potius impedimentum non pœna.*
15 *Depositio, quæ dicatur? & hæc pena semper supponit culpam.*
16 *Degradatio, quæ dicatur.*



1 PRO delictis, & criminibus pœnæ imponuntur, vidimus hucusque de delictis, quibus homines lædunt maiestatem Diuinã, & humanam, sequebatur videre de pœnis, quibus vtitur Ecclesia ad punienda dicta crimina, & sic de excommunicationibus interdictis, &c. ad cuius tituli intelligentiam.

Aduerte primò, quod censura idem est, ac correctio ex verbo censeo, vnde intelligimus Ecclesiam vti censuris non
2 ad vindictam, sed potius ad correctionem est enim sponsa Christi, qui non vult mortem, sed correctionem peccatoris, & sic definiri potest censura ex *c. querenti de verborum signif.* Est correctio quædam Ecclesiastica circa fideles,

excom-

excommunicationem, suspensionem, & interdictum comprehendens.

Aduerte secundò, quod omnis censura tendit ad puniendos homines, &
3 ideo vel priuatur homo officio suo, vel communione fidelium, quando priuatur officio suo, distinguendum est, vel priuatur in perpetuum, & hoc fit per depositionem, per sententiam, & sic non
4 potest dici censura: nam non tendit ad correctionem talis personæ, vt scilicet deinde melius administret in tali officio, hoc enim non habet locum cum de facto in totum priuetur. Vel priuatur officio ad tempus, & hoc fit per su-
5 spensionem, quæ est vera censura. Quoad priuationem communionis fidelium
6 adhuc sub distinguendum est, vel hic punitur, vt priuata persona, & hoc fit per excommunicationem. Vel vt est pars vniuersitatis Ecclesiæ, & hoc fit per in-
7 terdictum per quod priuatur homo Sacramentis, & sepultura, vt notat hic *Lancellottus in S. Ecclesiasticæ*, & aduertit *gl. ibidem*, ex quibus apparet,
8 quod omnis cēsura Ecclesiastica ad hec tria reducitur, quæ sunt excommunicatio, interdictum, & suspensio, de quibus omnibus videbimus infra.

Aduerte tertiò, ex *gl. hic verbo tria*, ex dictis esse colligendum, quod quotiescunque Iudici delegato datur facultas coercendi delinquentes, vel aliter
9 inobedientes per censuram, tunc videtur data potestas, vt possit omnibus his modis vti ad compellendum, colligit ex *Abb. in d. c. quærendi*, *& in c. fin. de verborum significatione*. Differunt tamen hæc tria inter se in multis. Pri-
10 mò, in participatione: nam cum suspenso, vel interdicto habemus communicationem non sic cum excommunicato. Secundò, quia interdictum pro-
11 priè cadit in locis, impropriè in hominibus. *cap postulasti de Clerico excommunicato ministrante*, *cap. cum dilectus de religiosis domibus*. Tertiò, effectus suspensionis, vel interdicti suspendi potest ad tempus, excommunicatio vero,
12 vel in totum tollitur, vel in totum permanet, & in alijs differunt, vt notat *Soccinus 2. p. quinti decretalium in continuatione rubricæ, de sententia excommunicationis n. 9.*

Aduerte quartò, quod habet etiam Ecclesia alias pœnas, quæ sunt irregularitas, depositio, degradatio. Irregu-
13 laritas est vinculum, quo homo vel impeditur ab ordine suscipiendo, vel impeditur à ministerio in ordine suscepto. *Siluest. verbo irregularitas. Couarruuias in Clem. si furiosus. q. 1. in principio*, & solet hæc aliquando esse etiam sine culpa, vt diximus *libro 1. de ijs, qui pro-*
14 *moueri non possunt*, *& patet ex c. significasti de homicidio*, *c. Clericorum dist. 5.* quando autem est sine culpa, tunc dici potest potius impedimentum, quam pœna, non potest enim dici pœna illa, quæ culpam non supponit, vt est in mãco à natiuitate, in cœco ex casu, & in si-
15 milibus. Depositio vero est ab ordine positio, & hæc semper supponit culpam, & est vera pœna. Degradatio est depo-
16 sitio cum solemnitate, & consignatione curiæ sæculari. *c. 2. de pœnis in 6.* & hæc supponit culpam grauiorem, quæ omnino tali pœnæ compensatur.

DE SENTENTIA excommunicationis.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio, est pœna grauior inter omnes alias Ecclesiasticas.*

2 *Excõmunicationis definitio traditur.*

3 *Excommunicatio duplex est maior, & minor.*

4 *Excommunicationis maioris effectus est priuari gratia Dei, quia supponit peccatum.*

5 *Excommunicationis maioris alius effectus est Angeli boni auxilium retardare.*

6 *Excommunicationis maioris, siue iusta, siue iniusta alius effectus est priuare excommunicatum commercio hominum.*

7 *Excommunicationis maioris alius effectus est ligare bruta irrationalia, plantas, &c.*

8 *Excommunicatus non potest tali vinculo se liberare sola contritione, sicut à peccatis.*

9 *Excommunicatus est infamis infamia facti.*

10 *Excõmunicatus est etiam infamis infamia Iuris, si hanc inducat delictum, cui annexa est excommunicatio, vel si per annum steterit nõ petendo absolutionem.*

12 *Excõmunicatus suscipiens Sacramenta etiam à ministro excommunicato valet talis collatio; quod si scienter id actum est peccat mortaliter.*

13 *Excommunicatio maior dicitur alio voca.*

vocabulo anathema.

14 *Anathematis etymologia.*
15 *Excõmunicatio minor priuat vsu Sacramentorum, non vero commercio hominum.*
16 *Excommunicatio minor non priuat Ecclesiastica sepultura.*
17 *Excommunicatio habuit originem à Iure positiuo Ecclesiastico.*
18 *Excommunicato maiori communicãs nulla ex necessitate peccat mortaliter.*
19 *Excommunicato maiori communicãs causa vrbanitatis non potens illum euitare venialiter peccat, si autem ad bonum finem non peccat, sed meretur.*
20 *Prohibitum à superiore sub pœna excommunicationis an maiorem, vel minorem includat?*
21 *Odia sunt restringenda.*
22 *Excommunicatio maior est intelligenda in prohibitione sub excommunicationis pœna.*
23 *In dubijs tutior pars eligenda.*
24 *Absolutio ab excommunicatione, vt à maiori est facienda, quia minor sub illa continetur.*
25 *Excommonicatio alia est à Iure alia ab homine.*
26 *Excommunicatio à Iure, quæ imponitur à canone est generalis, quæ a synodo, particularis.*
27 *Excommunicatio ab homine est, quæ à superiore Ecclesiastico profertur.*
28 *Excommunicatio quæ dicitur ipso Iure, vel facto, vel statim nullam requirit citationem, sed citatur ad dicendum causam quare nõ debeat declarari excommunicatus.*
29 *Excommunicatio cõminatoria requirit sententiam aggrauantem, & declarantem.*
30 *Excommunicare non est permissum omnibus superioribus Ecclesiasticis.*
31 *Excommunicare quinam possint?*
32 *Excommunicationes factæ in concilijs synodalibus non possunt tolli, nisi in alio concilio synodali.*
33 *Excommunicationis pœnam imponere possunt superiores regularium.*
34 *Excommunicare non possunt, qui non habent iurisdictionem.*
35 *Excommunicare non possunt infames, & publici excommunicati.*
36 *Excommunicare fœmina non permittitur, nisi à Papa habeat speciale priuilegium.*
37 *Excommunicari non possunt non subditi.*
38 *Excommunicari non possunt infideles.*
39 *Excommunicari nõ potest superior ab inferiore.*
40 *Excommunicari non potest par à pari.*
41 *Par in parem non habet imperium.*
42 *Excommunicari non possunt infantes, amentes, furiosi, &c.*
43 *Excommunicationis in sententia proceditur iuridicè.*
44 *Excommunicatio ab homine prauias monitiones requirit saltem tres, vel vna pro tribus sufficit in causa vrgenti.*
45 *Excommunicatio requirit Iudicis intentionem, nec non partis petentis.*
46 *Excommunicationis sententia in scriptis est facienda.*
47 *Index excommunicationem ferens nõ prauia monitione suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officijs per mensem.*
48 *Excommunicatus ministrans Sacramenta, vel sacrificans, vel concurrẽs ad sacrificium est irregularis.*
49 *Clerici excommunicati ministrantes solemniter sunt irregulares non priuatim.*
50 *Excommunicatus excommunicatione minori impeditur ab vsu Sacramentorum passiuè: si tamen ministret seclusio scandalo peccat venialiter.*
51 *Ministerium est quid spectans ad Iurisdictionem fundatam in ordine.*
52 *Sacerdos excommunicatus ministrans Eucharistiam ab alio consecratam non peccat mortaliter.*
53 Tex. in cap. si celebret, de clerico excõmunicato ministrante *explicatur.*
54 *Peccati appellatione intelligitur de mortali.*
55 *Collatio Sacramentorum non interdicitur excommunicato excommunicatione minori per* tex. in cap. si celebret.
56 *Peccatum veniale potest esse, & graue, & leue.*
57 *Excommunicationis alius effectus est priuare electione actiua, & passiua.*

1 NTER pœnas Ecclesiæ grauior est excommunicatio, merito ab ipsa est inchoãdũ, ad cuius tituli, & § primi intelligentiam videbimus, quid, & quotuplex sit excommunicatio, & aliqua circa ipsam notabimus ideo:

Aduerte primò, quod excommuni-
2 catio est censura à canone, vel à Iudice Eccle-

Ecclesiastico prolata priuans legitima communione, quandoque hominum, quandoque Sacramentorum sic definit *Martianus Soccinus loco citato n. 19.* & ait esse definitionē. *Zabarella in c. perpendimus extra eodem*, & videtur aptissima definitio, nam sub ipsa comprehēditur tam excommunicatio maior, quā minor, vt patet ex singulis eius verbis, quæ omnia apponuntur loco generis, & differētiæ, & comprehendit omnes species sui definiti.

Aduerte secundò, quod excommuni-
3 catio alia est maior, alia minor. Excommunicatio maior habet varios effectus,
4 & primò sic excommunicatus priuatur gratia Dei, quia excōmunicatio maior peccatum supponit, vnde Dæmon vtitur ipso, sicut rusticus asino, *textus. & gl. in c. audi denique 11. q. 3.* Secundò,
5 Angelus bonus retardat se ab auxilio erga talem, & minus operatur ad eius subleuamen, & ideo Angelus malus magis præualet. *Soccinus in c. sacris extra*
6 *eodem n. 19* Tertiò, siue sit iusta, siue iniusta priuat commercio hominum. *c. 1. 11. q. 3.* Quartò, ligat, & punit etiā bruta, sic refert *Soccinus loco citato n. 33. & sequentibus*, vbi multa adducit
7 exēpla inter cætera de passeribus infestantibus Sacerdoti celebranti qui fuerunt excommunicati ab eodem Sacerdote, & ex tunc quicumque tales passeres ingrediebantur Ecclesiam moriebātur. Idem habuit locum in arbore exsiccata propter securim, quam retinebat cuiusdam rustici, qui vt illam inueniret monitiones præmisit, & sententiam excōmunicationis aggrauari curauit. Quin-
8 tò, excommunicatus non potest resurgere à tali vinculo sola contritione, & proposito confitendi (sicut potest à peccatis) sed debet absolui positiuè. *cap. cum desideres & c. cum à nobis, de sententia excommunicationis*. Sextò, ex-
9 communicatus est infamis infamia facti, nam apud homines eius opinio decoloratur. *cap. sunt plurimi 6. q. 1. c. de crimine 15. q. 5 patet ex l. honori, & l. licet, C. de obsequijs libertorum. & glos. in §. minor institutionibus lib. 1. de capitis diminutione*, excommunicatos deportatis æquiparat. Erit etiam infamis infamia Iuris, si delictum cui est annexa
10 excommunicatio tale sit, quod induceat infamiam, vel steterit per annum in tali vinculo, nec petierit absolutionē, patet ex *Soccino in d. c. sacris n. 37. & deinceps.* Septimò. priuat vsu sacramē-
11 torum actiuè, & passiuè, si tamen excommunicatus de facto reciperet Sacramenta, quæ imprimunt characterem
12 etiam à ministro excommunicato valet talis collatio, si tamen scienter recipiat peccat mortaliter, & ideo nec recipit gratiam. *c. 1. & 2. de eo qui furtiuè ordinem suscepit diximus lib. 2. de Sacramentis*. Producit alios effectus de quibus infra.

Nota etiam, quod hæc excommuni-
13 catio maior solet aliquando dici anathema, quæ vox idem est, ac supra maledictio à græco, ana, quod est supra,
14 & theta, quæ erat figura, qua signabantur damnati, & apponebatur in fronte. *cap. guilisarius 23. q. 4. & Soccinus in rubrica extra eodem n 13.*

Excommunicatio minor priuat par-
15 ticipatione, seu vsu Sacramentorum, non autem communione fidelium, notatur hic; non priuat tamen ministerio Sacramentorum, notat *gl. ex Victoria de Sacramentis in summa in fine*, nec priuat Ecclesiastica sepultura, quod pa-
16 ret per argumentum à contrario sensu, ideo priuantur excommunicati maiores, quia quibus viuis non communicamus, nec mortui communicare debemus, sed excommunicati excommunicatione minori communicamus in vita; ergo etiam in morte.

Quæres primò, vnde habuerit originem excommunicatio.

Respondetur habuisse ortum à Iure
17 positiuo Ecclesiastico, & fuit figurata à responsione, quam fecit Dominus *Matthæi 18.* sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus, & *Paulus Apostolus 1.* vsus est excommunicatione, vt in d. c. *guilisarius*.

Quæres secundò: An communicans excommunicato maiori peccet semper sic communicando.

18 Respondetur cum distinctione, vel poterat non communicare, & communicauit in contemptum excommunicationis, & peccat mortaliter, vel id fe-
19 cit, quia non poterat aliter euitare modo ciuili, & vrbano, & peccat venialiter, vel fecit ad bonum finem, & ad correctionem, & nullo modo peccat, imo meretur. *Nau. c. 27. n. 24.*

20 Quæres tertiò. quid si superior aliquid prohibuit sub excommunicationis pœna: An debeat intelligi de maiori, vel de minori, & pro dubij ratio-
21 ne videbatur esse dicendum de minori, quia sumus in odiosis, & odia sunt restringenda ex *cap. odia in 6.*

22 Respondetur tamen hoc non obstāte

esse

esse intelligendum de excommunicatione maiori, & ratio est, quia sumus in dubijs, & in dubijs tutior pars est
23 eligenda. *l.3. ff. de rebus dubijs, & cap. intelligentia, de verborum signif.* Sed tutior pars est, quod excommunicatus absoluatur, ac si esset excommunicatus excommunicatione maiori, quam
24 ad modum excommunicationis minoris, hæc enim continetur sub absolutione ab illa, qui enim absoluit à maiori liberat etiam à minori; ergo potius sic erit dicendum, & non aliter.
25 Diuiditur insuper excommunicatio: nam alia est à Iure alia ab homine, à Iure est, quæ constituitur à canone, & est
26 generalis, vel à Synodo, & est particularis pro territorio loci ipsius Synodi. *Clem.1. §.verum, de hæreticis.* Ab homine cum à Iudice, seu superiore Ec-
27 clesiastico profertur. *c. nuper extra eod.* Item omnis excõmunicatio, vel dicitur ipso Iure, vel ipso facto, vel statim, &c.
28 & tunc nulla requiritur citatio, nisi tãtum ad dicendum causam quare non debeat declarari excommunicatus, & deinde superior declarat excommunicatum excommunicatione iam præcedenti. Alia est, quæ requirit sententiã aggrauantem, & declarantem, & est
29 quando excommunicatio fuit comminatoria. *c vnico, de sagittarijs.*

Aduerte tertiò, quod non omnes su-
30 periores Ecclesiastici possunt excommunicare, sed tantum illi, qui canonicam habent iurisdictionem Ecclesiasticam, & sic omnes illi, qui leges condere possunt scilicet Papa, Concilium, Epi-
31 scopus &c quando autem istæ excommunicationes fiunt in Concilijs synodalibus, tunc habent vim legis, nec possunt ab Episcopo successore tolli, nisi
32 etiam in Concilio synodali diximus *libro 2. de Sacramento Pœnitentiæ cum de casuum reseruatione.* Item superio-
33 res regularium, Rectores, &c. excommunicationem imponere possunt pro suis subditis. *Nau. c.27 n.78.* e contra, quicunque alij qui non habent iurisdictionem, nec excommunicationem im-
34 ponere possunt. *Siluest. verbo excommunicatio n.6.* sic sunt infames. *cap. in-*
35 *fames* 3. q.7. vbi idem dicitur de publicis excommunicatis. Item fœmina quantumuis Priorissa, vel Abbatissa, &c. licet alias pœnas imponere possit excõmunicare non valet. *c. dilecta de maio-*
36 *ritate, & obedientia.* bene tamen id faciat si habeat priuilegium à Papa, vt notatur in d. *c. & aduertit Abb. in c. de-*
cernimus de Iudicijs.

Aduerte quartò, quod multi sunt,
37 qui excommunicari non possunt, & primò non subditi ratione defectus iurisdictionis. *c. præsenti, de sententia ex-*
38 *communicationis in 6.* Secundò, manẽtes extra Ecclesiam, vt sunt omnes infideles, qui enim nunquam fuit in Ecclesia ab ipsa eijci non potest, vt fit per excommunicationem. *c. gaudemus, de diuortijs.* Tertiò, superior non potest
39 excommunicari ab inferiori, & sic Papa à nemine excommunicari potest. *cap. proposuit de concessione præbendæ,* item
40 nec par in parem, quia in illum non habet imperium. *cap. duo sunt dist.96.*
41 Quartò, infantes, furiosi, amentes, &c. quia non peccant ideo, nec possunt ex-
42 communicari, excommunicatio enim peccatum supponit *Clem si furiosus, de homicidio.*

Aduerte quintò, quod debet etiam
43 excommunicatio habere suam formã, & modum, vt iuridice procedatur in ipsa, & ideo vel est excommunicatio iuris, vel hominis. Si est excommunicatio iuris, ipsummet Ius scriptum stat pro
44 centuplicata monitione, vel est excom. municatio ab homine, & requirit præuias monitiones saltem tres, quod si causa sit vrgens vna pro tribus. *c. sacro extra eodem.* Item debet esse intentio
45 Iudicis excommunicantis, & partis petentis. *Siluest. verbo excommunicatio c.14.* & debet ferri in scriptis *c medi-*
46 *cinalis hoc eod titul. in 6.* Pro monitionibus sciendum est, quod si Iudex aliquem excommunicaret non præuia monitione, per mensem est suspensus ab
47 ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officijs, & si interim celebrauerit efficitur irregularis d. *c. sacro extra eodem.*

Pro eo, quod diximus, quod scilicet excõmunicatus priuatur vsu Sacramentorum actiuè, & passiuè.

Nota primò, quod si excommunica-
48 tus ministret Sacramenta Ecclesiæ solemniter, vel sacrificet, vel ad sacrificiũ concurrat solemniter est irregularis textus est in *cap si celebret de Clerico excommunicato ministrante, vbi DD. cõmuniter.* Dixi siue ad sacrificium concurrat solemniter: nam ministri in sa-
49 cris solemniter ministrantes si sint excommunicati efficiuntur irregulares, secus autem si id faciant, sed non solemniter. *Toletus libro 1. c.9.*

Nota secundò, quod excommunica-
50 tus excommunicatione minori impeditur ab vsu Sacramentorum passiuè; si tamen

tamen ministret Sacramenta (secluso
scandalo) venialiter peccat. Ratio est,
quia excommunicatio priuat vsu Sacra-
mentorum actiuè, & passiuè simul; itaut
conficiat, sumat, & ministret, secus an-
tem quoad solum ministerium: nam
hoc potest dici potius quid spectans ad
51 Iurisdictionem fundatam in ordine, vn-
de si Sacerdos Eucharistiam ab alio cō-
secratam ministraret, licet esse excom-
52 municatus excommunicatione minori,
tamen non peccaret mortaliter. *Ioannes de Vignano in tract. de censuris n.* 13. *Abb. in c. si celebret de Clerico excommunicato ministrante. Nau. c.* 27. *n.* 24. *Angelus verbo excommunicatio* 1. §. 1. *Sotus dist.* 22. *q.* 4. *art.* 3. *& alij canonistae communiter.* Sed obstat textus in
53 d. *c. si celebret*, vbi disponitur, quod
excommunicatus excommunicatione
minori ministrando Sacramenta peccat;
ergo debemus dicere, quod peccet mor-
taliter: nam appellatione peccati in ge-
54 nere peccatum mortale venire debet,
quod venit appellatione peccati simpli-
citer, & absolutè, tanto fortiùs, quod in
fine dicti capituli dicitur (grauiter pec-
cet).

Respondetur, ex contextu eiusdem
55 capituli apparere solutionē huius obie-
ctionis, dicitur enim ibi, quod non vi-
detur talis excommunicatus remotus à
collatione Sacramentorum; ergo potest
conferre, tanto fortiùs quod ly (graui-
56 ter peccet) potest intelligi grauiter in-
tra species venialis, nam veniale duplex
esse potest, scilicet graue, & leue, ac pro-
inde potius est restringendus sensus di-
cti capituli.

Alius effectus excommunicationis est
57 priuare electione actiua, & passiua, sed
pro hoc videte, *quae diximus lib.* 1. *de electione.*

In §. Rursus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis alia diuisio in excommunicationem latae sententiae, comminatoriam, canonis, & ab homine.*
2 *Excommunicatio ab homine quando detur?*
3 *Excōmunicatio canonis quādo detur?*

1 DAt auctor noster hic aliam di-
uisionem excommunicationis,
& ait, quod alia est latè senten-
tiae, alia comminatoria, aliae Canonis,
alia ab homine. Haec datur propter cō-
2 tumaciam, & inobedientiam, vt patet
ex *c. iure* 11. *q.* 3. illa supponit crimē,
& culpam, vt notat *Abb. in princip o huius rubricae.* Insuper haec supponit
factum delinquentis, & comminantis
3 illa solo delicto locum habet, nec exigit
factum superioris pro incursu: nam ipso
iure afficit, Iudex autem nil aliud facit,
nisi sententiam declaratoriam pro tali
excommunicatione iam lata.

In §. si quis igitur.

SVMMARIVM.

1 Tex. in cap. si quis suadente Diabolo, *materia explicatur.*
2 *Clerici gaudent priuilegio* cap. si quis suadente Diabolo.
3 *Clerici initiati veniunt appellatione clericorum.*
4 *Monachi, & Religiosi in quocumque gradu etiam si sint conuersi, seu oblati gaudent priuilegio.* cap. si quis suadente.
5 *Conuersi licet non sint ordinati tamē gaudent priuilegio Ecclesiasticorū.*
6 *Clerici seluatici an gaudeant priuilegio* cap. si quis suadente Diabolo.
7 *Clerici coniugati, excommunicati, depositi, degradati gaudent priuilegio* textus in cap. si quis suadente.
8 *Minister Iustitiae exequens sententiam in clericos curiae saeculari traditos in odium clericatus peccat mortaliter, & incidit in excommunicationem.* tex. cap. si quis suadē-te Diabolo.
9 *Clericus seipsum percutiens incidit* in canonem si quis suadente Diabolo.
10 *Eremitae, milites Hierosolymitani an gaudeant priuilegio.* tex. cap. si quis suadente Diabolo.
11 *Manus violentae nomine venit quaelibet iniuria.*
12 *Corporis nomine veniunt etiam vestes in clerici percussione, vel iniuria.*
13 *Percussio clerici quamuis occulta cōtinetur sub dispositione* canonis si quis suadente.
14 *Clericus notorius etiam dimisso habitu gaudet priuilegio canonis* si quis suadente.
15 *Clericus non potest cedere Iuri suo consentiendo in sui percussione,*

nam percutiens est excommunicatus.

16 Laicus percutiens clericum grauiter ex mandato Iudicis Ecclesiastici, & ipse Iudex mandans incidunt in excommunicationem.

17 Irritatio canis in clericum cadit sub dispositione textus cap. si quis suadente.

18 Clericum si quis prosequatur aufugientem; qui incidit in foueam, incidit in canonem si quis suadente.

19 Impedimentum quodlibet factū clerico violenter. vel detentionis, carcerationis. &c. cadit sub dispositione cap. si quis suadente.

20 Percussio clerici ob correctionē facta à magistro, Patre, &c. non cadit sub dispositione c. si quis suadente.

21 Clericum occidens adulterantem cū uxore, vel fornicantem cum filia, sorore. &c. non incurrit in canonē si quis suadente.

22 Primus motus excusat occisorem clerici adulterantis cum uxore, non vero si tempus determinauit, quo inueniret in enormitate.

23 Clericum occidens inuentum in praeparatorijs ad coniunctionem excusatur à poena cap. si quis suadente Diabolo.

24 Percutiens clericum ex primo motu non considerans illum esse clericū non incidit in canonem si quis suadente.

25 Percutiens laicum quem putabat clericum non incidit in excommunicationem.

26 Percutiens clericum non incedentem in habitu, quia potest praesumi illum clericatui renunciasse non incidit in excommunicationem.

27 Percutiens clericum habitum clericalem contemnentem non est excommunicatus.

28 Ministri Iustitiae, & triremium clericum curia saeculari traditum & condemnatum absque excommunicationis poena percutiunt.

29 Clericum volentem opprimere foeminam, vel alium, si hi percutiant nō sunt excommunicati.

30 Iniuria diuersa illata clerico in eodē actu continuato an faciant quem in vnam, vel plures excommunicationem incurrere?

31 Species distincta obligant, quem ad exprimendas causas iniuriarum clerico illatarum.

32 Percussor publicus clerici an semper sit euitandus?

33 Percussorem clerici sententia Iudicis debet declarare excommunicatum.

34 Percussor clerici cum causa potest se defendere à sententia excommunicationis.

35 Mandantes clerici percussionem, vel ad illam consilium dantes an incidant in excommunicationem?

36 Mandans mandatum reuocans re integra non incidit in excommunicationem cap. si quis suadente.

37 Consilium dans incidit in excommunicationem cap. si quis suadente, si consilium causa fuit percussionis clerici.

38 Impedire potens, & non impediens percussionem clerici incidit in excommunicationem.

39 Excommunicatus ex clerici percussione, an pro absolutione semper teneatur Romam petere?

40 Percussio si grauis sit, vel leuis indicare spectat ad Episcopum, si autem dubitet Sedes Apostolica consulenda est.

41 Percussio grauis denotatur à pluribus circumstantijs.

42 Infirmus non tenetur
43 Pauper non tenetur.
44 Inimicitias habens non tenetur.
45 Minor non tenetur.
46 Foemina non tenetur.
} Romam petere pro absolutione excommunicationis ob clerici percussionem.

47 Regulares se inuicem percutientes absolui possunt à superiore.

48 Clerici saeculares communiter viuentes ob mutuam percussionem ab Episcopo ordinario possunt absolui.

49 Excōmunicatus potest absolui à quolibet Sacerdote in articulo mortis.

50 Excommunicatus absolutus in articulo mortis tenetur cum reconualuerit Romam petere.

51 Ratam habens clerici percussionem, an semper sit excommunicatus?

52 Ratihabitio percussionis clerici, vt causet excommunicationem, debet actu extrinseco demonstrari.

53 Ecclesia non iudicat de internis.

54 Ratihabitio percussionis clerici non facta nomine suo non causat excommunicationem.

55 Ratihabitio comparatur mandato.

56 Ratum habere non potest quis, quod suo nomine gestum non est.

1 Hic, & in multis sequentibus §§. datur nobis ampla materia ad explica-

plicationem *textus in cap. si quis sua-*
dente diabolo 17. *q* 4. pro quo aliqua
notauimus *libro* 2. agentes de immu-
nitate Ecclesiastica circa personam, &
etiam in *libro* 1. tamen praeter ibi di-
cta.
Aduerte primò quod plures gaudent
2 priuilegio dicti textus signanter ordi-
nati, ratione caracteris. Item Clerici
initiati, qui secundum Canonistas dicun-
3 tur ordinati, & veniunt appellatione
Clericorum. *cap. clericos dist.* 21. Item
Monachi, siue in sacris, siue laici, siue
professi, siue nouitij dummodo sint de-
4 stinati pro seruitio, & ministerio Eccle-
siastico etiam si sint conuersi, seu obla-
ti, vt dici solet, quia vt notat *glos. hic*,
licet isti non sint ordinati, tamen debēt
gaudere priuilegio Ecclesiarum, quarum
5 etiam religionem assumunt. *cap. reco-*
lentes de statu Monachorum. Quid de
6 clericis seluaticis, vide *DD. in d. cap. si*
quis suadente diabolo. Item gaudent
7 eadem immunitate, *text. in d. c. si quis*
suadente diabolo, clerici coniugati, vt
supra diximus, degradati, depositi, ex-
communicati, etiam traditi curiae saecu-
8 laris nam minister exequens sententiam
Iudicis saecularis si id faceret in odium
clericatus peccaret mortaliter, & inci-
deret in canonem. *DD. in cap.* 2. *de poe-*
nis in 6. Item nec Clericus se ipsum
9 percutere potest, ne incidat in dictum
canonem. *Felinus in cap. at si clerici, de*
10 *iudicijs*. Pro heremitis, qui sub Epi-
scopi regula viuunt, videte *Archid. &*
Turrecremata in cap qui vero 16. *q* 1.
Pro militibus Hierosolymitanis & alijs,
qui viuunt sub regula norat *Nau in tr.*
de regularibus q. 1. *& patet ex cap. ca-*
nonica, de sententia excommunicationis.
Aduerte secundò, quod nomine ma-
11 nus violentae nō tantum venit manus,
sed etiam quouis alia iniuria clericis il-
lata, siue pedibus, siue sputo, siue luto,
&c. vt notat *glos. bi: verbo manus*, Itē
12 per ly in clericum non tantum venit
corpus ipsius clerici, sed etiā quicquid
accedit ad ipsum pro eo dum facit vnū
cum ipso, vnde si quis scinderet vestes
clerici incideret etiam in canonem, vt
per *gl. in d. cap. si quis suadente verbo*
manus. Ampliatur haec dispositio pri-
13 mò, licet quis percuteret quamuis in
occulto: nam etiam incideret in excō-
municationem. *Abb. in c porrò de sen-*
tentia excommunicationis n. 1. Secun-
dò, etiam si clericus esset [illegible]
dimisso habitu (non [illegible]
14 clericatu, nec declarato [illegible]

Episcopo) licet exportaret arma pro-
hibita: nam, & ipsum percutiens inci-
deret in canonem. *DD. in c. in audien-*
tiam, de sententia excommunicationis.
15 Tertiò, etiam si clericus consentiat: nō
per hoc non potest cedere iuri. *cap. con-*
tingit extra eodem. Quartò, licet lai-
cus percuteret clericum ex mādato Iu-
dicis Ecclesiastici, tunc enim mandans,
16 & mandatarius (etiā si id faceret cau-
sa disciplinae) sunt excommunicati, &
absoluendi à Sede Apostolica si percus-
sio sit grauis, vt in *cap. si vniuersitatis*
extra eodem. Quintò, si quis canem
17 irritauerit, vt morderet Clericum, vel
pileum acceperit cum actu irae de capite
clerici, forsan eo, quod ipsum non salu-
tauerit, vel si accipiendo vestes Clerici
ipsas excutiendo diceret, (si non esses
Clericus facerem scio, quid) *Tabiena*
verbo excommunicatio 5 *nu* 41. *Inno-*
centius in cap nuper extra eodem. Se-
xtò, si quis prosequatur Clericum, qui
aufugiens incidit in foueam, & passus
est scissuram, vel fracturam, vel aliud
18 malum simile, prosequens incidit in
canonem. *Angelus verbo excommuni-*
catio 5. *n.* 38. *& Armilla n.* 12 videtur
enim damnum dedisse, dum causam dā-
ni dedit. Septimò, qui impedit violē-
19 ter Clericum, ne prosequatur suum iter,
seu equum in quo Clericus iter facit, vel
si carceret ipsum Clericum. *Turrecre-*
mata in d. cap. si quis suadente diabolo,
c. nuper, & c si Iudex extra eodem. Li-
mita hoc, quod diximus in multis casi-
bus. & primò, in magistro ceremonia-
rum, patre, magistro litterarum, & in fa-
20 milibus, isti enim possunt Clericum
percutere leuiter causa correctionis. &
non ex odio particulari. *cap. cum vo-*
luntate. §. si qui verò extra eodem. Se-
cundò, quando Clericus inuenitur in
21 enormitatibus cum vxore [illegible]
filia, & alijs in primo gradu, secus autē
in alijs gradibus *Abb. in c. si verò ex-*
tra eod n 1. 4 *&* 5. [illegible] tamen
hoc dummodo id faceret [illegible] motu, &
vt vim vi repellat [illegible] honoris. secus
autem si id faceret [illegible] cum so-
22 rore, vel [illegible] &c. determinando ho-
ram, quando Clericus veniet, vt ipsum
[illegible] & verberare, tūc enim
[illegible] in canonem, secus autem in
[illegible] tunc videretur operari
[illegible] & quasi ex necessitate [illegible] ali-
[illegible] excommunicatu [illegible] ea.
[illegible] Tertiò, [illegible]
[illegible] in acta [illegible]
[illegible] functione [illegible] &

femper dicitur iniuriatus. Solet autem
crefcere iniuria, vel ratione perfonæ, &
2 fic grauior eft iniuria illata clerico quā
laico. *DD. in cap. fi quis fuadente dia-
bolo* 17. q. 4. Vel ratione æftimationis
hominum, fic in vna ciuitate vnum
verbum æftimatur magis iniuriofum,
3 quod in alia non fic. *Angelus in l.non
folum. §. mandatum, ff de iniurijs, &
cap. peruenit de fententia excommuni-
cationis*, quare attenta eius grauitate,
vel leuitate, quotiefcunque iniuria æfti-
matur leuis, eius recognitio, & iudicium
4 remitti folet iudicibus inferioribus, vt
de facto feruatur in iudicio percuffionis
clerici, an fit grauis, vel leuis. *DD. in
d. c. fi quis fuadente diabolo*. Idem dic
5 ratione loci in quo fit, & fic grauior eft
iniuria illata in via publica, quam in
priuata domo. *l. idem apud Labeonem,
§. qui ait. ff eodem*.
6 Aduerte fecundò, quod actio iniuria-
rum pluribus competit, & fic primò ip-
fimet iniurato vt habetur hic. Secundò,
7 patri propter iniuriam illatam filio, & è
contra *l. filius familias, ff de actionibus,
& obligationibus*, pater enim, & filius
8 pro vna perfona habentur *l. fin. C. de
impuberum, & alijs*. Tertiò, Do-
mino pro iniuria illata feruo, & viro pro
9 illata iniuria vxori, d. *l. item apud La-
beonem. § prætor, & l. 1. eodem titulo*.
10 Quartò. datur fuperiori pro iniuria il-
lata fubdito. *cap. Parochianos de fenten-
tia excommunicationis*.
Aduerte tertiò, quod iniuria triplici-
11 ter inferri folet fcilicet in perfona, in
fama, in bonis, per vulnus per verbum
iniuriofum, per furtum, & fimile dam-
num. Pro furto, vel homicidio patet ex
dictis, pro iniurijs verbalibus.
12 Quæres primò. An licitum fit ab in-
iuriante media alia iniuria fe defendere.
Refpondetur negatiuè, fi id fiat ad
vindictam fic *Soccinus in cap. fi vitiatis,
de iniurijs, & damno dato*, & mouetur
ad hoc dictedum ex dicto *Regis Prophe-
ta: Et qui requirebant mala mihi lo-
cuti funt iniquitates, ego autem ficut
furdus non audiebam, & ficut mutus
non aperiens os fuum*. Sed melius di-
ftinguendum eft, vel quis vult redigere
conuicia omnino ad vindictam, & id
non licet, vt per eund. m *Soccinum loco
13 cit.* vel quis id facit ad defenfionem
proprij honoris ex hoc præcifo fine, &
non ex vindicta, & tunc licitum eft, fic
docet *S. D.* 2. 2. q. 27 *art.* 3. Primò ad
hoc, vt conuiciens refrenetur. Secundò,
quia homo plus diligit feipfum, quam
14 proximum ex regula legis præfes, fed
non debet quis pati, vt proximo infera-
tur iniuria; ergo neque tenetur ipfe pa-
ti. Tertiò, propter bonum ipfius con-
uiciantis, & vt impofterum fuam auda-
15 ciā refrenet. *Prouerbiorum cap. 26. ibi:
Refpondet ftulto fecundum ftultitiam
fuam, ne fibi fapiens effe videatur c. 2.
de regulis iuris in 6.*
Quæres fecundò qui modus fit adhi-
bendus in tali refponfione pro verbis
iniuriofis illatis.
Refpondetur effe adhibendum mo-
16 deramen inculpatæ tutelæ, ac proinde,
quod non poteft quis falfitatem, vel aliā
turpem notam opponere conuicianti,
fed fi iniuria non fit vera poterit dice-
re mentiris falfo gutture, dummodo etiā
17 non faciat hanc refponfionem animo
vindictæ, fed tantum propter dictas ra-
tiones, fic tenet *Speculat. in tit. de ad-
uocatis, §. iam nunc verficulo hoc tamē
caueant*.
Quæres tertiò: An in confeffione fit
18 explicanda circumftantia contumelia-
tum: An fuerint plures vnico actu, &
quare.
Refpondetur, fufficere fi dicat fe vni-
19 co actu varijs contumelijs proximum
affeciffe, nec eft explicandus numerus
contumeliarum. *Fagundez precepto 2.
lib 3 c. 5. n. 3. Azorius tom. 1. lib. 4 c. 4.
q. 5 Filiucius tom 2. tr. 21. c. 9. n. 322.
Layman lib 1. tr. 3. c. 3. n. 5. & alij DD.*
qui dicunt nec diuerfitatem contume-
liarum effe explicandam, puta vocaui,
20 furem, infamem, &c. fed fufficit dicere
fe varijs contumelijs grauibus, vel leui-
bus proximum affeciffe.
Aduerte tertiò, quod poteft tolli in-
iuriarum actio pluribus modis. Primò,
per mortem iniuriantis: nam extincta
perfona ceffat actio contra ipfam licet
21 remaneat actio contra hæredes, vt fa-
tisfaciant pro intereffe *l. iniuriarum
13. ff. de iniurijs & c. 1 de iniurijs*. Se-
22 cundò, per remiffion m iniurati; vnuf-
quifque enim poteft cedere iuri fuo. *l. fi
tibi decem, §. 1. ff de pœnis*. Tertiò, po-
23 teft pater remittere iniuriam illatam
filio. *l. fed fi viuius § planè. ff. de iniu-
24 rijs*, & ratio eft, quia iniuria facta filio
patri irrogata videtur. *l. ifti quidem,
§. fin. ff. quod metus caufa*. Limitat
tamen dictum *Ofnotom. lib. 4. ciuili hoc
eodem titul. §. patitur*, quando filius
effet perfona nobilis & fatis digna, tunc
enim remiffio patris nihil operatur in
præiudicium prærogatiuæ ipfius filij, ait
enim ipfe, quod noftri prudentes indi-
carunt

carunt sordidum patrem non debere generoso filio quãdam degeneris, humilisque animi notam inurere. Quartò, si quis remittat expresse in articulo mortis constitutus, secus autem si confitea-
26 tur tantum peccata sua, & remittat generaliter omnem rancorem, tunc enim non censetur remissa iniuriarum actio. *Bart. in l. non solum, §. iniuriarum, ff. eodem*. Si autem simus in dubio: An moriens remiserit rancorem, & actionem iniuriarum, tunc censendum est
27 rancorem tantum remisisse, non autem actionem iniuriarum, quod autem præsumatur remissus rancor ea est ratio, quia alias nullus fidelis bene posset dicere orationem dominicam, ac proinde non est remissa iniuriarum actio, sic notat *Faber in § fin eodem titul. libro 4. ciuili*.

Aduerte quartò, varias esse pœnas iniuriarum: & primò, de Iure Ciuili pœna est arbitraria, vnde potest Index cõ-
28 siderata qualitate personarum, iniuriarum, &c. peruenire etiam vsque ad sententiam mortis, sic notat *Angelus in §. in summa eod. titulo lib. 4. ciuili ex text. in l. prospiciendum, ff de pœnis. l. pedius, §. 1. ff de incendio, ruina, &c.* vbi habetur, quod secundum qualitates rerũ, & conditiones personarum sunt pœnæ æstimandæ, ne quid durius, aut remissius
29 constituatur, quam causa postulet, & *glos. in d. §. in summa verbo extraordinaria*, expresse idem docet. Secundò, de Iure Canonico potest Iudex dare iuramentũ iniuriato, vt iuret quanti æsti-
30 met in veritate talem iniuriam sibi illatam, & obligare iniuriantem, vt præstet id, quod ipsi Iudici æquum videbitur, attentis etiam alijs circumstantijs. *Rota Romana decisione 127. & Graffius lib. 2. c. 22. n. 7.*

Aduerte vltimò, quod qui damnum intulit, damnum reficere tenetur, vnde
31 licet in rixa iniuria euenerit, non excusatur tamen iniurians à refectione damni, puta si iniuriatus amitteret operas suas, lucrum, &c. *Abb. & Specul. in c. 1. extra eodem ex Bart. in l. non solũ, §. iniuriarum, ff. eodem, & gl. hic verbo restituet, vbi plura iura adducit.*

Extende dictum primò, licet quis nõ
32 fuerit principalis, sed tantum concurrit dando opem, vel consilium, quælibet enim culpa licet leuis punitur in Iudicio criminali, licet secundum suam leuita-
33 tem. *Abb. in c. fin. extra eodem, & l. item mela §. alius, & §. iti, ff. ad l. Aquiliam c. sicut dignum, §. illi de homicidio.*

Extende secundò, quando quis ex
34 imperitia in proprio munere iniuriam, seu damnum intulit, tunc enim tenetur etiam ad interesse reficiendum, quia hæc imperitia culpæ cõparatur, & vnusquisque est in culpa quotiescũque igno-
35 rat, quod scire debet. *l. Iulianum, ff ad macedonianum*, quod exemplificat *glos. hic* in duobus casibus primus est in medico: nam si ex eius imperita cura in-
36 firmus pereat, ipse tenetur ad interesse. *c. tua de homicidio, & c ad aures de atate & qualitate, &c.* Secundus casus est
37 in Aduocato, seu Doctore, si enim ex eius imperitia Ius Clientis pereat, amittit causam, ipse Doctor tenetur reficere. *Abb. in c. fin. extra eodem.*

In §. quod si animalia.

SVMMARIVM.

1 *Animalia damnum dantia possunt pro damno offerri.*

2 *Animal ferox non suffi it offerri pro damno, sed debet Dominus animalis damnum reficere.*

3 *Animalis damnum si casu, & nulla domini negligentia eueniat ad nihil tenetur.*

1 Possunt etiam res nostræ alijs inferre iniuriam, & sic possunt animalia nostra alienis territorijs damnum inferre, ideo si Dominus animalis velit se liberare poterit dare animal pro pretio noxæ, & damni, vt in *toto titul. libri 4. Ciuilis si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*

Aduerte tamen, quod si animal sit fe-
2 rox non sufficit ipsum offerre pro damno, sed debet etiam Dominus compelli ad reficiendum totum damnum, debet enim maiorem adhibere diligentiam, neque debent hæc animalia vbique teneri. *§. id quoque citato titulo*, secus autem si Dominus nullam omisit diligen-
3 tiam, sed casus fuit omnino fortuitus, tunc enim ad nihil tenetur, nec animal ipsum dare, vt videtur insinuare. *gl. hic verbo omisit, l. si putator, l. qui occidit, ff. ad l. aquiliam*, secus autem si damnum inferat modo quo supra diximus, tunc tenetur Dominus, vel animal dare, vel damnum reficere. Idem dic de seruo, quem Dominus tenetur relinquere innoxium. *S. 1. libro 4. de noxalibus actionibus, & l. 1. ff. citato.*

In §. inferuntur cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria infertur per compositionem famosi libelli.*
2 *Iniuriam inferens per famosum libellum actione iniuriarum, & pœna mortis punitur.*
3 *Libellos famosos conficientes puniuntur pœna excommunicationis, & fustigationis, & infamia.*
4 *Libellum famosum conficiens non potest testamentum conficere, neque in illo esse testis.*
5 *Libellos famosos contra Religiosos cõponentes excommunicantur ipso Iure, & absolutio Papæ reseruatur.*
6 *Inuentor libelli famosi nisi illum statim la eret, & comburat eadem pœna punitur.*

Hic agitur de modis quibus iniuria infertur, & pœna dicitur arbitraria, vt diximus, verum, quia vnum modum non tetigimus ideo pro ipso.

Aduerte primò, quod alius modus
1 quo infertur iniuria est per compositionem famosi libelli, qui enim contra aliquem famosum libellum composuerit punitur etiam actione iniuriarum. *l. lex*
2 *cornelia, l. sicut liber, ff. eodem* & pœna mortis etiam imponitur. *l. vnica, C. de famosis libellis.*

Aduerte secundò, quod de Iure com-
3 muni conficiẽtes dictos libellos puniuntur pœna excommunicationis, & fustigantur. *c. 1. & 2. 3. q. 1.* & efficiuntur infames saltem quoad deponendum. *Siluest. verbo libellum ex c. 3. §. ob carmen 4. q. 3. & gl. ibidem*, ibi: (ob carmen famosum damnatus intestabilis sit) imo nec potest sic damnatus testamentum
4 facere, nec esse testis in illo. *l. cum lege, ff. qui testamenta facere possint* Si autẽ libellus famosus sit publicus, ad infamiã religiosorum, componentes, vel publi-
5 cantes sunt excommunicati ipso Iure, & absolutio est reseruata Papæ. *Caetan. in summ. verb. excõmunicatio casu* 81.

Aduerte tertiò, quod etiam inuen-
6 tor talis libelli punitur, vt auctor eiusdem, nisi statim, ac inuenerit dilaceret, ac comburat, & sic pœna mortis de Iure Ciuili. *l. 1. C. de famosis libellis.*

DE ECCLESIASTICIS censuris.

TITVLVS DVODECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Censura etymologia, & definitio.*
3 *Censura ad quid tendat.*
4 *Censura fit multipliciter.*
5 *Censura propriè dicitur, quando quis punitur per suspensionem.*
6 *Priuata persona punitur per excommunicationem.*
7 *Vniuersitas punitur interdicto.*
8 *Censura omnis Ecclesiastica ad tria reducitur.*
9 *Iudex delegatus, qui habet facultatem coercendi delinquentes potest ad hoc vti quibuslibet censuris.*
10 *Communicatio cum suspenso, vel interdicto non prohibetur, sed cum excommunicato.*
11 *Interdictum propriè cadit in locis impropriè in hominibus.*
12 *Suspensionis, vel interdicti effectus suspendi potest ad tempus: non sic excommunicationis.*
13 *Irregularitas, quæ dicatur?*
14 *Irregularitas aliquando non supponit culpam, & tunc dici debet potius impedimentum non pœna.*
15 *Depositio, quæ dicatur? & hæc pena semper supponit culpam.*
16 *Degradatio, quæ dicatur.*



1 PRO delictis, & criminibus pœnæ imponuntur, vidimus hucusque de delictis, quibus homines lædunt maiestatem Diuinã, & humanam, sequebatur videre de pœnis, quibus vtitur Ecclesia ad punienda dicta crimina, & sic de excommunicationibus interdictis, &c. ad cuius tituli intelligentiam.

Aduerte primò, quod censura idem est, ac correctio ex verbo censeo, vnde intelligimus Ecclesiam vti censuris non
2 ad vindictam, sed potius ad correctionem est enim sponsa Christi, qui non vult mortem, sed correctionem peccatoris, & sic definiri potest censura ex *c. querentis de verborum signif.* Est correctio quædam Ecclesiastica circa fideles, excom-

excommunicationem, suspensionem, &
interdictum comprehendens.
Aduerte secundò, quod omnis censura tendit ad puniendos homines, &
3 ideo vel priuatur homo officio suo, vel
communione fidelium, quando priuatur
officio suo, distinguendum est, vel priuatur in perpetuum, & hoc fit per depositionem, per sententiam, & sic non
4 potest dici censura: nam non tendit ad
correctionem talis personæ, vt scilicet
deinde melius administret in tali officio, hoc enim non habet locum cum
de facto in totum priuetur. Vel priuatur officio ad tempus, & hoc fit per su-
5 spensionem, quæ est vera censura. Quoad priuationem communionis fidelium
6 adhuc sub distinguendum est, vel hic
punitur, vt priuata persona, & hoc fit
per excommunicationem Vel vt est pars
vniuersitatis Ecclesiæ, & hoc fit per in-
7 terdictum per quod priuatur homo Sacramentis, & sepultura, vt notat hic
Lancellottus in S. Ecclesiastica, & aduertit *gl. ibidem*, ex quibus apparet,
8 quod omnis cēsura Ecclesiastica ad hęc
tria reducitur, quæ sunt excommunicatio, interdictum, & suspensio, de quibus omnibus videbimus infra.
Aduerte tertiò, ex *gl. hic verbo tria*,
ex dictis esse colligendum, quod quotiescunque Iudici delegato datur facultas coercendi delinquentes, vel aliter
9 inobedientes per censuram, tunc videtur data potestas, vt possit omnibus his
modis vti ad compellendum, colligit
ex *Abb. in d. c querendi, & ex c. fin. de verborum significatione*. Differunt
tamen hæc tria inter se in multis. Pri-
10 mò, in participatione: nam cum suspenso, vel interdicto habemus communicationem non sic cum excommunicato. Secundò, quia interdictum pro-
11 priè cadit in locis, impropriè in hominibus. *cap postulasti de Clerico excommunicato ministrante, cap. cum dilectus de religiosis domibus*. Tertiò, effectus
suspensionis, vel interdicti suspendi potest ad tempus, excommunicatio vero,
12 vel in totum tollitur, vel in totum permanet, & in alijs differunt, vt notat *Socinus 2. p. quinti decretalium in continuatione rubricæ, de sententia excommunicationis n. 9.*
Aduerte quartò, quod habet etiam
Ecclesia alias pœnas, quæ sunt irregularitas, depositio, degradatio. Irregu-
13 laritas est vinculum, quo homo vel impeditur ab ordine suscipiendo, vel impeditur à ministerio in ordine suscepto.
Siluest. verbo irregularitas, Couarruuias in Clem si furiosus q. 1. n. 1. in principio,
& solet hæc aliquando esse etiam sine
culpa, vt diximus *libro 1. de ijs, qui pro.*
14 *moueri non possunt, & patet ex c. significasti de homicidio, c. Clericorū dist. 5.*
quando autem est sine culpa, tunc dicī
potest potius impedimentum, quam
pœna, non potest enim dici pœna illa,
quæ culpam non supponit, vt est in māco à natiuitate, in cœco ex casu, & in si-
15 milibus. Depositio vero est ab ordine
positio, & hæc semper supponit culpam,
& est vera pœna. Degradatio est depo-
16 sitio cum solemnitate, & consignatione
curiæ sæculari. *c. 2. de pœnis in 6.* & hæc
supponit culpam grauiorem, quæ omnino tali pœnæ compensatur.

DE SENTENTIA excommunicationis.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio, est pœna grauior inter omnes alias Ecclesiasticas.*
2 *Excōmunicationis definitio traditur.*
3 *Excommunicatio duplex est maior, & minor.*
4 *Excommunicationis maioris effectus est priuari gratia Dei, quia supponit peccatum.*
5 *Excommunicationis maioris alius effectus est Angeli boni auxilium retardare.*
6 *Excommunicationis maioris, siue iusta, siue iniusta alius effectus est priuare excommunicatum commercio hominum.*
7 *Excommunicationis maioris alius effectus est ligare bruta irrationalia, plantas, &c.*
8 *Excommunicatus non potest tali vinculo se liberare sola contritione, sicut à peccatis.*
9 *Excommunicatus est infamis infamia facti.*
10 *Excōmunicatus est etiam infamis infamia Iuris, si hunc induxerit delictum, cui annexa est excommunicatio, vel si per annum steterit nō petendo absolutionem.*
12 *Excōmunicatus suscipiens Sacramenta etiam à ministro excommunicato valet talis collatio; quod si scienter id actum est peccat mortaliter.*
13 *Excommunicatio maior dicitur alio voca.*

vocabulo anathema.
14 *Anathematis etymologia.*
15 *Excõmunicatio minor priuat vsu Sacramentorum, non vero commercio hominum.*
16 *Excommunicatio minor non priuat Ecclesiastica sepultura.*
17 *Excommunicatio habuit originem à Iure positiuo Ecclesiastico.*
18 *Excommunicato maiori communicãs nulla ex necessitate peccat mortaliter.*
19 *Excommunicato maiori communicãs causa vrbanitatis non potens illum euitare venialiter peccat, si autem ad bonum finem non peccat, sed meretur.*
20 *Probibitum à superiore sub pœna excommunicationis an maiorem, vel minorem includat?*
21 *Odia sunt restringenda.*
22 *Excommunicatio maior est intelligenda in probibitione sub excommunicationis pœna.*
23 *In dubijs tutior pars eligenda.*
24 *Absolutio ab excommunicatione, vt à maiori est facienda, quia minor sub illa continetur.*
25 *Excommunicatio alia est à Iure alia ab homine.*
26 *Excommunicatio à Iure, quæ imponitur à canone est generalis, quæ a synodo, particularis.*
27 *Excommunicatio ab homine est, quæ à superiore Ecclesiastico profertur.*
28 *Excommunicatio qua dicitur ipso Iure, vel facto, vel statim nullam requirit citationem, sed citatur ad dicendum causam quare nõ debeat declarari excommunicatus.*
29 *Excommunicatio cõminatoria requirit sententiam aggrauantem, & declarantem.*
30 *Excommunicare non est permissum omnibus superioribus Ecclesiasticis.*
31 *Excommunicare quinam possint?*
32 *Excommunicationes facta in concilijs synodalibus non possunt tolli, nisi in alio concilio synodali.*
33 *Excommunicationis pœnam imponere possunt superiores regularium.*
34 *Excommunicare non possunt, qui non habent iurisdictionem.*
35 *Excommunicare non possunt infames, & publice excommunicati.*
36 *Excommunicare fœmina non permittitur, nisi à Papa habeat speciale priuilegium.*
37 *Excommunicari non possunt non subditi.*
38 *Excommunicari non possunt infideles.*
39 *Excommunicari nõ potest superior ab inferiore.*
40 *Excommunicari non potest par à pari.*
41 *Par in parem non habet imperium.*
42 *Excommunicari non possunt infantes, amentes, furiosi, &c.*
43 *Excommunicationis in sententia proceditur iuridicè.*
44 *Excommunicatio ab homine prauias monitiones requirit saltem tres, vel vna pro tribus sufficit in causa vrgenti.*
45 *Excommunicatio requirit Iudicis intentionem, nec non partis petentis.*
46 *Excommunicationis sententia in scriptis est facienda.*
47 *Iudex excommunicationem ferens nõ prauia monitione suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officijs per mensem.*
48 *Excommunicatus ministrans Sacramenta, vel sacrificans, vel concurrẽs ad sacrificium est irregularis.*
49 *Clerici excommunicati ministrantes solemniter sunt irregulares non priuatim.*
50 *Excommunicatus excommunicatione minori impeditur ab vsu Sacramentorum passiuè: si tamen ministret seclusò scandalo peccat venialiter.*
51 *Ministerium est quid spectans ad Iurisdictionem fundatam in ordine.*
52 *Sacerdos excommunicatus ministrans Eucharistiam ab alio consecratam non peccat mortaliter.*
53 Tex. in cap. si celebret, de clerico excõmunicato ministrante *explicatur.*
54 *Peccati appellatione intelligitur de mortali.*
55 *Collatio Sacramentorum non interdicitur excommunicato excommunicatione minori* per tex. in cap. si celebret.
56 *Peccatum veniale potest esse, & graue, & leue.*
57 *Excommunicationis alius effectus est priuare electione actiua, & passiua.*

1 NTER pœnas Ecclesiæ grauior est excommunicatio, merito ab ipsa est inchoãdũ, ad cuius tituli, & § primi intelligentiam videbimus, quid, & quotuplex sit excommunicatio, & aliqua circa ipsam notabimus ideo.

Aduerte primò, quod excommuni-
2 catio est censura à canone, vel à Iudice Eccle-

Ecclesiastico prolata priuans legitima communione, quandoque hominum, quandoque Sacramentorum sic definit *Marianus Soccinus loco citato n 19.* & ait esse definitionẽ. *Zabarella in c. perpendimus extra eodem*, & videtur aptissima definitio, nam sub ipsa comprehẽditur tam excommunicatio maior, quã minor, vt patet ex singulis eius verbis, quæ omnia apponuntur loco generis, & differẽtiæ, & comprehendit omnes species sui definiti.

Aduerte secundò, quod excommuni-
3 catio alia est maior, alia minor. Excommunicatio maior habet varios effectus,
4 & primò sic excommunicatus priuatur gratia Dei, quia excõmunicatio maior peccatum supponit, vnde Dæmon vtitur ipso, sicut rusticus asino, *textus & gl. in c. audi denique 11. q. 3.* Secundò,
5 Angelus bonus retardat se ab auxilio erga talem, & minus operatur ad eius subleuamen, & ideo Angelus malus magis præualet. *Soccinus in c. sacris extra*
6 *eodem n 19* Tertiò, siue sit iusta, siue iniusta priuat commercio hominum. *c. 1. 11. q 3.* Quartò, ligat, & punit etiã bruta, sic refert *Soccinus loco citato n. 33. & sequentibus*, vbi multa adducit
7 exẽpla inter cætera de passeribus infestantibus Sacerdoti celebranti qui fuerunt excommunicati ab eodem Sacerdote, & ex tunc quicunque tales passeres ingrediebantur Ecclesiam moriebãtur. Idem habuit locum in arbore exsiccata propter securim, quam retinebat cuiusdam rustici, qui vt illam inueniret monitiones præmisit, & sententiam excõmunicationis aggrauari curauit. Quin
8 tò, excommunicatus non potest resurgere à tali vinculo sola contritione, & proposito confitendi (sicut potest à peccatis) sed debet absolui positiuè. *cap. cum desideres & c cum à nobis, de sententia excommunicationis*. Sextò, ex-
9 communicatus est infamis infamia facti, nam apud homines eius opinio decoloratur. *cap. sunt plurimi 6. q. 1. c. de crimine 15. q. 5 patet ex l. honori, & l. licet, C. de obsequijs libertorum, & glos. in §. minor institutionibus lib. 1. de capitis diminutione*, excommunicatos depottatis æquiparat. Erit etiam infamis infamia iuris, si delictum cui est annexa
10 excommunicatio tale sit, quod inducat infamiam, vel steterit per annum in tali vinculo, nec petierit absolutionẽ, patet ex *Soccino in d. c. sacris n. 37. & deinceps.* Septimò. priuat vsu sacramẽ-
11 torum actiuè, & passiuè, si tamen excommunicatus de facto reciperet Sacramenta, quæ imprimunt characterem
12 etiam à ministro excommunicato valet talis collatio, si tamen scienter recipiat peccat mortaliter, & ideo nec recipit gratiam. *c. 1. & 2. de eo qui furtiuè ordinem suscepit diximus lib. 2. de Sacramentis*. Producit alios effectus de quibus infra.

Nota etiam, quod hæc excommuni-
13 catio maior solet aliquando dici anathema, quæ vox idem est, ac supra maledictio à greco, àna, quod est supra,
14 & theta, quæ erat figura, qua signabantur damnati, & apponebatur in fronte. *cap. gulisfarius 23. q. 4. & Soccinus in rubrica extra eodem n 13.*

Excommunicatio minor priuat par-
15 ticipatione, seu vsu Sacramentorum, non autem communione fidelium, notatur hic; non priuat tamen ministerio Sacramentorum, notat *gl. ex Victoria de Sacramentis in summa in fine*, nec priuat Ecclesiastica sepultura. quod pa-
16 tet per argumentum à contrario sensu, ideo priuantur excommunicati maiores, quia quibus viuis non communicamus, nec mortuis communicare debemus, sed excommunicati excommunicatione minori communicamus in vita; ergo etiam in morte.

Quæres primò, vnde habuerit originem excommunicatio.

Respondetur habuisse ortum à Iure
17 positiuo Ecclesiastico, & fuit figurata à responsione, quam fecit Dominus. *Matthæi 18.* sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus, & *Paulus Apostolus 1.* vsus est excommunicatione, vt in *d. c. gulisfarius*.

Quæres secundò: An communicans excommunicato maiori peccet semper sic communicando.

18 Respondetur cum distinctione, vel poterat non communicare, & communicauit in contemptum excommunicationis, & peccat mortaliter, vel id fe-
19 cit quia non poterat aliter euitare modo ciuili, & vrbano, & peccat venialiter, vel fecit ad bonum finem, & ad correctionem, & nullo modo peccat, imo meretur. *Nan. c. 27. n. 24.*

20 Quæres tertiò, quid si superior aliquid prohibuit sub excommunicationis pœna: An debeat intelligi de maiori, vel de minori, & pro dubij ratio-
21 ne videbatur esse dicendum de minori, quia sumus in odiosis, & odia sunt restringenda ex *cap. odia in 6.*

22 Respondetur tamen hoc non obstãte esse

esse intelligendum de excommunica-
tione maiori, & ratio est, quia sumus
in dubijs, & in dubijs tutior pars est
23 eligenda. *l.3. ff. de rebus dubijs, & cap.*
intelligentia, de verborum signif. Sed
tutior pars est, quod excommunicatus
absoluatur, ac si esset excommunica-
tus excommunicatione maiori, quam
24 ad modum excommunicationis mino-
ris, hæc enim continetur sub absolu-
tione ab illa, qui enim absoluit à maiori
liberat etiam à minori; ergo potius sic
erit dicendum, & non aliter.

25 Diuiditur insuper excommunicatio:
nam alia est à Iure alia ab homine, à Iu-
re est, quæ constituitur à canone, & est
26 generalis, vel à Synodo, & est particu-
laris pro territorio loci ipsius Synodi.
Clem.1. §. verum, de hæreticis. Ab ho-
mine cum à Iudice, seu superiore Ec-
27 clesiastico profertur. *c. nuper extra eod.*
Item omnis excõmunicatio, vel dicitur
ipso Iure, vel ipso facto, vel statim, &c.
28 & tunc nulla requiritur citatio, nisi tã-
tum ad dicendum causam quare non
debeat declarari excommunicatus, &
deinde superior declarat excommuni-
catum excommunicatione iam præce-
denti. Alia est, quæ requirit sententiã
aggrauantem, & declarantem, & est
29 quando excommunicatio fuit commi-
natoria. *c. vnico, de sagittarijs.*

Aduerte tertiò, quod non omnes su-
30 periores Ecclesiastici possunt excom-
municare, sed tantum illi, qui canoni-
cam habent iurisdictionem Ecclesiasti-
cam, & sic omnes illi, qui leges condere
possunt scilicet Papa, Concilium, Epi-
31 scopus, &c quando autem istæ excom-
municationes fiunt in Concilijs synoda-
libus, tunc habent vim legis, nec pos-
sunt ab Episcopo successore tolli, nisi
32 etiam in Concilio synodali diximus *li-*
bro 2. de Sacramento Pœnitentiæ cum
de casuum reseruatione. Item superio-
33 res regularium, Rectores, &c. excom-
municationem imponere possunt pro
suis subditis. *Nau. c.27 n.78.* e contra,
quicunque alij qui non habent iurisdi-
ctionem, nec excommunicationem im-
34 ponere possunt. *Siluest. verbo excom-*
municatio n.6. sic sunt infames. *cap. in-*
35 *fames 3. q.7.* vbi idem dicitur de pu-
blicis excommunicatis. Item fæmina
quantumuis Priorissa, vel Abbatissa, &c.
licet alias pœnas imponere possit excõ-
municare non valet. *c. dilecta de maio-*
36 *ritate, & obedientia.* bene tamen id fa-
ciat si habeat priuilegium à Papa, vt no-
tatur in d. c. *& aduertit Abb. in c. de-*
scripsimus de Iudicijs.

Aduerte quartò, quod multi sunt,
37 qui excommunicari non possunt, &
primò non subditi ratione defectus iu-
risdictionis. *c. præsenti, de sententia ex-*
38 *communicationis in 6.* Secundò, manẽ-
tes extra Ecclesiam, vt sunt omnes in-
fideles, qui enim nunquam fuit in Ec-
clesia ab ipsa eijci non potest, vt fit per
excommunicationem. *c. gaudemus, de*
diuortijs. Tertiò, superior non potest
39 excommunicari ab inferiori, & sic Pa-
pa à nemine excommunicari potest. *cap.*
proposuit de concessione præbendæ, item
40 nec par in parem, quia in illum non
habet imperium. *cap. duo sunt dist.96.*
41 Quartò, infames, furiosi, amentes, &c.
quia non peccant ideo, nec possunt ex-
42 communicari, excommunicatio enim
peccatum supponit *Clem si furiosus, de*
homicidio.

Aduerte quintò, quod debet etiam
43 excommunicatio habere suam formã,
& modum, vt iuridicè procedatur in
ipsa, & ideo vel est excommunicatio iu-
ris, vel hominis. Si est excommunica-
tio iuris, ipsummet Ius scriptum stat pro
44 centuplicata monitione, vel est excom-
municatio ab homine, & requirit præ-
uias monitiones saltem tres, quod si
causa sit vrgens vna pro tribus. *c. sacro*
extra eodem. Item debet esse intentio
45 Iudicis excommunicantis, & partis pe-
tentis. *Siluest. verbo excommunicatio*
c.14. & debet ferri in scriptis *c. mede-*
46 *cinalis hoc eod titul. in 6.* Pro monitio-
nibus sciendum est, quod si Iudex ali-
quem excommunicaret non præuia mo-
nitione, per mensem est suspensus ab
47 ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officijs,
& si interim celebrauerit efficitur irre-
gularis d. *c. sacro extra eodem.*

Pro eo, quod diximus, quod scilicet
excõmunicatus priuatur vsu Sacramen-
torum actiuè, & passiuè.

Nota primò, quod si excommunica-
48 tus ministret Sacramenta Ecclesiæ so-
lemniter, vel sacrificet, vel ad sacrificiũ
concurrat solemniter est irregularis tex-
tus est in *cap si celebret de Clerico ex-*
communicato ministrante, vbi DD. cõ-
muniter. Dixi siue ad sacrificium con-
currat solemniter: nam ministri in sa-
49 cris solemniter ministrantes si sint ex-
communicati efficiuntur irregulares,
secus autem si id faciant, sed non solem-
niter. *Toletus libro 1. c.9.*

Nota secundò, quod excommunica-
50 tus excommunicatione minori impe-
ditur ab vsu Sacramentorum passiuè; si
tamen

tamen ministret Sacramenta (secluso
scandalo) venialiter peccat. Ratio est,
quia excommunicatio priuat vsu Sacra-
mentorum actiuè, & passiuè simul; itaut
conficiat, sumat, & ministret, secus au-
tem quoad solum ministerium: nam
hoc potest dici potius quid spectans ad
51 Iurisdictionem fundatam in ordine, vn-
de si Sacerdos Eucharistiam ab alio cō-
secratam ministraret, licet esse excom-
52 municatus excommunicatione minori,
tamen non peccaret mortalitet. *Ioannes
de Vignano in tract. de censuris n.* 13.
*Abb. in c. si celebret de Clerico excom-
municato ministrante. Nau. c.*27.*n.*24.
Angelus verbo excommunicatio 1. §. 1.
Sotus dist. 22. *q.*4. *art.*3. *& alij canoni-
stæ communiter*. Sed obstat textus in
53 d. *c. si celebret*, vbi disponitur, quod
excommunicatus excommunicatione
minori ministrando Sacramenta peccat;
ergo debemus dicere, quod peccet mor-
taliter: nam appellatione peccati in ge-
54 nere peccatum mortale venire debet,
quod venit appellatione peccati simpli-
citer, & absolutè, tanto fortiùs, quod in
fine dicti capituli dicitur (grauiter pec-
cet).

Respondetur, ex contextu eiusdem
55 capituli apparere solutionē huius obie-
ctionis, dicitur enim ibi, quod non vi-
detur talis excommunicatus remotus à
collatione Sacramentorum; ergo potest
conferre, tanto fortiùs quod ly (grani-
56 ter peccet) potest intelligi grauiter in-
tra species venialis, nam veniale duplex
esse potest, scilicet graue, & leue, ac pro-
inde potius est restringendus sensus di-
cti capituli.

Alius effectus excommunicationis est
57 priuare electione actiua, & passiua, sed
pro hoc videte, *quæ diximus lib.* 1. *de
electione*.

In §. Rursus.

SVMMARIVM.

1 DAt auctor noster hic aliam di-
uisionem excommunicationis,
& ait, quod alia est latè senten-
tiæ, alia Comminatoria, aliæ Canonis,
alia ab homine. Hæc datur propter cō-
2 tumaciam, & inobedientiam, vt patet
ex *c. iure* 11. *q.*3. illa supponit crimē,
& culpam, vt notat *Abb. in principio
huius rubricæ*. Insuper hæc supponit
factum delinquentis, & comminentis
3 illa solo delicto locum habet, nec exigit
factum superioris pro incursu: nam ipso
iure afficit, Iudex autem nil aliud facit,
nisi sententiam declaratoriam pro tali
excommunicatione iam lata.

In §. si quis igitur.

SVMMARIVM.

nam percutiens est excommunicatus.

16 Laicus percutiens clericum grauiter ex mandato Iudicis Ecclesiastici, & ipse Iudex mandans incidunt in excommunicationem.

17 Irritatio canis in clericum cadit sub dispositione textus cap. si quis suadente.

18 Clericum si quis prosequatur ausugientem, qui incidit in foueam, incidit in canonem si quis suadente.

19 Impedimentum quodlibet factũ clerico violenter vel detentionis, carcerationis &c. cadit sub dispositione cap. si quis suadente.

20 Percussio clerici ob correctionẽ facta à magistro, Patre, &c. non cadit sub dispositione c. si quis suadente.

21 Clericum occidens adulterantem cũ uxore, vel fornicantem cum filia, sorore &c. non incurrit in canonẽ si quis suadente.

22 Primus motus excusat occisorem clerici adulterantis cum uxore, non vero si tempus determinauit, quo inueniret in enormitate.

23 Clericum occidens inuentum in præparatorijs ad coniunctionem excusatur à pœna cap. si quis suadente Diabolo.

24 Percutiens clericum ex primo motu non considerans illum esse clericũ non incidit in canonem si quis suadente.

25 Percutiens laicum quem putabat clericum non incidit in excommunicationem.

26 Percutiens clericum non incedentem in habitu, quia potest præsumi illum clericatui renunciasse non incidit in excommunicationem.

27 Percutiens clericum habitum clericalem contemnentem non est excommunicatus.

28 Ministri Iustitiæ, & triremium clericum curia sæculari traditum & condemnatum absque excommunicationis pœna percutiunt.

29 Clericum volentem opprimere fœminam, vel alium, si hi percutiant nõ sunt excommunicati.

30 Iniuria diuersa illata clerico in eodẽ actu continuato an faciant quem in unam, vel plures excommunicationem incurrere?

31 Species distinctæ obligant, quem ad exprimendas causas iniuriarum clerico illatarum.

32 Percussor publicus clerici an semper sit euitandus?

33 Percussorem clerici sententia Iudicis debet declarare excommunicatum.

34 Percussor clerici cum causa potest se defendere à sententia excommunicationis.

35 Mandantes clerici percussionem, vel ad illam consilium dantes an incidant in excommunicationem?

36 Mandans mandatum reuocans re integra non incidit in excommunicationem cap. si quis suadente.

37 Consilium dans incidit in excommunicationem cap. si quis suadente, si consilium causa fuit percussionis clerici.

38 Impedire potens, & non impediens percussionem clerici incidit in excommunicationem.

39 Excommunicatus ex clerici percussione, an pro absolutione semper teneatur Romam petere?

40 Percussio si grauis sit, vel leuis indicare spectat ad Episcopum, si autem dubitet Sedes Apostolica consulenda est.

41 Percussio grauis denotatur à pluribus circumstantijs.

42 Infirmus non tenetur.
43 Pauper non tenetur.
44 Inimicitias habens non tenetur.
45 Minor non tenetur.
46 Fœmina non tenetur.

} Romam petere pro absolutione excommunicationis ob clerici percussionem.

47 Regulares se inuicem percutientes absolui possunt à superiore.

48 Clerici sæculares communiter viuentes ob mutuam percussionem ab Episcopo ordinario possunt absolui.

49 Excõmunicatus potest absolui à quolibet Sacerdote in articulo mortis.

50 Excommunicatus absolutus in articulo mortis tenetur cum reconualuerit Romam petere.

51 Ratam habens clerici percussionem, an semper sit excommunicatus?

52 Ratihabitio percussionis clerici, vt causet excommunicationem, debet actu extrinseco demonstrari.

53 Ecclesia non iudicat de internis.

54 Ratihabitio percussionis clerici non factæ nomine suo non causat excommunicationem.

55 Ratihabitio comparatur mandato.

56 Ratum habere non potest quis, quod suo nomine gestum non est.

1 Hic, & in multis sequentibus §§. datur nobis ampla materia ad explica-

plicationem *textus in cap. si quis sua-
dente diabolo* 17. *q* 4. pro quo aliqua
notauimus *libro* 2. agentes de immu-
nitate Ecclesiastica circa personam, &
etiam in *libro* 1. tamen præter ibi di-
cta.

Aduerte primò quod plures gaudent
2 priuilegio dicti textus signanter ordi-
nati, ratione caracteris. Item Clerici
initiati, qui secundum Canonistas dicun-
3 tur ordinati, & veniunt appellatione
Clericorum. *cap. clericos dist.* 21. Item
Monachi, siue in sacris, siue laici, siue
professi, siue nouitij dummodo sint de-
4 stinati pro seruitio, & ministerio Eccle-
siastico etiam si sint conuersi, seu obla-
ti, vt dici solet, quia vt notat *glos. hic*,
licet isti non sint ordinati, tamen debēt
gaudere priuilegio Ecclesiarum, quarum
5 etiam religionem assumunt. *cap. reco-
lentes de statu Monachorum*. Quid de
6 clericis seluaticis, vide *DD. in d. cap. si
quis suadente diabolo*. Item gaudent
7 eadem immunitate, *text. in d. c. si quis
suadente diabolo*, clerici coniugati, vt
supra diximus, degradati, depositi, ex-
communicati, etiam traditi curiæ sæcu-
8 lari: nam minister exequens sententiam
Iudicis sæcularis si id faceret in odium
clericatus peccaret mortaliter, & inci-
deret in canonem. *DD. in cap. 2. de pœ-
nis in 6*. Item nec Clericus se ipsum
9 percutere potest, ne incidat in dictum
canonem. *Felinus in cap. at si clerici, de
10 iudicijs*. Pro heremitis, qui sub Epi-
scopi regula viuunt, videte *Archid. &
Turrecrematam in cap qui vero 16. q* 1.
Pro militibus Hierosolymitanis & alijs,
qui viuunt sub regula notat *Nau in tr.
de regularibus q.* 1. *& patet ex cap. ca-
nonica, de sententia excommunicationis*.

Aduerte secundò, quod nomine ma-
11 nus violentæ nō tantum venit manus,
sed etiam quæuis alia iniuria clericis il-
lata, siue pedibus, siue sputo, siue luto,
&c. vt notat *glos. hic verbo manus*. Itē
12 per ly in clericum non tantum venit
corpus ipsius clerici, sed etiā quidquid
accedit ad ipsum pro eo dum facit vnū
cum ipso; vnde si quis scinderet vestes
clerici incideret etiam in canonem, vt
per *gl. in d. cap. si quis suadente verbo
manus*. Ampliatur hæc dispositio pri-
13 mò, licet quis percuteret quamuis in
occulto: nam etiam incideret in excō-
municationem. *Abb. in c porrò de sen-
tentia excommunicationis n.* 1. Secun-
dò, etiam si clericus esset notorius, sed
dimisso habitu (non renunciato tamen
14 clericatu, nec declarato incurrigibili ab
Episcopo) licet exportaret arma pro-
hibita: nam, & ipsum percutiens inci-
deret in canonem. *DD. in c. in audien-
tiam, de sententia excommunicationis*.
15 Tertiò, etiam si clericus consentiat: nō
per hoc non potest cedere iuri. *cap. con-
tingit extra eodem*. Quartò, licet lai-
cus percuteret clericum ex mādato Iu-
dicis Ecclesiastici, tunc enim mandans,
16 & mandatarius (etiā si id faceret cau-
sa disciplinæ) sunt excommunicati, &
absoluendi à Sede Apostolica si percus-
sio sit grauis, vt in *cap. si vniuersitatis
extra eodem*. Quintò, si quis canem
17 irritauerit, vt morderet Clericum, vel
pileum acceperit cum actu iræ de capite
clerici, forsan eo, quod ipsum non salu-
tauerit, vel si accipiendo vestes Clerici
ipsas excutiendo diceret, (si non esses
Clericus facerem scio, quid) *Tabiena
verbo excommunicatio* 5 *nu* 41. *Inno-
centius in cap nuper extra eodem*. Se-
xtò, si quis prosequatur Clericum, qui
aufugiens incidit in foueam, & passus
est scissuram, vel fracturam, vel aliud
18 malum simile, prosequens incidit in
canonem. *Angelus verbo excommuni-
catio* 5. *n.* 38. *& Armilla n.* 12 videtur
enim damnum dedisse, dum causam dā-
ni dedit. Septimò, qui impedit violē-
19 ter Clericum, ne prosequatur suum iter,
seu equum in quo Clericus iter facit, vel
si carcerer ipsum Clericum. *Turrecre-
mata in d. cap. si quis suadente diabolo,
c. nuper, & c si Iudex extra eodem*. Li-
mita hoc, quod diximus in multis casi-
bus, & primò, in magistro ceremonia-
rum, patre, magistro litterarum, & in si-
20 milibus, isti enim possunt Clericum
percutere leuiter causa correctionis, &
non ex odio particulari. *cap. cum vo-
luntate. §. si qui verò extra eodem*. Se-
cundò, quando Clericus inuenitur in
21 enormitatibus cum vxore percussoris
filia, & alijs in primo gradu, secus autē
in alijs gradibus *Abb. in c. si verò, ex-
tra eod. n* 1. 4 *&* 5. Intellige tamen
hoc dummodo id fiat ex primo motu, &
vt vim vi repellat sui honoris, secus
autem si id faceret data opera cum so-
22 rore, vel vxore, &c. determinando ho-
ram, quando Clericus veniet, vt ipsum
inuenire possit, & verberare, sic enim
incideret in canonem, secus autem in
primo casu, quia tunc videretur operari
ex primo motu, & quasi ex necessitate.
Caetanus verbo excōmunicatio cap 10.
& Nau. c. 27. *n.* 84. Tertiò, licet Cle-
ricus non inueniatur in actu, sed in præ-
paratorijs ad coniunctionem, tunc enim

23 percussor non erit excõmunicatus col-
ligunt Canonistæ ducentes argumentũ
ex *DD. in l.quod ait, in principio, ff.ad
l.Iuliam de adulterijs*, *Nau. c.27. n.8.
& sequenti*, vbi etiam addit, neque
incurrere in canonem eum, qui omnino
ex animo indeterminato, & ira motus
inijcit manus nõ considerans: An per-
24 cussus sit Clericus, nec ne. Idem est si
ex casu fortuitu, quando quis nõ potuit
aduertere, an percussor esset Clericus,
nec ne, quia est actus præter voluntatẽ,
nisi quis daret operam rei illicitæ, tunc
enim incideret in canonem. *Calderinus
consilio 7. de sententia excommunicatio-
nis*. Quartò, si quis percuteret laicum,
quem putabat Clericum; nam requiri-
25 tur vera percussio Clerici, & scientia
clericatus. *cap. cum illorum citato titu-
lo, vbi Abb. n* 369. Dixi, quod requiri-
tur scientia clericatus: nam si Clericus
non incedebat cum habitu percutiens
26 ipsum non erit excommunicatus, potest
enim rationabiliter putare illum renũ-
ciasse clericatui. *cap. si verò, il 2. de
sententia excommunicationis*. Quintò,
27 percutiens, vel occidens Clericum, qui
contẽptu habitu clericali omnino enor-
mitatibus se immiscet non est excom-
municatus, tamen non est immunis. pu-
nitur enim alijs pœnis homicidij. *Abb.
in c. cum non ab homine n.* 1. *& 8. ex-
tra eod. c. perpendimus eod. titulo n* 1.
Sextò, quando Clericus est degradatus,
& traditus curiæ sæculari, tunc enim so-
28 lus minister sententiæ ipsum percute-
re potest, sicut etiam quando est dam-
natus ad triremes, tunc possunt mini-
stri percutere ipsũ causa correctionis,
& pœnæ propter culpas, quas ibi com-
mittit. *DD. in c. nulla* 18 *q.2*. Septimò,
quando Clericus vellet fœminam, vel
alium opprimere, tunc enim si ab his
percutiatur percussores nõ incidunt in
canonem, adhibito tamen moderamine
inculpatæ tutelæ, vt scilicet non pote-
29 rint alio modo aufugere, nec se defen-
dere ab his, tunc enim sunt immunes
à censura. *Sotus de iustitia, & iure lib. 5.
q.1. art. 8. & patet ex l.1. §. idem, ff. ad
l.Corneliam, de sicarijs*, tamen pro cõ-
plemento explicationis huius capituli.

Quæres primò, quid si quis plures
iniurias inferat eodem actu continuato,
30 & nullo modo interrupto in Clericum
scilicet expoliando, percutiendo, exspuẽ-
do in ipsum, &c. An pluribus excommu-
nicationibus alligetur.

Respondetur negatiuè, sed in vnam
tantum incidere excommunicationem,
verum tamen est, quod tenetur expri-
mere omnes dictas causas, si sint species
distinctæ, sic *Suarez de censuris disp* 5.
31 *sect. 3. n 8. Sairus lib. 1. c. 10. n. 9. Vgo-
linus tabula 3. cap. 16. §. 3. & alij com-
muniter*.

32 Quæres secundò: An semper publi-
cus percussor Clerici sit euitandus.

Respondetur non esse semper euitan-
dum, sed tantũ tunc quando Iudex per
33 sententiam ipsum declarat excommu-
nicatum, sic *Couarruuias in cap. alma
mater par. 1. §. 2. n. 7. Fagundez libro 1.
præcepto 1. cap. 5. n. 12. Sairus loco ci-
tato c. 11. n. 18.* qui hanc adducit ratio-
nem, scilicet, tunc quis est euitandus,
quando verè constat esse excommuni-
catũ, sed potest publicus percussor Cle-
rici varijs tergiuersationibus se defen-
34 dere à sententia excommunicationis;
ergo non est euitandus. Probatur mi-
nor, nam potest esse, quod iste percus-
sor allegaret moderamen inculpatæ tu-
telæ, vel furorem, ebrietatẽ, &c. & tunc
si talis causa probetur, iste nec erit ex-
communicatus, nec declarandus talis,
ergo nõ est euitandus, donec declaretur
talis à Iudice, semper enim potest excu-
sari quousque citatus ad dicendam cau-
sam quare, non habens firmam causam
suæ excusationis succũbat in sententia.

Quæres tertiò: An mandans, vel cõ-
35 silium dans incidant in canonẽ ex per-
cussione secuta ob mandatum, vel eorũ
consilium.

Respondetur affirmatiuè, dummodo
tamen mandans non reuocauerit man-
datum re integra, tunc licet percussio
36 sequatur non incidit, quia nec per se,
nec per alium concurrit, quod saltem
requiritur, vt per *DD. in d. cap si quis
suadente, & cap. mulieres extra eodem.
Nau. c. 17. n. 18.* dans autem consilium
37 quamuis quantum est ex se reuocaue-
rit, incidit tamen in canonem, si eius
consilium fuit causa mouens ad id. *Tur-
recremata in d. cap. si quis suadente*,
& pro hac materia mandati, seu consi-
lij apponite ampliationes & limitatio
nes, de quibus diximus *libro 1. de ijs,
qui promoueri non possunt*. Idem dic
38 si quis teneretur impedire crimen, &
non impediret; nam & hunc incidere
docet *Couarruuias in cap. alma mater
de sententia excommunicationis par. 2.
§ 2. Abb. in cap quanta extra eodem*.

39 Quæres quartò: An excommunica-
tus ex percussione Clerici teneatur sẽ-
per Romam petere: An possit absolui à
suo ordinario.

Re-

Respondetur, quod si percussio sit grauis absolutio est immediatè reseruata Papæ, seu eius pœnitentiarijs. Declarare autem: An sit grauis, vel leuis
40 spectat ad Episcopum. *cap. quærit, extra eodem, Nau c.27.n.91.* qui ait, quod quandocunque Episcopus dubitat: An percussio sit grauis, vel leuis debet consulere Sedem Apostolicam, & ab ipsa accipere facultatem, erit autem grauis percussio ratione circumstantiarum sci-
41 licet personæ, cui fit, loci, instrumenti, partis corporis, & similibus. Potest tamen in multis casibus, etiam facta graui percussione, quis esse liber à tali accessu. Primus est infirmitas, vel aliud legitimum impedimentum, debet ta-
42 men ligari, vt quandocunque fuerit liberatus ab impedimento Romam petat, *cap. quod si extra eodem.* Secundò, si sit pauper, qui viuat proprijs la-
43 boribus, & in itinere nō possit laborare, sed deberet mendicare, tunc enim non est cogendus sic petere Romam mendicando, imò si sit solitus mendicare, & sic viuat ipse cum sua familia, nec tenetur Romam petere sic mendicando, si non possit tali modo suæ etiam familiæ prouidere, vt expressè docet *Abb. in c.*
44 *ea noscitur, extra eodem.* Tertiò, si quis habeat inimicitias, itaut non possit esse tutus in itinere, idem *Abb. in c. de cætero citato titul.* vbi id extenditur ad alios casus, in quibus inimicitiæ excusant ab accessu. Quartò, minor ætas:
45 licet minor ætas alleuiat pœnam tamē non in totum releuat ab ipsa idem *Abb. in c.1. extra eodem.* Idem dic de fœminis, quæ non possunt sic honestè
46 iter facere. *cap. mulieres, extra eodem.* Quintò, regulares se inuicem percutientes, ne detur occasio vagandi, possunt
47 absolui à superiore Monasterij, *c. cum illorum, de sententia excommunicationis.* Idem dic de Clericis sæcularibus, sed qui viuunt in communitate; nā
48 isti poterunt absolui ab Episcopo suo ordinario. *Abb. & DD. in c. secundū, de vita & honestate Clericorum.* Sextò, in articulo mortis, quia tunc, vt notat
49 *Abb. in c. Monachi extra eod. & Trident. sess.24.* quilibet Sacerdos plenam habet iurisdictionem, auctoritatem Pon-
50 tificiam in hoc, & alijs casibus etiam Bullæ Cœnæ, remanet tamen delinquēs obligatus, vt quam primum conualescat Romam petat pro plena liberatione in foro exteriori.
51 Quæres quintò: An semper ratum habens incidat in excommunicationē.

Respondetur negatiuè, sed tantum tunc quando quis percutit Clericum ad vindicandam iniuriam alteri illatam, & deinde id iniuriato notificat, tunc si hic ratificet incidit in excommunicationē. Verum tamen requiritur, quod aliquis
52 actus extrinsecus interueniat, non sola intrinseca complacentia, sic enim licet peccet mortaliter, tamen non incidit in canonem, quia Ecclesia non iudicat de
53 internis ex *l. cogitatione, ff. de pœnis,* excommunicatio autem est pœna Ecclesiæ. Quod si quis ratam habeat percussionem factam Clerico, quantumuis suo inimico, si tamen non fuerit facta
54 nomine suo, neque incidit in canonē, & ratio est, quia id ratū habemus, quod nomine nostro factum est, & tunc ratū habens incidit, quia ratihabitio com-
55 paratur mandato. *cap. ratihabitionem de regulis iuris in 6. & notant Ciuilistæ communiter in l. si quis, § pater, ff. de acquirenda hæreditate;* secus autem in primo casu, quando opus non est factū nomine suo, quia tunc quis ratum declarare non potest, quod suo nomine gestū
56 non est. *cap. ratū de regulis iuris in 6.*

Pro § *sed & si* esset videndū de coadiutoribus, mandatoribus, ratificantibus &c. de quibus iam patet ex dictis, neque aliud occurrit præter ea, quæ habentur per *glos. hic.*

In §. interdum, cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus inueniens clericum cū armis potest illū expoliare, ne maius malum committat.*
2 *Creditor clericum fugitiuum debitorem detinēs, vt ad proprium Iudicem ducat non est excōmunicatus.*
3 *Clericus pro alterius satisfactione nequit se subijcere fustigationi.*
4 *Clericus non potest in præiudicium clericatus potestati laicali se submittere.*
5 *Clericus se potestati laicali subijciēs est declarandus excommunicatus.*
6 *Nemo potest sibi ipsi pœnam infligere.*

QVæ faciunt pro his §§. patēt aliquatenus ex dictis præter ea. Aduerte primò, quod finis
1 est attendendus in factis in personas Clericorum, & contra ipsos, & ideo

ideo si Iudex laicus inueniat Clericum
cum armis, & expoliet ipsum ne maius
malum committat, sed tamen absque
læsione personæ non erit excommuni-
catus. *Graffius lib.4. decisionum s.21.*
n.68. Idem est si creditor Clerici ipsum
2 fugitiuum detineat propria auctoritate
animo tamen ducendi ipsum ad carce-
res sui Iudicis ordinarij. *glos. in cap. si*
Clericus hoc eod. titul. in 6.

Aduerte secundò, quod nō potest Cle-
ricus seipsum subijcere fustigationi sibi
faciendæ ab eo, cui intulit iniuriam, vt
3 tali modo satisfaciat ipsi offenso, & ra-
tio est, quia esset se subijcere potestati
laicali, quod nequit facere Clericus in
præiudicium totius Clericatus, pro quo
4 introductum est priuilegium, & non pro
tali certa persona determinata. *cap. si*
diligenti. & cap. significasti, de foro cō
petenti, & ideo percutiens ipso facto in-
cidit in excommunicationem, Clericus
autem se subijciens est declarandus ex-
5 communicatus per sententiam, vt notat
glos. his verbo innodabitur ex Abb. in
cap. contingit extra eodem. Confirma-
tur hoc: nam statuta, quæ puniunt per-
cutientes, puniunt etiam percutientes
se ipsos, vt notat *Ioannes Andreas in*
additionibus ad Specul. titulo de pœnis
in principio, versiculo quaero, & gl. hic,
6 dat exemplum de bannito, qui licet pos-
sit ab alio impunis occidi, non poterit
tamen se ipsum occidere, vt notat *Bald.*
in l. 3. C. de seruis fugitiuis, sic Clericus
delinquens licet possit castigari à suo su-
periore, non poterit tamen punire se
ipsum nec sentire, vt ab alio percutiatur
absque incursu in canonem.

In §. ex contrario.

SVMMARIVM.

1 *Clericum repercutiens ad vindictam est excommunicatus.*
2 *Clericum aliena exportantem potest Dominus impedire, & illi vim inferre.*
3 *Animus iniuriandi requiritur in clerici percussione, vt quis incurrat in canonem si quis suadente.*
4 *Priuilegio priuandus est, qui delinquit contra priuilegium.*

Aduerte primò hic, quod si quis
vellet percutere Clericum eo,
quod fuerit ab eo percussus se-
mel, sed tamen Clericus iam destitit à
percussione, tunc repercutiens ipsum
1 est excommunicatus: nam esset reper-
cutere ad vindictam, non autem ad re-
pellendam vim vi, sic notat *gl. his ver-*
bo inferat ex Abb in c. si verò. extra
eod. & c. olim de restitutione spoliato-
rum.

Aduerte secundò, quod si Clericus
exportaret aliena bene poterit Domi-
nus rerum ipsum Clericum impedire,
ne vlterius progrediatur etiam vim in-
ferendo ipsi Clerico cum moderamine
2 tamen inculpatæ tutelæ, & dummodo
bona non possint aliter recuperari, sic
notatur in præsenti ex *cap. 2. de resti-*
tutione spoliatorum, Abb. in c. si verò,
extra eod. & in c. cum non ab homine
de iudicijs, ex quo colligit *l. nostra*
his principium generale, quod scilicet
ad incurrendam hanc excommunicatio-
3 nem non solum factum, sed etiam ani-
mus iniuriandi requiritur, & notat etiā
glos. hic in 2. notabili, quod merito id,
quod facit pro defensione vitæ, vel bo-
norum, vel honoris non est excommu-
nicatus: nam qui delinquit contra pri-
4 uilegium, merito priuilegio priuari de-
bet. *l. Iudices, C. de dignitatibus lib. 12.*

In §. quinimo.

SVMMARIVM.

1 *Legis auxilium frustra implorat, qui in illa delinquit.*
2 *Clericus non se gerens vt talis, & vituperans clericatum non gaudet illius priuilegio.*

1 Frustra legis implorat auxilium,
qui delinquit in ipsa. *l. isti qui-*
dem, ff. quod metus causa, & c.
fin. de immunitate Ecclesiarum, sic fru-
stra quis vult honorari, vt Clericus si
non se gerat, vt talis, ideo si Clericus
dimisso habitu clericali immiscuerit se
enormitatibus, & in his deprehensus
2 percutiatur, vel occidatur, percussor
non incidit in canonem, licet alijs pœ-
nis puniatur, vt notatur hic in *cap. cū*
non ab homine citato. Idem dic de
Clerico bannito, vel assassino, vt notant
DD. in d. cap. cum non ab homine, et
c. 1. de homicidio in 6.

In

In §. Item si qui.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in sacris eximuntur à patria potestate, neque possunt corrigi verberibus.*
2 *Honorabilia mẽbra verberibus subiacere indecorum est.*
3 *Correctio, quæ ab omnibus in proximum fieri potest, in clericum verberibus non est facienda.*

1 HIc de alio casu, de quo supra diximus, quod scilicet percutientes Clericos causa correctionis non sunt excommunicati, tamen respectu eorum, qui sunt constituti in sacris limitari debet, isti enim eximuntur à patria potestate, quoad correctionem realem *Innocentius, & Hostiensis in c. indecorum, de atate, & qualitate*, quia id, quod specialiter permissum est pro Clericis, videtur prohibitum pro constitutis in sacris probat *glos. hic verbo in minoribus ex c. qualis dist. 25 l. cum prater, ff de iudicijs*, & rationem sub-
2 dit, nam honorabilia membra (exceptis grauioribus culpis) verberibus subijci non debēt, *c. cum beatus dist. 45*.

Limita etiam hoc respectu aliorum, qui non habent officium corrigendi: nam licet vnusquisque teneatur corrigere proximum, & domesticos, & qui
3 domesticorum curam habet. *cap. fidem negauit, §. necesse, versiculo hinc etiam dist. 47.* tamen non omnibus permissum est verberari,

In §. quod autem cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus ob impedimentum à Diœcesano, vel ab alio tenetur statim Romam petere finito impedimento.*
2 *Iter necessarium quis faciens, non debet delicias prætendere.*
3 *Romam petere retardans pro absolutione poterit denuo in excommunicationem incidere.*
4 *Regressus non datur de priuatione ad habitum.*
5 *Absolutionem voluntariè differens reincidit in excommunicationem eandem non numero, sed specie.*
6 *Inobedientia facit, quem reincidere in eandem excommunicationem.*

PRo § *quod autem* nihil occurrit notandum præter supra dicta, sed pro §. *periculo*.

Aduerte, quod cessante legitimo impedimento, quo detinebatur is, qui fuit absolutus à Diœcesano, vel ab alio su-
1 periore Ecclesiastico, statim debet Romam petere, vt mandatum suscipiat pro sui tali culpa, vel absolutionem in foro exteriori, & id facere debet statim, ac
2 cõmodè poterit, neque fas est in itinere delicias prætendere, sufficit si necessariã habeat commoditate, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verborum significationibus*, & si id non faciat, quam primum
3 poterit reincidit in eadem excommunicationem, qua tenebatur. *cap. ea noscitur, & c. de catero extra eodem.*

Dices, vel fuit absolutus, vel non, si fuit absolutus non potest incidere in eandem excommunicationem: nam de
4 priuatione ad habitum non datur regressus, si non fuit absolutus; ergo non potest dici, quod reincidat, sed potius, quod manuteneatur in ipsa, qua erat ante ligatus.

Respondetur negando consequentiã, & dicimus vere reincidere non in candem excommunicationem numero, sed in eandem speciem, quatenus quoties-
5 cunque quis non exequitur statim id, quod Ius disponit in pœnam huius inobedientiæ reincidit in excommunicationem eiusdem speciei, ac erat illa, qua tenebatur d. *cap. ea noscitur, &*
6 *c. de catero*. Funditur autem hæc excommunicatio in peccato inobedientiæ, quod committit is, qui huic procepto Ecclesiæ parere non vult.

In §. idem N. cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus debet videre an iniuria illata sit grauis, vel leuis.*
2 *Pueri doli capaces possunt absolui ab Episcopo si enim sint doli incapaces non peccant.*
3 *Doli incapaces, an sicuti patiuntur iniuriam possunt inferre alijs, & puniri.*
4 *Persona offendens in iniurijs consideratur, ab illa enim actus procedit.*

Pueri

5 *Pueri quid operantur nesciunt.*
6 *Delictum factum tempore pueritiæ maiore ætate superueniente poterit benè ab Episcopo absolui.*
7 *Beneficium, quod semel cœpit habere locum non tollitur per superuenientiam maioris ætatis.*
8 *Monachi ad inuicem se ipsos percutientes possunt absolui ab eorum superiore, percutientes vero clericum sæcularem absoluendi sunt ab Episcopo.*
9 *Monachi in superiorem manus iniicientes, vel in Episcopum debent absolui à Papa.*
10 *Casus enormis sēper intelligitur exceptuatus in verbis quantumcumque permissiuis.*
11 *Monachi diuersorum Monasteriorū se ipsos adinuicē percutientes quisque debet absolui à superiore Monachi percussi.*
12 *Moniales pro percussione, siue inter ipsas, siue exterorum non tenentur adire Romam pro absolutione.*
13 *Priuilegium* cap. si quia suadente *non conceditur tantum ratione characteris, sed alia ratione etiam.*

1 QVando iniuria sit grauis, quan-
do lenis remitti debet arbitrio
Episcopi, qui id considerabit
ex circumstantijs offendēris,
offensi, loci, &c. supra diximus, & no-
tat *Abb. in cap peruenit, extra eodem
ex cap. cum illorum eod. titulo, & §.
atrox institutionibus de iniurijs*, hic ta-
men.
Aduerte primò, quod ratione ætatis
2 pueri possunt absolui ab Episcopo, dū-
modo tamen tēpore delicti fuerint doli
capaces, alias, quia non peccant, neque
incidunt in canonem. *cap. pueris, de
delictis puerorum.*
Dices ex *glos. hic*, qui non sunt doli
3 capaces pati possunt iniuriam; ergo
etiam inferre: Antecedens patet ex
Clem. 1. *de homicidio, & c. illud* 16. *q.* 1.
vel dicendum est, quod si non inferunt,
neque patiuntur, vt contrariorum ea-
dem sit disciplina.
Respondetur negando consequentiā,
4 & pro axiomate adducto disparitas est;
nam in iniurijs magis attenditur perso-
na offendens, ab ipsa enim procedit
actus; ergo licet puer iniuriam patia-
5 tur, inferre tamen nequit, dum nescit
quid operatur. *l.* 1. *C. de falsa moneta.*
Aduerte secundò, quod possunt pueri
etiam si deinde peruenerint ad maiorē
ætatem absolui tamen ab Episcopo de
6 percussione graui facta Clerico tempo-
re pueritiæ, vt notat *Abb. ex c. fin. ex-
tra eod.* & rationem dat *gl. hic*: nam
beneficium, quod semel cœpit habere
7 locum non tollitur per superuenientiā
maioris ætatis, patet ex *cap.* 1. *& fin.
extra eodem*, & notat idem *Abb. in c.* 2.
de delictis puerorum.
Aduerte tertiò id, quod diximus de
Monachis intelligendum esse, siue in
claustro, siue extra claustrum inter ip-
sos tamen interuenerit sic *Ioannes An-*
8 *dreas, & Abb in c. cum illorum extra
eodem*. Dixi inter ipsos, nam si manus
violentas in Clericum sæcularem iniece-
rint, tunc ab ordinario ipsius Clerici
sæcularis sunt absoluendi. d. *cap. cum
illorum*, §. *quod si claustrales*. Idem
dic si in Episcopum, vel in proprium su-
periorem manus iniecerint, vel inter se
9 se ipsos enormiter percusserint, tunc
enim ad Papam esset recurrendum, sic
patet ex *Abb. in c.* 2. *extra eodem* & ra-
tionem huius vltimi dicti dat *glos. hic
verbo quandocunque*. Quod scilicet in
10 verbis permissiuis quantumuis gene-
ralibus semper intelligitur exceptus ca-
sus enormis. Dixi etiam, inter ipsos, ad
ostendendum, quod debent esse eiusdē
Monasterij: nam si sint diuersorum
11 Monasteriorum, tunc ambo superiores
pro tali absolutione requiruntur, vt vnus
alium absoluat, qui suo subdito iniuriā
intulit, vt in d. *cap.* 2. *extra eodem.*
Aduerte quartò, quod in Monialibus
omnia dicenda sunt, quæ diximus de
Monachis, & cum ampliori facultate,
vt scilicet licet Moniales percusserint
12 Clericum, vel aliam percussionē enor-
mem fecerint, non compellantur adire
Romam ratione fragilitatis sexus mulie-
bris, sed Episcopus indistinctè ipsas ab-
soluit. *Abb. in c. de Monialibus extra*
13 *eodem*. Ex quo colligit *glos.* quod pri-
uilegium canonis, *si quis suadente dia-
bolo*, non tantum conceditur ratione
characteria in anima existentis sed alia
ratione voti solemnis professionia, vt
patet hic in Monialibus.

In §. is autem.

SVMMARIVM.

Delegatus pro absolutione potest aliū subdelegare, non sic subdelegatus.

Ille,

Ille, qui habet auctoritatem absoluendi, id facere poterit non tantum per se ipsum, sed etiam media persona alterius, cui id committere potest, si sit Iudex ordinarius, vel delegatus à Principe modo, quo diximus *lib. 3. de iudicijs*, secus autem in subdelegatis; nam isti non possunt alios delegare, vt similiter patet ex ibi dictis, & notant *DD. in c. fin. de officio delegati*.

In §. Iudicis cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio Iudicialis, quæ dicatur?*
2 *Excommunicatio media quando infiratur?*
3 *Excommunicatio iniusta nihil officit quoad Deum, sed quoad homines tollit commercium.*
4 *Excommunicatio Iudicis, quæ requisita habere debeat.*

Explicita excommunicatione Canonis aggreditur auctor noster explicationē excommunicationis à Iudice, ideo.

Aduerte primò, excommunicationē iudicialem eam esse, quæ Iudicis ministerio infertur notat *auctor noster hic*
1 *in §. Iudicis, & gl. verbo iudicialis*, dat aliud membrum diuisionis excommunicationis, & ait, quod alia est media,
2 scilicet, neque Canonis, neque Iudicis, quod est quando Papa dat alicui facultatem excommunicandi suos malefactores. *cap. benè quidem dist. 96. c. trāsmittam de electione, & Hostiensis in summa eodem titulo, §. quis possit excommunicare verbo ne dum autem*, quilibet tamen non potest id facere, nisi rationabili causa id suadente; secus autem si excommunicatio sit iniusta
3 nullum producit effectum quoad Deum, licet quoad homines sit euitanda. *Couarruuias in cap. alma mater, eod. tit. in 6. §. 7. vers. 11. conclus. 3. ex cap. per tuas, extra eodem.*

Aduerte secundò, quod vt excommunicatio Iudicis benè procedat. Primò, debet ferri in subditum. Secundò, debet præcedere trina monitio, vel in
4 casu vrgenti vna pro tribus. *cap. statuimus eod. titulo in 6.* Tertiò, quod sit in scriptis, & sic in hoc casu, & in alijs scriptura requiritur. *cap. 1. de censibus in 6.* Quartò, quod cōtineat causam, propter quam quis excommunicatur. *cap. 1. eod. titulo in 6. & Abb. in cap. per tuas, extra eodem*, alias Iudex puniri potest.

In §. quæri poterit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata semper intelligitur maior, non minor.*
2 *Consuetudo habet vim interpretandi.*

1 Hic proponitur casus, de quo sæpius supra diximus scilicet, quod si Iudex excōmunicaret, deberet intelligi de maiori excommunicatione, non autem de minori, neque facit, quod pœnæ sint restringendæ, nam id procedit in pœnis corporalibus, vel pecuniarijs, excommunicatio autem est potius medicina, & sic in ipsa latior fieri debet interpretatio notatur hic ex *Abb. in c. 1. de iudicijs versiculo ad hoc allego*, tum quia consuetudo habet vim
2 interpretandi. *l. si de interpretatione, ff de legibus*, & consuetudo declarauit, quod Episcopi nunquam habeant in vsu excommunicandi excommunicatione minori, sed maiori, vt notant *Abb. in c. si diligenti, de foro competenti, versiculo ex qua probo.*

In §. quorum illæ.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatorum pœna proponuntur.*
2 *Commercium interdicitur excommunicatis, cum quibus illud habentes sunt pariter excommunicati.*
3 *Commercium cum excommunicatis in quibus interdicatur: versus declarat.*
4 *Sacerdos non potest conficere, & ministrare Sacramenta coram excōmunicato.*
5 *Consanguineis commercium cum excommunicato non interdicitur.*
6 *Excommunicationem minorem incurrit communicans cum excommunicato.*
7 *Excommunicati sunt à Iudicibus remouendi à procuratorio, & ab aduocando, & à testificando.*

8 *Excommunicatus potest se defendere in Iudicio, non autem agere.*

1 PRoponuntur hic pœnæ excõmunicatorum, & duæ fignanter scilicet, quod non habent commercium cum fidelibus, nam communicantes cum ipsis sunt excommunicati, & ipsi nullum actum legitimum maximè iudiciale facere possunt validū, nec fir-
2 mum, & alijs pœnis afficiuntur, vt patet ex *cap. statutum, & c. decernimus, de sententia excommunicationis in 6. & c. engeltrudam 3. q. 4.* cum excõmu-
3 nicato autem in multis participare non possumus, vt notatur per versum.

Os, orare, vale communio, mensa negatur.

Os hoc est locutio cum excommunicatis, non enim possumus habere colloquium cum ipsis. Orare, nam excom-
4 municati non possunt Ecclesiam ingredi, & orare simul cum fidelibus, nec potest Sacerdos coram excommunicatis ministrare, seu conficere, nisi id aduerterit post inceptum canonem. *Siluest. verbo excommunicatio* 5. Vale, hoc est salutatio. Communio, quod intellige modo quo diximus actiuè, & passiuè circa Sacramenta; Mensa, nam cum ipsis conuenire non licet, nec dormire, nec
5 in eadem domo manere, nisi essent consanguinei, vel famuli, vt colligitur ex *Nau. c. 27. n. 20.* & patet etiam ex *cap. cum excommunicato 11. q. 3.*

Nota etiam hic, quod excommunicatus communicans cum altero excõmunicato incidit de nouo in excommunicationē minorē; de qua debet se accusa-
6 re, nec est exemptus, vt notat *gloss. hic ex Felino in c. nonnulli, & c. 4. de rescriptis*, & Iudices saeculares debent remouere excommunicatos, & à procura-
7 torio, & ab aduocando. *cap. decernimus de sententia excommunicationis in 6.* item à testificando d. *cap. decernimus, & c. à nobis de exceptionibus.* Repelluntur etiam ab agendo in Iudicio, secus autem à se defendendo: nam licet excommunicatus non possit comparere,
8 & agere, tamen si fuerit citatus potest se defendere, & non comparens est contumax, potest enim suum Ius proponere. *cap. cum inter priorem de exceptionibus, & d. cap. decernimus.*

In §. dubitatum.

SVMMARIVM.

Citatus ab excommunicato potest opponere exceptionem excommunicationis, quamuis alias inter se communicauerint.

NE quis ex proprio malo commodū reportare videatur ideo statutum est, quod licet quis communicauerit excommunicato, & ipsi conuiuat, si tamen excommunicatus citet hunc ipsum, qui secum communicauit potest citatus opponere exceptionem excommunicationis, nec valet replicatio excommunicati, quod citatus iam secum communicauerit, vt hic, & in d. *c. à nobis, de exceptionibus,* ratio autem esse potest, nam communicatio cum excommunicato non tollit vinculum excommunicationis cui semper inhæret tale impedimentū ad agendum.

In §. nec ideo, cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis exceptio potest opponi contra excommunicatum, licet Episcopus suspendendo effectus excommunicationis dederit facultatem alys communicandi.*
2 *Excommunicationem suspendere non est ab ipsa in totum liberare.*
3 *Episcopus nequit negligere formam in absoluendo excommunicato.*
4 *Excommunicatus, licet suspensionem excommunicationis habuerit, tamē decedens, in loco sacro non est sepeliendus.*
5 *Excommunicati corpus absolui potest pro Ecclesiastica sepultura.*
6 *Excommunicati hæredes compelluntur, vt pro illo satisfaciant.*
7 *Excommunicatio tangit animam, & corpus.*
8 *Corpora nobilitari, & honorari possunt post mortem.*

1 ADuerte primò hic, quod nisi excommunicatus fuerit verè absolutus parum prodest, quod Episcopus dederit ei facultatem communicati-

nicandi cum alijs, ita vt suspenderet ef-
fectum excommunicationis pro aliquo
tempore, præstita per ipsum excommu-
nicarum cautione de parendo præce-
ptis Ecclesiæ, tunc enim etiam si con-
tra ipsum agere velit potest opponi ex-
ceptio excommunicationis: nam suspē-
dere excommunicationem non est in
2 totum ab ipsa liberare, vt notatur hic
in *cap. cum consideres*, & *c. tenere ex-
tra eodem*, & rationem dat *gl. hic ver-
bo perperam*: nam non potest Episco-
pus neglecta forma absoluendi aliquem
aliter absoluere, & sic, vel in totum ab-
3 soluet, vel hæc suspensio ab excommu-
nicatione parum operatur, patet hic ex
cap. à nobis extra eodem.

Aduerte secundò, quod hac eadem
ratione, si quis pendente tali suspen-
sione (& non facta reali absolutione)
4 decedat, nec erit sepeliendus intra Ec-
clesiam: nam cui viuo non communi-
camus, nec defuncto communicare de-
bemus. *cap. sacris extra eodem*, & *dixi-
mus lib. 2. de sepulturis*.

Aduerte tertiò, id similari si quis ex-
communicatus dum decederet ostendat
signa contritionis, & pœnitentiæ, tunc
5 poterit post mortē absolui corpus (ani-
ma enim fuit absoluta per contritionē)
& sepeliri in Ecclesia, vt patet ex d.
cap. à nobis, & *c. sust*, & hæredes eius
6 possunt compelli, vt satisfaciat pro ipso
excommunicato, notant *DD. in d. c. à
nobis*.

Ex *gl.* hic habes duo: primū est, quod
excommunicatio tangit animam, & cor-
7 pus, & sic licèt anima fuerit absoluta
per contritionem, tamen & corpus ab-
solui debet. Secundum, quod colligi-
tur est, quod aliquando potest corpus
nobilitari etiam post mortem, vt patet
hic in absolutione excommunicati, &
sic potest corpus militis honorari post
mortem, & declarari corpus militis, no-
tat *Bart. in l. 1. C. de dignitatibus lib. 12.*
8 Item poterit honorari corpus Doctoris,
vt si casu post recitata puncta à Docto-
ratu decederet, tunc enim potest tale
corpus honorari modo, quo honorabā-
tur Doctores, vt notat *gl. hic verbo im-
pendendum circa finem*.

In §. sed, & si.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus ad cautelam dicitur, qui
absoluitur pendente dubio de illius
excommunicatione.*
2 *Excommunicatus toleratus ab Eccle-
sia non est in publico euitandus.*
3 *Excommunicati euitatio inducit illū
præ rubore ad emendationem, &
satisfactionem.*
4 *Excommunicatus à Iure ob factum
notorium, quamuis sententia non
intercesserit est euitandus.*
5 *Notorium quando dicatur?*
6 *Excommunicatus non plenè notorius
non est in publico euitandus, qui
tamen sciunt possunt illum in se-
creto euitare.*
7 *Cooperire crimina alterius melius est
cum possumus, quam publicare.*

HIc proponuntur casus pro com-
mercio cum excommunicatis
ideo.

Aduerte primò, quod absolutus ad
1 cantelam is dicitur, qui pro certo tem-
pore liberatur, quia forsan dubitatur
An verè sit excommunicatus nec ne, &
tunc cum isto licitè communicare pos-
sumus, & de hac absolutione ad caute-
lam patet ex *cap. ad præsentiam, de ap-
pellationibus*.

Aduerte secundò, quod quando su-
mus certi de excōmunicatione alicuius,
sed tamen hic toleratur ab Ecclesia,
2 tunc ipsis in publico communicare pos-
sumus, ne oriatur infamia, vt notatur
ex *Abb in c. cum non ab homine extra
eod. argumento textus in l. diffamari,
C. de ingenuis manumissis*, debet tamē
in occulto vitari ex ratione, quam dat
hic *Lancellottus*, vt scilicet verecundiæ
rubore suffusus pro latenti scelere satis-
facere compellatur, sic tenent *DD in
cap. si placuit*, & *c. si tantum 6. q. 2.*

Aduerte tertiò, quod semper excom-
3 municatus à Iure est euitandus, siue in
publico, siue in priuato etiam si non
fuerit declaratus per sententiam, nam
Ius talem ipsum declarat, dummodo tā-
men factum sit notorium, notat *Socci-
4 nus in cap. inter aliam hoc eodem titulo
n. 28.* & tunc dicitur notorium, quando
communiter omnibus res cognita est;
secus autem quando paucis, argumento
5 *text. in c. multi 2. q. 1.* Quando autem
est pluribus notum, ita vt factum pro-
bari posset per testes, tunc licet non sit
plenè notorium, & hac ratione non sit
6 euitandus in publico, potest tamen is,
qui id nouit ipsum euitare in secreto,
dummodo possit illum conuincere de
crimine, d. *l. diffamari, C. de ingenuis
7 manumissis, l. eum, qui nocentem, ff. de*

iniuriæ, melius enim est cooperire crimina cum possumus, quam aliena facinora publicare.

In §. sed multum, cum tribus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato communicans in excommunicationem minorem nō in eandem incurrit.*
2 *Excommunicationem eandem incurrunt participes in crimine, propter quod fuit lata excommunicatio.*
3 *Monitus à Iudice ne communicet cū excommunicato in pœnam inobedientiæ excommunicatione maiori ligari potest.*
4 *Absolutio spectat ad quem spectabat damnare, vel ad superiorem.*
5 *Vicarius potest absoluere pro Episcopo.*
6 *Aedificium ab ædificante, & ab alijs destrui potest.*
7 *Leges plurimæ consuetudine in contrarium tolluntur.*
8 *Excommunicationem minorem potest absoluere quilibet confessarius.*
9 *Communicans cum excommunicato in contemptum peccat mortaliter, & est excommunicatus.*

1 ADuerte primò, quod communicantes excommunicatis incidūt in eandem excommunicationē, quod intellige quoad priuationem Sacramentorum, vt habetur hic, & notat *gl. in c. significauit extra eod.* Vt autem quis ligetur omnino eadem excommunicatione, qua ligatur excommunicatus
2 debent duo concurrere scilicet, quod participauerit criminoso in eodem crimine consilium, vel opem dando. *cap. nuper extra eodem*, tunc enim pari sententia ligantur, vel quod fuerit de tali communicatione cum excommunicato monitus à Iudice Ecclesiastico, tunc enim in pœnam inobedientiæ poterit
3 excommunicari excōmunicatione maiori, & eadem, qua excommunicatus detinetur, nunquam tamen id facere poterit, nisi præuia monitione, vt supra diximus, notat *Abb in d. c. significauit, & in d. c. statuimus, de sententia excommunicationis in 6.*

Aduerte secundò, quod absolutio ad
4 eum spectat ad quem spectabat damnatio *ex regula tatus nihil tam naturale*, poterit etiam superior absoluere, & sic si excommunicauit Vicarius poterit absoluere Episcopus, & in similibus notant *DD. in d. c. nuper, de sententia excommunicationis.*

Dices aliquando absoluit Vicarius,
5 cum tamen Episcopus excommunicauerit; ergo non currit principium dictæ regulæ, nihil tam naturale.

Respondetur negando consequentiā, & principium legis sic intelligi debet scilicet ille potest destruere, qui ædifica-
6 uit, & sicut quis ædificauit sic, & destruere potest, nō tamen negatur quin alius, qui non ædificauit destruere nequeat, & sic intelligi debet ordinariè, qui ædificauit destruere potest, non autem, quod omnis qui destruit ædificauerit, de facto enim multæ dispositiones, & leges con-
7 suetudine tolluntur, cum tamen sit Ius scriptum, & aliter introductum, vt diximus *libro 1. Canonico agentes de consuetudine.*

Aduerte tertiò, quod communicans
8 excommunicato non in contemptu, sed ex aliqua causa incidit in excommunicationem minorem, à qua poterit quilibet confessarius ipsum liberare, vt habetur *hic in §. quod si aliter*. Quod si quis communicet in contemptum ex-
9 communicationis peccat mortaliter. *c. quis autem dist. 10.* & potest etiam excommunicari excōmunicatione maiori, vt habetur *hic in §. hoc tamen.*

In §. quod si cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Obstinatus in excommunicatione minori potest præuijs monitionibus excommunicari maiori.*
2 *Contumacia crescente pœna crescere debet.*
3 *Excommunicatio nulla est non præmissa monitione.*
4 *Monitio canonica, quæ dicatur?*
5 *Contumaces citādi sunt nominatim.*

1 ADuerte hic, quod si excommunicatus excōmunicatione minori induerescat in ipsa, & perseueret, tunc potest superior præuijs monitionibus excommunicare etiam ipsum excōmunicatione maiori, crescente enim
2 contumaciā pœna crescere debet. *cap. quoniam dist. 31.* quod si monitio non præmittatur nulla est excommunicatio, tanquam lata à Iudice contra formam Iuri-

3 Iuris. *cap. statuimus. de sententia excõmunicationis in 6.* & notat *gl. hic verbo canonicam*, tunc autem æstimatur mo-
4 nitio canonica quando habet interuallum congruum. *cap. cum medicinalis,*
5 *eod. tit. in 6. c. sacro extra eod.* Insuper contumaces sunt citandi nominatim. *cap. constitutionem citato tit. in 6.*

In §. interdum.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia excusat excõmunicationem minorem pro communione cum excommunicato.*
2 *Ignorantia qualis excuset in communione cum excommunicato.*
3 *Communicare an licitum sit in aliquo casu cum excommunicatis.*
4 *Casus in quibus communicatio cum excõmunicatis non probibetur recensentur.*
5 *Versus continentes causas, quibus licet cum excommunicatis communicare.*

1 SOlet aliquando quis nec incidere in excommunicationem minorẽ, & etiã si ignoranter communicauerit excõmunicato, dummodo sit ignorantia probabilis. *cap. si verò, extra eodem, c. Apostolica, de Clerico excommunicato ministrante;* secus autem si esset ignorantia crassa, & supina, tunc
2 enim communicans incidit in excommunicationem. *cap. si quis à simoniacis 1. q. 1. c. 1. & 2. de Episcopo, qui renunciauit Episcopatum.*

Quæres: An in aliquo casu liceat ex-
3 communicato cõmunicare absque culpa, & macula excommunicationis.

Respondetur affirmatiuè, & hoc in multis casibus necessitatis, vt sunt famuli, patentes, consanguinei, creditores, simplices, seu rudes, qui ignorant non licere cum excommunicato communi-
4 care. Idem dic de paupere, qui potest eleemosynam petere à diuite excommunicato, & e contra diues potest pauperi excommunicato (dummodo sit in extremis) communicare eleemosynam dando, vt notat *gl. in §. quod si aliter verbo, aut sermone ex c. quoniam 11. q. 3. & ex Abb. in c. veritatis versiculo non potuit extra, de dolo, & contumacia,* omnes autem causas communicandi cum excommunicato ponuntur in sequentibus §§. & comprehenduntur sub illis versibus.

5 *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse*
Hae anathema faciunt ne possit obesse.

In §. vnde.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatorum nomina debet Episcopus publicè ponere.*
2 *Audiendus nemo est postmodum contra ea, quæ publicè facta sunt.*

1 HIc traditur remedium ad tollendam excusationem ignorantiæ excommunicationis, & ideo sãcitum est, quod Episcopus publicè ponat nomina excommunicatorum. *c. iure 11. q. 3.* vnde vt notat *glos. hic verbo excusationis*, benè ex hoc sumitur ar-
2 gumentum, quod contra ea, quæ publicè facta sunt nemo est postmodum audiendus. *cap. licet 8. q. 1.* & manu Notarij curiæ Episcopalis debent esse subscripta. *glos. hic verbo posita.*

In §. vxores vsque ad §. si quis tamen.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatis ij possunt obsequia præstare, qui poterant ante communicationem.*
2 *Filius emancipatus tenetur euitare patrem excommunicatum.*
3 *Mercatores publici possunt communicare pro negotijs cum excommunicatis.*
4 *Creditores possunt ab excommunicato petere debitum.*
5 *Commodum nemo debet ex proprio malo reportare.*
6 *Delinquentes non debent esse melioris conditionis.*
7 *Debitores excommunicatorum adueniente tempore solutionis debẽt deponere pecuniam penes Ecclesiam.*
8 *Metus cadens in constantem virum excusat communicantem cum excommunicato.*
9 *Metus licet releuet à pœna non extinguit culpam.*
10 *Communicatio cum excommunicato ad bonum finem non inducit excommunicationem minorem.*

Vo-

11 *Voluntas operandi distinguit maleficia.*

MVltis permittitur communicare excommunicatis, ideo.

Aduerte primò, quod omnes, qui antea tenebantur obsequia præstate; etiam post excommunicationem id facere possunt, sic vxores excommunicatorum, famuli, parentes, &c. *c. inter alia extra eodem:* nam nisi communicent obsequia præstare non possunt, vt notatur hic ex *l. 2. ff. de iurisdictione*

2 *omnium Iudicum.* Limitatur tamen hoc in filio emancipato, qui cum sit extra patris potestatem, ipsum etiam excommunicatum euitare tenetur colligitur ex *cap. quoniam 1. q. 3.*

Aduerte secundò, idem esse dicendū in Mercatoribus, qui pro bono publico negotia exercent ementes, & venden-

3 tes: nam pro talibus negotijs communicare possunt excommunicatis, non autem pro alijs impertinentibus. *DD. in d. c. quoniam.* Quis autem sit Mercator, quis artifex, habetur diffusè per *glos. hic.* Idem dic de creditoribus excommunicatorum, isti enim possunt ab

4 excommunicatis suum creditum petere ne quis ex proprio malo commodum reportaret, quod esset si excommunica-

5 tus non posset molestari à creditoribus. *cap. si verò, de sententia excommunicationis in 6* & delinquentes non debent esse melioris conditionis. *l. 3. §. 1. ff. de*

6 *donationibus inter, & gl. hic verbo viatores,* ex qua habes, quod debitores excommunicatorum non debent ipsis cōmunicare, sed adueniente tempore so-

7 lutionis debent pecuniam deponere penes Ecclesiam, vt concludunt *DD. communiter in cap. inter alia, de dolo, & contumacia.*

Aduerte tertiò, quod si quis communicet excommunicato ex metu cadente in constantem virum, vel omnino coa-

8 ctè non incidit in excommunicationem, vt colligitur ex *cap. sacris de his, qua vi metusue causa fiunt,* & notat *Nau. cap. 27. n. 36.* si autem ex aliquo metu leui, quis communicet incidit in excommu-

9 nicationem: nam licet metus releuet à pœna non extinguit culpam in totum. *Abb. in d. c. sacris de his, qua vi metusue causa, &c. & textus in fine dicti cap.* debet intelligi de participationibus excommunicato in eodem crimine, vt videre est per *Abb. in d. c. sacris*

Aduerte quartò, quod sunt immunes

10 etiam ab excommunicatione communicantes excommunicato ex bona intentione, puta ad conuincendum ipsum de errore, vel ad concionandum, sic sūt prædicatores, & qui loquuntur ad conuertendum, vt hic in §. *item cum vollitate,* & ratio est: nam voluntas, & pro-

11 positum operandi distinguit maleficia. *l. qui iniuria, ff. de furtis; cap. cum voluntate extra eodem.*

In §. si quis tamen.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ad cautelam iuuat aliquem dubium de excommunicatione.*

2 *Absolutio bene potest fieri ab excommunicato minore.*

3 *Excōmunicatio minor non tollit Iurisdictionem.*

1 ADuerte primò, quod si quis sit in dubio: An sit excommenicatus nec ne, potest petere absolutionem ad cautelam, quæ multa operatur, vt scilicet si deinde inueniatur verè excommunicatus, & quis velit opponere contra ipsum de nullitate actorum, nulla erit oppositio posita dicta absolutione ad cautelam, sic notant *DD. communiter cum Abb. in c. Apostolica, de exceptionibus.*

Aduerte secundò, quod excommuni-

2 catus excommunicatione minori si alias Iurisdictionem habeat potest absoluere ab excommunicatione, sic notant *glos. hic verbo poterit,* & probat ex varijs iuribus citat signanter ad hoc *textum*

3 *in c. fin. de Clerico excommunicato ministrante,* quia scilicet excommunicatio minor non tollit Iurisdictionem.

In §. & hoc casu vsque ad §. manifestum.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus non potest absoluere excōmunicatos à Suffraganeo, nisi in casu appellationis.*

2 *Metropolitanus non habet immediatam Iurisdictionem in subditos sui Suffraganei.*

3 *Metropolitanus non debet absoluere iustè excommunicatum à suo Suffraganeo, sed ad ipsum remittere.*

4 *Metropolitanus in dubio an excommunicatio sit iusta, nec ne debet excom-*

excommunicatum remittere proprio ordinario.

5 *Metropolitanus potest absoluere, præter appellationem, excommunicatū à suo Suffraganeo, si habeat tale priuilegium, vel adsit consuetudo.*

6 *Metropolitanus potest absoluere excommunicatum à Suffraganeo, si periculum sit in mora.*

7 *Metropolitanus potest absoluere excommunicatum à Suffraganeo, si hunc videat sine causa denegare absolutionem.*

8 *Capitulum sede vacante potest absoluere excommunicationes.*

9 *Capitulum potest etiam excommunicatos absoluere, capto Episcopo ab hostibus.*

10 *Excommunicatio ab homine reseruata sibi ab Episcopo à nullo alio potest absolui præterquam in casu hic posito.*

Hic de absolutione ab excommunicatione, de qua aliqua supra notauimus, tamen præter ea.

Aduerte primò, quod Metropolita-
1 nus non potest absoluere excommunicatos à suo Suffraganeo, nisi quando ipsi excommunicati ad ipsum appellauerint, quia non habent immediatam Iurisdictionem respectu subditorum sui Suf-
2 fraganei, vt notat *Abb. in cap. sicut de excessibus Prælatorum*, imò quando recognoscit in causa appellationis de excommunicatione lata à suo inferiore, si videat excommunicationem esse iustã, non debet ipse talem excommunicatum
3 absoluere, sed debet remittere suo superiori immediato, si tamen ipse de facto absolueret, valida est absolutio, licet iniusta; nam est contra Ius, quod habet Episcopus ad proprios subditos coercendos. *cap. venerabilibus, de sententia excommunicationis in 6.* & in dubio; An sit iusta, nec ne debet eum remitte-
4 re absoluendum à proprio ordinario, vt notatur hic in *§. quid si dubitatur.* Limita hoc primò, quando consuetudo disponeret contrarium; nam consuetudo dat in his casibus Iurisdictionem. *c. Romana, de officio ordinarij in 6.* vel si Archiepiscopus haberet de hoc priuilegiũ
5 à Sede Apostolica, notat *gl. hic in cap. conquestus, & cap. duo, de officio ordinarij.* Limita secundò, si periculum sit
6 in mora, tunc enim etiam si excommunicatio esset iniusta potest ipsemet Metropolitanus absoluere, nec vllam infert iniuriam suo suffraganeo. Idem dic si apparerent de dolo sui subditi, qui absque
7 legitima causa absolutionem denegaret, nam & tunc posset Metropolitanus absoluere. *cap. per tuas cum alijs sequentibus, de officio delegati.*

Aduerte secundò quod Capitulum Sede vacante potest absoluere ab excõmunicatione lata ab homine, vel à Iu-
8 re: nam in ipsum transfertur iurisdictio Episcopalis, & absoluere ab excommunicatione est actus iurisdictionis. *c. vnico, de maioritate, & obedientia.* Idem dic si Episcopus esset captus ab hosti-
9 bus. *cap. si Episcopus, de supplenda negligentia Prælatorum*, quod extende ad quemlibet, qui potestatem Episcopalem habet à Papa, sic notat *gl. hic*, de Visitatore Apostolico. *cap. is cui, de electione in 6.*

Aduerte tertiò, quod quando excommunicatio est ab homine, & reseruata tali sibi Episcopo non potest absolui ab
10 alio, nisi esset quis extra diœcesim Episcopi excommunicantis, tunc enim potest absolui ab alio facta tamen promissione de parẽdo præceptis Episcopi excommunicantis, & satisfaciendi pro pœnis, si quæ sint pro tali casu impositæ.

In §. manifestum cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio pro delicto manifesto non debet absolui à superiore, nisi ab excommunicato idoneam acceperit cautionem.*

2 *Cautio tunc dicitur sufficienter præstita, quando fideiussores, & pignora dantur.*

1 Quando delictum est manifestum non debet superior excommunicatum absoluere, nisi idoneam dederit cautionem, & promiserit parere præceptis superioris maximè circa satisfactionem faciendam parti offensæ; melius tamẽ erit pro hac satisfactione ipsam procurare antea, & deinde absoluere, vt colligitur ex *cap. accusatio 2. q. 7.* & quando cautio præ-
2 standa est, tunc dicitur sufficienter præstita, quando fideiussores, vel pignora dantur. *l. si mandato, § fin. ff. mandati, & glos. hic verbo cautionem.*

In §. multum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus eo, quod appellauerat ad superiorem, si excommunicatio verè fuit emanata post appellationem debet declarari non excommunicatus.*

2. *Excommunicatio an sit emanata ante, vel post appellationem admittendæ sunt probationes Episcopi excommunicantis, & excõmunicati.*

SI quis proponat se fuisse iniustè
excommunicatum eo, quod ap-
pellauerat ad superiorem, tunc
videndum est: An fuerit excommuni-
1 catus ante appellationem, an post ap-
pellationem, si enim appareat ipsum
fuisse excommunicatum post appellatio-
nem, potius debet declarari non liga-
tus, quam quod absolutione indigeat sic
notatur hic ex *cap. cum contingat, de*
officio, & potestate Iudicis delegati, in
dubio autem sunt admittendæ proba-
tiones, & Episcopi excommunicãtis, &
2 ipsius excommunicati, qui obtinebit
pro se licet diceret excommunicationem
esse nullam, & deinde probet fuisse iniu-
stam, vt notat *gl. hic verbo denunciandus ex l. 3. ff. de iniusto rupto, & irrito facto testamento.*

In §. aliud Iuris cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus iniustam proponens fuisse excommunicationem, absoluendus tamen est si petat absolui:*

2 *Episcopus volens suas probationes adducere contra propositiones iniustè excommunicati non est audiendus.*

3 *Excommunicatus debet Episcopo satisfacere, si ab hoc ostendatur excommunicationem pro facto notorio fuisse latam.*

4 *Episcopus pro iniusta excommunicatione puniri debet.*

5 *Excommunicatus pluribus excommunicationibus, si vnam tantum causam expresserit pro absolutione, absolutio nihil operatur.*

6 *Excommunicatus falsam causam pro absolutione proponens non erit absolutus.*

7 *Excõmunicationes plures potest quis incurrere.*

8 *Clericũ percutiens in loco sacro duas excommunicationes incurrit, scilicet ratione personæ, & ratione loci.*

9 *Excommunicatio secunda, licet effectum separationis ab Ecclesia non operetur, tamen illi vim addit, & difficultatem maiorem ponit absolutioni.*

10 *Funiculus triplex difficile rumpitur.*

1 ADuerte primò, quod si quis pro-
ponat se iniustè fuisse excõmu-
nicatum, erit tamen absoluen-
dus si petat absolui: nam humiliter po-
stulanti absolutio est impendenda, nec
Episcopus volens suas probationes in
2 contrarium adducere est audiendus, nisi
sit paratus ostendere excommunicatio-
nem fuisse latam circa factum notoriũ,
3 tunc enim prius debet reus satisfacere,
quam quod absolutionem obtineat, no-
tat *Abb. in d. c. cum contingat, & text.*
in c. ex parte, de verborum signif. post
hæc autem debent admitti probationes
4 vtriusque partis, vt si pars probet ex-
communicationem fuisse iniustam Epi-
scopus puniatur. *cap. sacro extra eodem.*
Si Episcopus probet fuisse iustam pars
ipsa damnetur ad satisfaciendum. *cap. ad*
reprimendam, de officio ordinarij.

Aduerte secundò, pro *§. quod si quis,*
5 quod innodatus pluribus excommuni-
cationibus, si vnam causam excommu-
nicationis proponat, & non alias, talis
absolutio non liberat ipsum, notat *Abb.*
in cap. cum pro causa, extra eodem,
sunt enim omnes causæ exprimendæ.
Item si falsam proposuerit causam ad se
liberandum ab excommunicatione, talis
6 absolutio nihil operatur, neque in foro
exteriori. *Abb. & gl. in c. ex parte, de*
officio ordinarij. Quod autẽ possit quis
7 pluribus excommunicationibus inno-
dari, patet ex *cap. Engeltrudam 3. q. 4.*
si enim quis Clericum percuteret v. g.
8 & in loco sacro duplicem incurreret ex-
cõmunicationem, scilicet *canonis si quis*
suadente diabolo, & ratione loci sacri
violati.

Dices excõmunicatio separat ab Ec-
clesia, sed semel separatus non potest
amplius separari; ergo semel excom-
municatus non potest iterum excom-
municari.

Respondetur ex *gl. hic verbo pluri-*
9 *bus*, quod licet quoad hunc effectum
nullam addat maiorem vim secunda ex-
commu-

communicatio, tamen confirmat decretum, vt difficiliùs deinde absoluatur: nam funiculus triplex difficilè rumpitur.
11 *cap. 1. de tregua, & pace.*

In §. Quinimò.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus surreptitiè absolutus à superiore potest ab Episcopo remitti ad eundem superiorem (etiam Papam) litteris facti veritatem ostendentibus.*
2 *Absolutio surreptitiè obtenta nihil operatur.*
3 *Absolutio an fuerit surreptitia, nec ne dubius Episcopus potest reum cogere ad purgationem Canonicā.*

1 SI Episcopus certo sciat aliquem surreptitiè fuisse absolutum à superiore, etiam à Sede Apostolica poterit ipsum remittere ad superiorem, qui eum absoluit (etiam si à Papa fuerit absolutus) cum suis litteris, quæ facti veritatem ostendant *Trid. sess. 23. cap. 5. de reform. & textus in c. ex parte, de officio ordinarij.*
2 Ratio est, quia absolutio surreptitiè obtenta parū prodest. *cap. cum pro causa, & c. officij, extra eodem.* Si autem sit in dubio: An surreptiè litteras impetrauerit nec ne, tunc potest ipsum cogere ad purgationem Canonicam de qua supra diximus,
3 & patet ex *cap. nos inter alios, & c. cum in iuuentute, de purgatione Canonica,* dummodo tamen, vel sit diffamatus de tali obreptione, vel saltem sit probabilis suspitio.

In §. Illud etiam cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica potestas superior est potestati laicali.*
2 *Excommunicatus, vt absoluatur non possunt laici Ecclesiasticis superioribus vim inferre.*
3 *Absolutio facta per vim dicitur potius nouum ligamen.*
4 *Absolutio dicitur facta per vim, & metum, si fuit ex metu amissionis bonorum.*
5 *Absolutio facta per vim, & metum non est nulla ipso Iure.*
6 *Absolutionem per vim, & metum procurans excommunicatus, iterū excommunicationem incurret.*
7 *Excommunicatus no erit absolutus, si ab eo, qui illum excommunicauit salutetur, vel litteras accipiat.*
8 *Absolutionis modus adulterari nequit.*
9 *Papa salutando, vel scribendo litteras potest excommunicatum absoluere, si declarauerit se id facere animo absoluendi.*
10 *Voluntas Principis lex est, & legem tollere potest.*
11 *Prælati inferiores Papa nequeunt absoluere salutando excommunicatum, etiam si id intendant.*
12 *Absoluendi modus iuridicus non potest mutari à Prælatis inferioribus Papa.*
13 *Absolui potest ab excommunicatione etiam inuitus.*
14 *Absolutio ab excommunicatione nullam habet necessariam formam verborum; sufficit autem si volūtas absoluendi verbis ostendatur.*
15 *Excommunicato communicari non potest, neque per litteras.*
16 *Metus definitur.*
17 *Vis definitur.*

1 ADuerte primò, potestatem Ecclesiasticam esse omninò superiorem, & immunem à potestate laicali, ac proinde nullum ex laicis Magistratibus posse Ecclesiasticis superioribus vim inferre, vt aliquem ab excom-
2 municatione absoluant, eo quod iniustè fuerit excommunicatus, quia hoc iudicare non spectat ad ipsos. *Trid. sess. 25. de reform. cap. 3.* neque aliquam vim habet talis absolutio sic per vim impe-
3 trata, sed potius debet dici nouum ligamen, quam absolutio. *Abb. in c. Abbas de his, quæ vi, metusue causa fiunt,* vbi etiam ait, quod dicitur quis coactè,
4 & ex metu inductus ad absoluendum, si ex metu amissionis bonorum ad id inducatur, & idem habetur de absolutione ab interdicto, vel absolutione sic impetrata.

Aduerte secundò, quod licet contra talem absolutionem per vim, & metum impetratam possit opponi exceptio, vt
5 ex *l. interdum, ff. de furtis,* tamen ipsa absolutio non est nulla ipso Iure, vt notat *Ioannes Andreas in c. 1. de his, quæ vi, metusue causa fiunt. c. quatuor 11. q. 3.* Si autem ipsemet excommunicatus talem absolutionem sic per vim, vel metum procurauerit, ipse quasi propria

6 confossus sagitta, iteratæ excommunicationis sententiæ subiacebit, vt notatur hic, & aduertit *glos. verbo excommunicationis*.

Aduerte tertiò, quod si Papa, vel alius excommunicator, qui absoluere potest, salutet excommunicatum, vel ei litte-
7 ras scribat, vel loquatur cum ipso, vel alium similem validiorem actum efficiat, non per hoc censetur absolutus excommunicatus, sic notatur hic ex *cap. si aliquando extra eod. vbi Abb. nu.* 41. nam legalis modus ordinariè seruandus
8 in absolutione ab excommunicatione non est adulterandus, maximè ab eo, qui legem mutare nequit.

Limita hoc, quando Papa exprimeret se per talem actum scribendi, vel salu-
9 tandi, &c. intelligere velle absoluere ab excommunicatione, tunc enim id vim habet; nam voluntas Principis lex est,
10 & legem tollere potest. *l. si voluntate, C. de fideicommissarijs libertatibus*, vbi Princeps sola voluntate manumittit eū, licet alius modus seruari debeat in manumissionibus. Non sic autem est
11 dicendum in alijs Prælatis inferioribus Papæ, licet enim isti declararent se per tales actus verè absoluere, tamen absolutio nullam vim habet; quia non possunt ipsi legem tollere, & modum iuri-
12 dicum absoluendi mutare. *cap. cum desideres, extra eodem*.

Aduerte quartò, quod potest quis etiam inuitus absolui ab excommuni-
13 catione, vt notat *Siluest. verbo absolutio* 3. §. 10. qui etiam §. 2. ait, quod absolutio ab excommunicatione nullā habet essentialem conceptionem ver-
14 borum, sufficit si adsit voluntas absoluendi, & ostendatur expressis verbis, reconcilio te Ecclesiæ restituo vnitati fidelium, &c.

Ex *glos.* hic habes argumento à con-
15 trario sensu, quod non possumus communicare excommunicato, neque per litteras. *cap. constitutionem, de sententia excommunicationis in 6.* Habes etiā ex eadem *glos.* quid sit metus, quid vis.
16 Metus est trepidatio mentis causa instantis, vel futuri periculi. *l. 1. ff. quod metus causa*. Vis autem est impetus
17 maioris rei, cui quis resistere non potest. *l. 1. in fine citato titulo*. Et hæc sint pro prima ex censuris.

DE ECCLESIASTICO interdicto.

TITVLVS DECIMVSQVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti definitio.*
2 *Interdictum est censura.*
3 *Interdicti tempore non omnium Sacramentorum vsus prohibetur.*
4 *Sepultura Ecclesiastica interdicti tpore nō denegatur seruantibus interdictum.*



VIDIMVS iam de vna pœna Ecclesiastica sequebatur videre de alijs, merito, &c. ad cuius tituli intelligentiā.
1 Aduerte, quod interdictum est cēsura Ecclesiastica à iure, vel à Iudice priuans quibusdam Sacramentis, Ecclesiastica sepultura, & diuinis officijs: Sic ab effectibus definiri potest. Quod sit censura Ecclesiastica patet ex ijs, quæ
2 diximus in initio de censuris ex *c. quærenti, de verborum signif.* Dicitur à iure, vel ab homine ad explicandam causam efficientem, reliqua vero stant loco differentiæ. Dicitur quibusdam Sacramentis; nam tempore interdicti non est impeditum ministerium omnium Sacramentorum, potest enim ministrari Sacramentum Pœnitentiæ, & etiam via-
3 ticum laborantibus in extremis. *Soccinus loco citato ex c. quod in te, de pœnitentijs, & rem ssionibus*, nec denegatur Ecclesiastica sepultura pro ijs, qui
4 seruauerunt interdictum, & fuerunt obedientes, idem *Soccinus in cap. permittimus, de sententia excommunicationis*.

In §. habent, cum duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum à Iudice quale sit?*
2 *Iudex competens pro interdicto quisnam dicatur?*
3 *Interdictum à Iure pro certis casibus est restrictum.*
4 *Interdicuntur receptantes vsura-*

rios, & illis opem dantes, & habitationem.
5 *Ecclesia interdicitur si sanguine, vel semine polluatur.*
6 *Ecclesia simoniacè consecrata dicitur interdicta.*
7 *Celebrans in locis interdictis nō semper est irregularis.*
8 *Celebrans in Ecclesia polluta non est irregularis, est tamen puniendus.*
9 *Pœna vbi non apponitur, neque nos apponere debemus.*
10 *Celebrans tempore interdicti à Pontifice, vel à Iure efficitur irregularis, & absolutionem à Pontifice solo habere poterit, vel ab habentibus à Papa hoc priuilegium.*

Aduerte primò id, quod diximus in definitione, quod scilicet interdictum est à iure, vel à Iudice. Interdictum à Iudice est, quando
1 Iudex competens aliqua ex causa homines certi loci à Diuinis arcendos pronunriat sic notatur in §. *Iudicis hic vbi ex gl. verbo competens* habes, quisnam dicatur Iudex competens in hac re, & sic ait de Papa, Legato à latere Archie-
2 piscopo, Episcopo, Delegato, Capitulo Sede vacante, Episcopo electo, & confirmato, & de alijs, vt probat *gl. ibidem ex varijs Iuribus*. Interdictum à Iure,
3 in multis casibus antiquitus seruabatur, hodie verò restringitur ad certos casus sic pro personis interdictum est contra receptantes vsurarios, & dantes illis opē,
4 & habitationem. *cap. 1. de vsuris in 6.* Secundò. Ecclesia semine, vel sanguine polluta etiam dicitur interdicta. *c vni-*
5 *co, de consecratione Ecclesia, vel altaris in 6. cap. Ecclesijs extra eodem*. Ter-
6 tiò, Ecclesia simoniacè consecrata; nam nec in ipsa celebrari potest. *cap. Ecclesia 1. quæstione* 4.

Aduerte secundò, quod est differentia inter hæc interdicta à Iure, quędā enim non inducunt irregularitatem in cele-
7 brante in ipsis locis interdictis, alia inducunt irregularitatem. Primi generis sunt si quis celebret in Ecclesia polluta semine, vel sanguine, vel simonia-
8 cè consecrata, hic enim non efficitur irregularis, licet grauiter sit puniendus si scienter id faciat, & rationem dat *glos. hic*, quia id non reperitur expressum in
9 iure; nam cum pœna in iure non apponatur, neque nos apponere debemus. *cap si qui, de sententia excommunicationis in 6.* & notat *Speculator in tit. de dispensatione, §. iuxta n. 20.* Secundi generis sunt quælibet alia interdicta à Pontifice, vel à iure in alijs casibus
10 propter crimen populorū. si quis enim tali tempore celebret efficitur irregularis à qua irregularitate solus Pontifex absoluit. *cap. Apostolicè, de Clerico excommunicato ministrante, cap. is qui, §. is verò, de sententia excommunicationis in 6.* & alij etiam absoluere poterunt si habeant ad hoc priuilegium à Pontifice.

In §. rursus, cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum generale quale dicatur?*
2 *Interdictum speciale quale dicatur?*
3 *Interdicta ciuitate interdicta censentur etiam suburbia, non verò interdicta casalia.*
4 *Interdicta Ecclesia interdicta censentur subgrundia, & Cappella adhærentes.*
5 *Præceptum superioris non reddendū elusorium, si fraude inuenta lex prohibitiua frustraretur.*
6 *Interdicto accessorio non censetur interdictum principale.*

1 Aduerte primò, quod aliud est interdictum generale, aliud speciale. Interdictum generale est cum vniuersitatis Ecclesiæ interdicuntur, vel Ecclesia (si vna ibi sit) interdicitur, licet enim Castrum, vel Villa, vnam habeat Ecclesiam, quia tamen aptitudine plures habet; ideo dicitur vniuersitatē Ecclesiarum continere, merito eius interdictum dici potest generale. *gl. hic verbo castro ex Ioanne Andrea in tractatu de interdictis n. 10.* vbi
2 etiam ait, quod tunc dicitur interdictū speciale, quando alicuius loci vna sola Ecclesia, vel paucæ tales, vel tales interdicuntur.

Aduerte secundò, quod cum accessorium debeat sequi naturam sui princi-
3 palis ex *regula accessorium in 6.* ideo interdicta Ciuitate, suburbia etiam interdicta dicuntur (non sic autem casalia) sic etiam interdicta Ecclesia sub-
4 grundia interdicta dicuntur, & Cappellæ Ecclesiæ adhærentes, sic notatur *in præsenti ex l. ædificia cum alijs legibus sequentibus, ff. de verborum signif.* & hoc ne inuenta lege prohibitiua fraus inueniretur ex qua præceptum superio-
5 ris redderetur elusorium, vt in *cap. si*

Ciuitas, de sententia excommunicationis in 6. interdicto tamen accessorio nō
6 dicitur principa'e interdictum, vt in *cap. vnico, de consecratione Ecclesiæ, vel altaris*, quia magis dignum trahit ad se minus, non autem e contra, vt loquitur ibi textus.

In §. at non sicut.

SVMMARIVM.

1 *Cleri appellatione non venit populus, nec e contra Clerus appellatione populi.*
2 *Interdicto populo non interdictus æstimari debet Clerus.*
3 *Clerici possunt diuina celebrare pro se ipsis tantum.*
4 *Interdicto Clero non censetur interdictus populus.*
5 *Clerici alterius Diœcesis possunt celebrare vbi Clerus illius Diœcesis est interdictus.*
6 *Interdicta familia censentur interdicti etiam Clerici de tali familia, non autem Monachi.*
7 *Interdictis Doctoribus alicuius Ciuitatis, censentur interdicti etiam Clerici Doctores, si currat eadem ratio.*

1 Appellatione populorum non venit Clerus, sicut nec appellatione Cleri populus comprehenditur, diximus *lib. 1. de iure personarū,*
2 *§. 1. vbi gl. verbo populares*, ideo lato interdicto pro populo possunt Clerici
3 diuina celebrare pro se ipsis tantum, & e contra interdicto Clero non dicitur
4 populus interdictus, ac proindè possunt Clerici alterius Diœcesis ibi pro laicis
5 non interdictis celebrare. *DD. in c. de præbendis*, & notatur hic ex *c. per exemptionem, de priuilegijs in 6.* Non sic autem est, quando pro quadam certa qualitate personarum datur interdictum, tunc enim Clerici de tali qualitate participantes dicuntur interdicti, sic notat
6 *Siluest verbo interdictum n. 17.* ac proindè interdicta aliqua familia, etiā Clerici de tali familia censentur interdicti, non sic autem Monachi, isti enim dicuntur mortui pro sæculo, nec possunt propriè dici de familia, vt notat idem
7 *Siluester loco citato.* Idem dic si omnes Doctores Vniuersitatis essent interdicti, tunc enim etiam Clerici comprehenderētur sic *Maiolus libro 7. de irregularitate cap. 2. nu 5.* quod intellige dummodo currat eadem ratio.

In §. sed & si cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Peccato vnius possunt, & alij puniri pœna interdicti.*
2 *Excommunicatio respicit immediatè personas delinquentes.*
3 *Excommunicari non potest quis ex peccato alterius.*
4 *Excommunicato maiori communicans est excommunicatus excommunicatione minori ab illa diuersa.*
5 *Interdicta Vniuersitate non possunt personæ illius Vniuersitatis alibi sepeliri, sacris interesse, &c.*
6 *Interdictū Vniuersitatis respicit personas, quæ sunt capaces Sacramētorum.*
7 *Interdicta Vniuersitate non solum intelliguntur interdicti, qui erant tempore interdicti, sed etiam, qui post nascuntur.*
8 *Vniuersitas semper est eadem, & idem populus.*

1 Aduerte primò, posse vtique pro peccato vnius puniri alios pœna interdicti, vt in *Summario quæstionis 4. causa 1.* & notat *Ioannes Andreas in c. si sententia, de sententia excommunicationis in 6.* Non sic autē
2 est in sententia excōmunicationis, quæ respicit immediatè personas, & in delictis ipsarum fundatur, ac proindè non potest vnus excommunicari ex peccato
3 alterius. *cap. habes 24. q. 3.* & licet *glossa hic* dicat, quod excōmunicatione vnius potest etiam alius excommunicari ex-
4 communicatione scilicet minori, tamen id ideo est, quia hic talis excommunicatus excommunicatione minori communicat excommunicato excommunicatione maiori, ac proindè non punitur absolutè excommunicatione illius, sed etiam ex propria culpa concurrente.

Aduerte secundò, ex *§. item cum loci*, quod interdicta Vniuersitate non possūt
5 personæ talis Vniuersitatis alibi sepeliri, sacris interesse, vel similia facere, nec interdictum cadit in Vniuersitate, vt V. niuersitas est, sed potius respicit perso-
6 nas priuatorum, quæ capaces sunt Sacramentorum. *cap. si sententia, de sententia excommunicationis*, tum quia hac

hac ratione violaretur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, quod omnino absurdum est d. *cap. si sententia*.

Ex *glos.* hic habes, quod interdicta
7 Vniuersitate licet decedant omnes de
Vniuersitate nunc extantes, tamen alij
superuenientes etiam, qui nō erant nati
tempore interdicti, interdicti dicuntur,
si interdictum nunquam fuerit relaxa-
tum, & rationem dat *glos.* quia semper
8 est eadem Vniuersitas, & idem populus,
l. proponebatur, ff. de iudicijs.

In §. excepti cum sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti tempore multa permittitur.*

2 *Ecclesia numquam intendit necessaria hominum saluti impedire.*

3 *Interdictum causans misericordia indignus habetur.*

4 *Sacramentum Pœnitentiæ Neapoli non potest ministrari, nisi in locis sacris per consequens, neque interdicti tempore.*

5 *Interdicti tempore potest aliquando celebrari.*

6 *Interdicti tempore possunt Clerici nō comprehensi in interdicto celebrare ianuis clausis, & non pulsatis campanis.*

7 *Interdicti tempore quibus diebus liceat publicè celebrari diuina officia, & sacrificia?*

8 *Excommunicatis, & interdictum causantibus, quare non permittatur interesse diuinis officijs.*

9 *Accessorium videtur concessum concesso principali, quando illud huic est necessarium.*

10 *Interdicti tēpore potest confici chrisma.*

11 *Oleum Sanctum debet annuatim renouari, & illud anni præteriti non debet esse in vsu.*

12 *Interdicti tempore adultis potest baptisma conferri, si periculum sit in mora.*

13 *Interdicti tempore prohibentur benedictiones nuptiales, sonitus campanæ, sed aliquando licitum est.*

14 *Interdicti tempore non possunt palmæ, & candelæ benedici, nec virgines consecrari.*

15 *Interdicti tempore Horæ canonicæ non possunt alta voce, & publicè recitari.*

16 *Interdicti tempore sepultura Ecclesiastica, & extrema vnctio denegatur, sed non seruantibus interdictum.*

Hic videndum est, quæ tempore interdicti permittantur, quæ prohibita sint, ideo.

Aduerte primò, quod tempore inter-
1 dicti multa fieri possunt, & primò pos-
sunt baptizari infantes, potest concio-
nari, & potest etiam Sacramentum con-
firmationis, & Pœnitentiæ ministrari,
vt patet ex *cap. alma mater, de senten-
tia excommunicationis in 6 & cap. re-
sponso extra citato titulo*, ratio est quia,
vt notatur hic, Ecclesia ita intendit ob-
2 uiare malis, vt ipsa corrigantur, & ne-
cessaria ad salutem non deficiant. *gl. hic
in figuratione casus*. Limita tamen hoc
primò in ijs, qui dederunt causam in-
3 terdicto, tunc enim isti non sunt mise-
rabiles, nisi procurata concordia, & re-
medio adhibito pro scandalo, vt notatur
in d. *cap. alma mater*. Limita secundò
in hac nostra Diœcesi, in qua cum ha-
beamus decretum Synodale ab Eminē-
tissimo Boncompagno, quod Sacramen-
4 tum Pœnitentiæ non possit, nisi in locis
sacris ministrari per consequens prima
facie videtur dicendum non posse tem-
pore interdicti ministrari tale Sacramē-
tum, cum loca sacra non sint libera. In
contrarium tamen est veritas, vt notat
*Soccinus in c. quod in te, de pœnitentijs,
& remissionibus, & in d. c. alma mater*,
5 tum quia potest etiam aliquando inibi
sacrificari; ergo poterit etiam ministra-
ri hoc Sacramentum. Secundò, tempo-
re interdicti singulis diebus possunt Cle-
rici (dummodo non comprehendantur
6 in interdicto) celebrare ianuis clausis,
& campanis non pulsatis, quod limita-
tur in quatuor festiuitatibus scilicet Na-
tiuitatis Domini, Paschæ, Pentecostes,
& Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis;
7 in his enim publicè, & alta voce diuina
officia celebrari, & sacrificia, exclusis ta-
men excommunicatis, & ijs, qui dede-
runt causam interdicto; fit autem id ob
reuerentiam dictarum solemnitatum, &
excluduntur isti ad humilitatis exerci-
tium, & vt ad reconciliationis effectum
8 faciliùs inclinent, sic notatur in d. *cap.
alma mater*, hodie autem ex *Constitu-
tione Martini V.* extendi debet etiam
ad festum Corporis Christi, Ascensionis,
& omnium Sanctorum, & per Octauas
talium dierum vsque ad completorium
inclusiuè sic. *Nau. c. 27. n. 287. Siluest.*

verbo

verbo interdictum ex c. fin. dist. 92. Tertiò, cum concesso principali videantur concessa omnia ea, sine quibus negotiũ
9 principale haberi non potest. *cap. praeterea, de officio delegati, l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procuratoribus*, merito dum conceditur ministra-
10 rio Sacramẽti Chrismatis per consequẽs videtur etiam cõcessum, quod si Chrisma deficiat possit consecrari ab Episcopo, & licet non deficiat, tamen renouari poterit die Iouis Sancti: nam oleum
11 anni præteriti non debet esse in vsu. *cap. si quis alio, de consecratione dist. 4. c. litteris citato titul. dist. 3. glos. hic ex c. quoniam, de sententia excommunica-*
12 *tionis in 6.* & addit Baptisma posse etiã conferri adultis, si periculum sit in mora.

Aduerte secundò, quod multa prohibita sunt tempore interdicti, & primò,
13 benedictiones nuptiales. Secundò, sonitus Campanæ, nisi tantum ad salutationem Angelicam, vel ad congregandum populum pro tumultu. *Siluest. loco citat.* Tertiò, non possunt fieri benedictiones palmarum, candelarum, &c.
14 nec consecrationes virginum. *Nau. loco citat. & Couarruuias in c. alma mater, de sententia excommunicationis p. 2. §. 4.* Quartò, non possunt dici Horæ ca-
15 nonicæ alta voce, sed tantum secretò ianuis clausis, & non pulsatis campanis, sic notat *Siluest. loco citat.* Quintò, extrema vnctio, & sepultura denegatur, d. *c. alma mater, §. vel dicitur*, quod limitatur pro
16 ijs, qui seruauerunt interdictum: nam isti sepeliri poterunt in Ecclesia. *Clem. 1. & sequentibus de pœnitentijs, & remissionibus*, & alia prohibita sunt tempore interdicti, vt videre est per *Nicolaum de Puluerinis regula* 17.

In §. cæteri cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum violantes incidunt in excommunicationem.*
2 *Appellatio non tollit interdictum.*
3 *Censura Ecclesiastica pendente appellatione remanet in sui robore.*
4 *Interdicta possessione alicui per appellationem huius interdicti effectus suspenditur.*
5 *Interdicta possessione beneficiato, si appellet non illa spoliatur.*
6 *Interdicti corporalis, & spiritualis differentia.*
7 *Censura supponit peccatum.*
8 *Peccato quis non liberatur, nisi per correctionem, & emendationem.*
9 *Appellatio est actus extrinsecus pro peccato.*
10 *Criminosi debent petere potius absolutionem interdicti, quam per appellationem rumpere.*

1 Aduerte primò, quod frangentes interdictum incidunt in excommunicationem non obstantibus quibuscunque priuilegijs, vt notatur in *Clem. 1. de sententia excommunicationis*, & aduertit *Speculator in titulo de dispensatione, §. iuxta n.* 24 etiam si post
2 interdictum latum appellauerint ab ipso; nam appellatio non tollit interdictum, sicut etiam e contra pendente appellatione non valet interdictum, nec excommunicatio, vt notatur hic in *§. finali.*

Aduerte secundò, hoc verum esse in interdicto pro causa spirituali, vt in *cap. is cui, de sententia excommunicationis in 6.* vbi id ponitur commune
3 pro qualibet censura Ecclesiastica, quod pendente appellatione remaneat censura in sui robore, nec aliquo modo infligi debeat; secus autem est in interdicto pro re corporali; nam vt notat *gl.*
4 *hic verbo interdictum*, si interdiceretur ingressus in aliquam possessionem per appellationem à tali interdicto suspenderetur effectus sententiæ, vt in *l. non tantum, ff. eodem*, & idem etiã ait *Abb.* esse dicendum in causis beneficij, quod
5 scilicet etiam interdicta possessione, si beneficiatus appellet non spoliatur possessione, vt in *cap. ad hæc 4. de appellationibus*, vbi id notat *Abbas in primo notabili.*

Aduerte tertiò, rationem differentiæ
6 inter interdictum corporale, & spirituale (cur scilicet in isto appellationẽ suspendat effectum) eam assignari potissimam ab *Abbate in c. pastoralis, §. verũ quia n.* 10. vbi duodecim ponit, sed duodeci-
7 ma videtur validior, quia scilicet censura supponit peccatum à quo quis non se releuat, nisi per correctionem, & emen-
8 dationem. *cap. peccatum de regulis iuris in cap. cum tu, de vsuris*, proinde nihil operari poterit appellatio, cum sit actus morè extrinsecus, merito debent
9 potius criminosi, seu interdicti cautionem, & absolutionem petere ad caute-
10 lam, quam interdictum rumpere. *c. per tuas, de sententia excommunicationis.*

DE SVSPENSIONE.

TITVLVS VLTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio est vna ex censuris Ecclesiasticis.*
2 *Suspensionis definitio.*
3 *Suspensio supponit crimen.*
4 *Suspensio inducitur ab irregularitate.*
5 *Suspensio à multis potest infligi, qui non tamen possunt declarare irregularitatem.*
6 *Abbatissa potest suspendere suas subditas ab officijs.*
7 *Suspensio duplex alia à Iure, alia à Iudice. & illarum differentia.*
8 *Suspensio imponitur pro simonia.*
9 *Suspensio imponitur propter fornicationem notoriam, & alia crimina.*
10 *Suspensus ab homine celebrans efficitur irregularis, non sic multoties suspensus à Iure.*
11 *Suspensionis causa est consideranda.*
12 *Suspensio, quæ prouenit à Deo per pœnitentiam tollitur.*
13 *Suspensio, quæ fertur à canone non tollitur per pœnitentiam, & sic celebrans efficitur irregularis.*
14 *Sacerdos publicus fornicarius suspēditur à Deo, & à canone, ideo celebrans efficitur irregularis, nec ab ipso potest audiri sacrum, accipi Sacramenta, &c.*
15 *Sacerdos fornicarius celebrans efficitur irregularis, si maiori parti populi constet.*
16 *Suspensio requiritur, vt declaretur in figura Iudicij, ad hoc, vt cum illa celebrans efficiatur irregularis.*
17 *Irregularitas in celebrante notorio criminoso procedit tantum in fornicatione.*
18 *Suspensio est à Deo, quæ fundatur in malitia intrinseca peccati.*
19 *Suspensio triplex scilicet quoad se tantum, quoad se, & quoad alios, quoad alios tantum.*
20 *Suspensio quoad se tantum prouenit à peccato,*
21 *Peccans inhabilis est ad Diuina ministeria.*
22 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
23 *Suspensio quoad se, & quoad alios prouenit à delicto notorio, & à declaratione per sententiam.*
24 *Suspensio quoad alios tantum est, quando prouenit ab interdicto.*
25 *Suspensus quoad alios tantum potest secretò celebrare, nec efficitur irregularis.*
26 *Suspensio ab homine quando est propter contumaciam requirit præuiā monitionem.*
27 *Suspensio ab homine, quando est propter delictum non requirit monitionem.*
28 *Delictum pœnam postulat.*

1 LTIMA censura Ecclesiastica iuxta ordinem appositū in initio, est suspēsio, ideo de ipsa in præsenti videndum est, ad cuius tituli, & §§§. trium intelligentiam videndum est quid & quotuplex sit suspensio, & quibus ex causis hæc censura infligi soleat ideo.

Aduerte primò, suspensionem esse censuram Ecclesiasticam à Iure, vel ab homine, qua quis ipso Iure, vel ex sen-
2 tentia secuta propter aliquod crimen à sui ordinis, vel officij executione arcetur, sic definit *Lancellottus in præsenti*, & esse censuram Ecclesiasticam patet ex *cap. quærenti, de verborum signif.* verū tamen, quod omnis suspensio crimen supponit, cum suspensio sit censura, & sic
3 pœna; ergo crimen antecedere debet, *cap. sine culpa. de regulis iuris in* 6. Non sic autem irregularitas, quam etiam sine culpa incurrunt homines, & maximè de irregularitate proueniente ex d fectu corporis, vt diximus *libro* 1. *titulo de*
4 *ijs, qui promoueri non possunt*, omnis autem irregularitas ordini superueniēs, suspensionem inducit, tamen non quilibet suspensus irregularis est, item multi
5 suspendere possunt, qui irregularitatem declarare nequeunt, sic Priorissæ, & Abbatissæ Monialium, quæ possunt suas ab
6 officijs suspendere, non autem irregulares declarare, sic *Maiolus de irregularitate c.* 19. *& Siluest. verbo suspensio* 2.

Aduerte secundò, quod alia est suspēsio à Iure, alia à Iudice, illa solo delicto
7 incurritur absque alia declaratione, hæc indiget monitione, & declaratione. *Abb. in cap. reprehensibilis, de appellationibus n.* 4. *& cap. Apostolicæ, de exceptionibus.*

Aduerte tertiò, quod propter varia
8 crimina imponitur suspensio à Iure, & pri-

primò, propter simoniam. *cap. tanta de simonia*. Secundò, propter notoriam
9 fornicationem. *cap. si qui, dist.* 81. & propter alia crimina, vt notat *Diuus Antoninus in summ. 3. par. tract. de suspensione c.* 2. non est tamen idem effectus suspensionis à Iure, quàm sit suspensionis ab homine; nam suspensus ab ho-
10 mine celebrans efficitur irregularis, vt videbimus infra, at suspensus à Iure nō omnibus casibus, quia, vt notat *Abb. in c. ad extirpandas de cohabitatione Cleri-*
11 *corum, & mulierum*, in suspensione à Iure est consideranda causa superueniēs: An sit purè à Deo: An sit à Iure, quando enim causa suspensionis est purè à
12 Deo, tunc ait ipse *Abb.* quod potest quis ab ipsa se liberare per pœnitentiā, & potest celebrare, nec efficitur irregularis; secus autem in suspensione lata à canone omnino, tunc enim celebrans efficitur irregularis. *cap. si quis presby-*
13 *ter* 11. *q.* 3. Huius rei est exemplum in Sacerdote publico fornicario, hic enim est suspensus à canone, sed quia hæc suspensio etiam est à Deo; nam Deus non
14 vult pollutos accedere ad ipsum, vt patet ex *libris Leuitici*, & sic hæc suspensio, licet incipiat à Deo, quia tamen promulgatur à canone, merito talis Sacerdos sic declaratus, si celebret efficitur irregularis, imò nec poterit ab ipso audiri sacrum, nec alia Sacramenta suscipi, notat idem *Abb. in cap. vestra, de cohabitatione Clericorum, & mulierū*. Idem dic si quis esset talis notorius, ita
15 vt constaret maiori parti populi, tunc enim celebrans efficeretur irregularis, vt notat *Abb. in c. fin. de cohabitatione Clericorum, & mulierum*.

Ex hoc habes, quod nisi quis sit declaratus suspensus per sententiam, vel constet iam de suo crimine in figura Iudicij, vel crimen sit omninò notorium,
16 nunquam, licet celebret, efficitur irregularis (verum tamen est, quod peccat) nec est euitandus in officijs Ecclesiasticis, ac proindè possunt ab ipso Sacramenta suscipi, dum adhuc est toleratus ab Ecclesia, vt patet ex Iuribus adductis, & ex *cap. fin.* 15. *q. vltima*, imò tantum in fornicatione, quando delictū est notorium nascitur irregularitas ex
17 celebratione, at in alijs criminibus licet sint notoria, si tamen delinquens sit toleratus, nec efficitur irregularis celebrans, notat *gl. hic verbo non sic*, dummodo tamen simus in suspensionibus, quæ incipiunt à Deo, & tantum declarantur à Iure, vt est in omni suspensio-
18 ne, quæ fundatur in aliquo peccato ex malitia intrinseca, vt colligitur ex *Abb. in d. c. sicut*, & notat *Innocentius in c. si celebret, de Clerico excommunicato ministrante*.

Aduerte tertiò, quod tripliciter po-
19 test dici quis suspensus quoad se tantū, quoad se, & quoad alios, & quoad alios tantum. Primò modo dicitur quis su-
20 spensus per quodlibet peccatum; nam omnis peccans est inhabilis ad diuina
21 ministeria, notat *gl. ex c. cum non ab homine, de sententia excommunicationis, & Clem. 1. de hæreticis*, Ecclesia autem ipsum non habet pro suspenso, quia
22 non iudicat de occultis. *cap. erubescat, distinctione* 32. Secundò modo quis dicitur suspensus, quando delictum est no-
23 torium, vt diximus, vel quando est declaratus criminosus per sententiam, vt patet hic ex *cap. nullus, dist.* 32. *& cap. præter hoc, de simonia*. Tertiò modo dicitur quis suspensus quando ratione loci non potest celebrare, vel alia fa-
24 cere, quia forsan locus esset interdictus: tunc enim potest alibi celebrare etiam in loco non interdicto. *cap. tua, de Clerico peregrinante*, & potest etiam cele-
25 brare ianuis clausis, quando interdictū est tantum pro populo, non pro Clero. *cap. fin. de sententia excommunicationis in 6*.

Aduerte quartò, quod suspensio ab
26 homine requirit semper præuiam monitionem, quod si monitio non præmittatur iniusta est suspensio. *Innocentius in c. 1. de excessibus Prælatorum*, quod
27 intellige quādo suspensio infligitur propter contumaciam, & inobedientiam superioris; secus autem quando propter delictum: nam tunc potest infligi pœna
28 suspensionis etiam absque monitione, delictum enim pœnam postulat, vt notat *gl. hic verbo remouetur ex text. in cap. tam litteris, de testibus*.

In §. est autem.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio non cadit, nisi in habentibus ordinem, vel dignitatem Ecclesiasticam.*

2 *Suspensio genericè sumpta comprehendit etiam laicos.*

3 *Suspensionis ab excommunicatione differentia.*

4 *Suspensio non introducitur cum solemnitate.*

Suspen-

5 *Suspensus semel potest de nouo suspendi.*

1 PRiuatio supponit habitum, & ideo non potest quis dici suspensus suspensione Ecclesiastica, & vt censura est, nisi habeat ordinem, vel dignitatem Ecclesiasticam, à quibus suspendi possit, si autem suspensio generice suma-
2 tur comprehendit etiam laicos: nam & laici à suis officijs suspenduntur, vt patet hic ex *cap. si aduersus, de haereticis.* Aduerte tamen ex hoc S. suspensionem differre ab excommunicatione,
9 nam excommunicatio solemniter tollitur, sicut solemniter introducta est, ex *regula legis nihil tam naturale, ff. de regulis iuris*, suspensio autem absque solemnitate introducitur, & eodem mo-
4 do tollitur, vt notat *gl. hic verbo strictior in fine*, potest tamen semel suspensus de nouo suspendi, quod est potius
5 in eadem suspensione confirmari ex noua ratione. *Abb. in c. veritatis, de dolo, & contumacia.*

In S. caueant.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas proueniens à celebratione cum suspensione soli Papae reseruatur.*

2 *Irregularitatem incurrit suspensus celebrans licet secretò.*

3 *Suspensio debet esse à diuinis ad hoc, vt celebrās irregularitatem incurrat.*

4 *Suspensio ab officio non est suspensio à beneficio.*

1 ADuerte hic poni vnum casum Papae reseruatum, & tal[...] regularit[...] proueniens ex celebratione, vel administratione tempore quo est suspensus, hic enim efficitur irregularis, à qua irregularitate solus Pōtifex absoluere potest, vt notatur hic ex *cap. is cui, de sententia excommunicationis in 6.* debet autem scienter id euenire; secus autem si ignoranter. *Abb in cap. Apostolica, de Clerico excommuni-*
2 *cato ministrante*, vnde licet aliae irregularitates occultae absolui possint ab Episcopo, vt diximus. Haec tamen (licet sit ex officio, vel ordine in secreto administrato) soli Pontifici reseruatur, debet autem quis esse suspensus à diui-
3 nis, vt efficiatur irregularis ministrando in suo ordine, si autem sit suspensus ab officio, ministrando in ipso (licet id, quod facit nullum sit) tamen non est irregularis, vt notat *gl. hic ex Speculatore, & ex alijs DD.*

Aduerte secundò, quod suspensus ab
4 officio non est suspensus à beneficio, nisi de ipso specialis fiat mentio, vt notatur hic ex *cap. 1. de re iudicata in 6.* nam beneficium non est officium.

In S. est autem.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas definitur.*

2 *Irregularitas non supponit culpam, ideo non potest dici censura, nec poena Ecclesiastica.*

3 *Irregularitas ex facto hominis qualiter procedat?*

4 *Irregularitas ex defectu corporis qualis sit?*

5 *Irregularitas ex defectu animi quae?*

6 *Irregularitas poenas multas habet.*

7 *Irregularitas ex Bigamia, quas poenas habeat?*

8 *Irregularis impetrans beneficium tenetur illud resignare, & fructus perceptos restituere.*

9 *Irregularis non amittit beneficia, & pensiones acquisitas ante irregularitatem.*

10 *Irregularis neque à patronis potest institui in beneficio Iuris patronatus.*

1 IRregularitatis definitionem supra dedimus *in initio tituli de censuris*, hic autem sic definitur, ab [...] *nostro ex Spec[...] titul. de dispensa[...] in principio*, est canonicum impedimentum ex facto, vel defectu proueniens, quo quis tam ad Ecclesiasticos ordines, promoueri, quam in eijsdem promotus ministrare prohibetur. Dicitur impedimentum ad ostendendum, quod non est censura, nec poena Ecclesiastica,
2 deberet enim, vt sic supponere culpam, vt diximus cū tamen irregularitas multoties nullam culpam supponat, diximus *libro 1. citato titul. de ijs, qui promoueri non possunt*. Dicitur ex facto, vel ex defectu, nam vel oritur ex facto ho-
3 minis, vt in Iudice, qui condamnat ad mortem, vel in criminoso, qui est iniustus homicida, vel mutilator. *cap. miror,*
4 *dist. 30.* Vel est ex defectu corporis, vt in gibboso, claudo, &c. S. *cauenda sitat.* Ee *titul.*

titul. qui promoueri non possunt, vel
5 ex defectu animi, vt si quis esset biga-
mus, vel alio modo animo maculatus.
cap. pœnitentibus, & c. Canones dist. 50.
Aduerte etiam hic, quod pœnæ irre-
6 gularitatis sunt quamplures, & signan-
ter irregulares ex bigamia repelluntur
7 à testificando contra Clericos tanquam
indigni status clericalis. Item sunt in-
capaces obtinere beneficia, non possunt
eligere, nec eligi, & ab alijs coercen-
tur, vt notat *gl. hic verbo prohibentur
ex Abb. & ex alijs DD.*
Ex Riccio decisione 185. habes pri-
8 mò, quod si irregularis impetrauerit ali-
quod beneficium tenetur illud resigna-
re, & fructos perceptos restituere. *Fe-
linus in c. 2. de rescriptis, Couarruuias
in regula peccatum par 2. §. 8. n. 6. Re-
buffus in tract. de pacificis possessori-
bus n. 226. & alij communiter.* Habes
secundò, irregulares non spoliari pen-
sionibus, nec beneficijs acquisitis ante
9 irregularitatem, nec impediri ab acti-
bus Iurisdictionis, & officijs, sic *Ema-
nuel Sà in aphorismis confessariorum,
verb. irregularitas n.* 4. ibi citat *Azo-
rium lib.* 10. *c.* 14. *q.* 9. Habes tertiò,
neque posse institui nouiter in Iure pa-
10 tronatus, si præsentetur à patronis, sic
idem *Riccius n.* 174. vbi refert quam-
plures Doctores.

In §. finali.

SVMMARIVM.

1 *Papa interdicens, vel suspendens non comprehendit Episcopos.*
2 *Episcopis frequens est exercitium Pontificalis potestatis.*
3 *Qualitas personarum respicienda est in promulgatione constitutionum, & rescriptorum.*
4 *Persona, quò est dignior eò magis est priuilegianda.*

1 IN hoc §. *ex cap. quam periculosū, de sententia excōmunicationis in 6.*
habetur, quod quando Papa dat in-
terdictum, vel suspensionem sub talibus
pœnis non comprehenduntur Episcopi,
nec Prælati maiores, nisi de ipsis fiat spe-
cialis mentio; hoc enim esset satis pe-
2 riculosum exercitio Pontificalis potesta-
tis, quam frequenter Episcopi exercere
compelluntur, tum quia in promulgā-
dis nouis Constitutionibus, & rescriptis
3 qualitati personarum respectus haberi
debet, *c. enim dist.* 4. & quo persona est
dignior eò magis priuilegianda. Et hæc
4 ad Dei gloriam, Beatiss. Virginis laudē,
S. Principis D. & omnium Sanctorum
obsequium.

FINIS.



INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM VERBORVM,

Et rerum quæ in hoc volumine continentur.

A

Abbas.

Abortus.

Absens, & Absentia:

Absolutio.

Am-

Be-

Men-

&

Quan-

Vni,

Excusatio.

AEtas.

Eucharistia.

Examen.

Exceptiones, & replicationes.

Excommunicatio, & Excommunicatus.

Ex-

Fur,

Ie-

I

Ieiunium.

Idoneus.

Ignorantia.

Illegitimè.

Immunitas.

Impedimentum.

Impeditus.

Imperator.

Impossibilitas.

Impotentia.

Impubes.

Inanis.

Infamia.

Infantes.

Iniuria.

Infidelis.

Inquisitio.

INDEX.

D Inui-

Quo-

Le-

Cum

Medicus.

Memoria.

Mendicantes.

Meretrix.

Meritum.

Me-

No-

Procuratio.

Professio.

Promissio.

Promotio,& promoueri.

Proximè.

Promptior.

Promulgatio.

Propositum.

Re-

F

Sta-

T

Talis.

F I N I S.